Moralitas hiculis tranſigebāt. ¶ Iſta ſi vis applica ꝙ nos
qui ſumus leuite. i. viri eccl'iaſtici, ꝛ in eccleſie be
neficijs ꝛ officijs cōſtituti, debemus onera taber
naculi, id eſt onera eccleſie officiorū ꝛ beneficio-
A rū in ꝓprijs humeris portare: ꝛ in proprijs per-
Gala.6.b ſonis principaliter exercere: ꝛ nō ſubſtitutis aut
Aliter. vicarijs cōmēdare. Unde apl's. Unuſquiſqꝫ onus
ſuū portabit. ¶ Uel dic ꝙ illa q̄ in ſctūario erant
abſcondita: ſignificāt xp̄iane fidei ſecreta: ꝛ ſcri-
pture ſacre ſeu deitatis ſacramēta. Sacerdotes
qui dicunt quaſi ſacri duces: vel quaſi ſacra docē
tes, ſignificāt viros ſcientificos. Alij vero leuite
vel populares, ſignificant hoies ſimplices ꝛ in-
doctos. Iſtud ergo verū eſt, ꝙ ſacerdotibus ſo-
lis. i. ſolis viris ſciētificis et ſapientibus licitum
eſt vaſa ſanctuarij interioris fidei noſtre ſecreta
inueſtigare: tractare: tangere vel videre. Alijs
autem non licet iſta nude conſiderare: nec per-
ſcrutādo cernere: ne forte errores ꝛ hereſes in-
currant: et ſic mori habeant neceſſe ſpiritualiter.
Sacerdotes ergo. i. ſacri doctores ꝛ predicato-
res, ſemper debent iſta fidei miniſteria pallio et
velo alicuius figure vel verbi diſſimulatim iuol
uere: ꝛ nunꝗ̄ nuda ſimplicibꝰ portāda vel credē
da tradere: alioquin imo ſepe fit ꝙ cōceptis erro
ribus: morte culpe ꝛ pene ſolent faciliter deperi-
re: et ideo hic dicitur: ꝙ alij nulla curioſitate vi-
deant que ſunt in ſanctuario: prius ꝗ̄ inuoluan
Aliter. tur alioquin morientur. ¶ Uel dic ꝙ iſta ſignifi-
cant eccleſie ſacramenta vel etiam beneficia: qꝛ
ſcilicet horum tractatio et adminiſtratio ſolis
ſacerdotibus, id eſt ſolis ſacris ducibus: dignis
ſcilicet perſonis et ſufficientibus debet com-
mitti: alijs ꝟo indignis ꝛ ignorātibꝰ interdici: qꝛ
ſcꝫ boni iſta adminiſtrando non ledunt: mali ꝟo
ꝛ indigni iſta tractando, mortis eterne periculū
cōſequent. Unde ſupra dicitur, ꝙ extraneus qui
ad miniſtrandum acceſſerit, morietur.

## ¶ Capitu. v. Textus.

Locutuſqꝫ eſt dominus ad Moyſen, dicens. Precipe filijs iſrael. Moralitatū Capitulum iij.

HIc ponitur ꝙ
vxor hebrea ſi culpabilis erat
de adulterio ꝛ bibebat aq̄s
maledictas et amaras, vbi
puluis pauimēti miſcebat: et
ſcriptura nois dn̄i delebat:
vēter eiꝰ tumeſcebat, ꝛ femur
ipſius putreſcebat: ꝛ ſic ipſiꝰ
adulteriū clarū erat. Si autē
adulterij rea non erat, tunc potꝰ ipſius aque eiſ-
dē penitus non nocebat. ¶ Aque iſte maledicte Moralitas
ſignificāt mundi ſciētias, delicias ꝛ ꝓſperitates:
que dicunt maledicte: qꝛ maledictionē eterne dā
natiōis procurāt. Dicunt amare: qꝛ plura ama-
ra ꝗ̄ dulcia continēt. Dicuntur puluerē pauimē-
ti cōtinere: qꝛ tranſitoria bona ꝛ puluerē ſolum
habent: ſcripturam vero nominis dn̄i, ꝛ ipſiꝰ dei
memoriā de arca cordis deſtruunt atqꝫ delent. Apoc.8.d
Et breuiter iſte ſunt aque de quibꝰ dr. Homines c
mortui ſunt ex aquis: qꝛ amare facte ſunt. Igit
dico, ꝙ mulier. i. aia que erga virū ſuū, erga chri
ſtū fidelis eſt ꝛ caſta: nec cū adultero diabolo ꝑ
mortale pctm̄ adulterata, ſi cōtingat ipſam aq̄s
huius mūdi. i. diuitias, delicias ꝛ alias proſperi-
tates guſtare ꝛ bibere: ipſa ꝓ certo cū ipſis bene
vti ſciat: nocere ei non poterūt. Si ꝟo peccatrix
ꝛ adultera eſt: tunc ſi tales aquas biberit: ꝛ mū-
di ꝓſpera, ſcꝫ delicias corporales, diuitias tēpo
rales, eminentias mundanas ꝛ ſcientias ſecula-
res habuerit ꝛ obtinuerit: tunc vere culpe ꝛ pe-
ne periculū mor ſubibit: qꝛ ſancte ꝑſone ex mun
di ꝓſperis nō ledunt: pro eo ſcꝫ ꝙ ipſis diſcrete
ꝛ tēperate vtunt: vt hr in Canticis. Aque multe Cañ.
nō potuerūt extinguere charitatē. Mali vero cū
ipſis tēperate vti neſciāt: ꝑ eaſ ſpūal'r occidūtur,
qꝛ ſcꝫ vētres ſuoꝝ cordiū ꝑ ſupbiā tumeſcūt: ꝛ fe
mora eorū per luxuriā faciliter corrūpunt. Un̄
Proſperitas ſtultoꝝ perdet eos. Unde recte iſte Pro.1.d
ſunt aq̄: quibꝰ boni ꝛ mali ꝓbant: qꝛ ſcꝫ mali ibi-
dē pereunt: boni ꝟo immunes ꝛ liberi permittū-
tur. Un̄ dr. Duc ppl'm ad aquas vt ꝓbem eos ꝛc. Iud.7.a

## ¶ Capitu. vj. Textus.

Locutuſqꝫ eſt dominus ad moyſen dicens. Loquere. Moralitatū Cap. iiij.

APud Iudeos
antiquitꝰ erat quedam re- D
ligio virorum ꝛ mulierū q̄
nazarei vocabantur: ꝛ erat
quādo vir vel mulier ſe do
mino deuouebāt: ꝛ ꝑpetuo
vel ad tp̄s ſe a cōmuni ritu
ꝛ vita ppl'i ſeparabāt, ꝛ dn̄o
conſecrabant: erat em̄ ritus
deuotionis ſeu cōſecratiōis: qꝛ ſcꝫ ꝗ̄diu ad tp̄s
durabat ſtatutū, nō debebat nouacula ſuꝑ eius
capita aſcēdere, nec barbā radere: vinū, acetum
aut ſicerā, aut oē qd̄ inebriare pōt, non bibere:
vuas recētes ſeu ēt ſiccas nō cōedere: nec aliqd

q̄ð de vua naſcit̄,deguſtare.Nō debebat tāgere
moꝛtuum:nec ad patrē vel matrē,fratrē aut ſoꝛo
rem ſi moꝛiebātur accedere:⁊ ſic vſq₃ ad tempus
finitum debebat ſanctificationē ſuā ſeruare:⁊ ſe
dño conſecrare:⁊ a cunctis q̄ ſupꝛa diximus ab=
ſtinere:⁊ tandem finito tempoꝛe raſis capillis,
Moꝛali= oblato ſacrificio templum poterat introire.¶ Re
tas. uera tales nazarei poſſunt mihi ſignificare reli=
gioſos ⁊ quoſlibet viros ꝑfectos:qui ſcilicet deo
ſunt conſecrati ⁊ deuoti,⁊ eidem ſpecialiter dedi
cati:qꝛ pꝛo certo iſti nunq̄₃ debent de capite men
tis ſue capillos bonarum cogitationum vel affe
ctionum radere:nc barbam virilitatis ⁊ virtutis
perdere:nec nouaculam fraudis ⁊ doli in capite
mētis admittere vel habere.Et hoc ne foꝛte dica
Pſ.51.a. tur nobis illð Pſal.Sicut nouacula acuta feciſti
dolū.Itē iſti nō debent moꝛtuos.i.peccatoꝛes ⁊
E hoies coꝛruptos luxurioſos,hereticos ⁊ īfectos
ſibi aſſociare vel tāgere:q̄nimmo dato ꝙ ſint pa=
rētes,amici ⁊ ꝯſanguinei nō debēt ſe ſuꝑ eos inq̄
nare:nec eoꝛū malam vitā diligere,nec eoꝝ cōſoꝛ
Leui.21.a. tium frequentare.Unde đꝛ.Non cōtaminetur ſa
cerdos in moꝛtibus ciuium ſuoꝝ.Conſtat enim
ꝙ multi nazarei.i.multi viri ſancti ⁊ iuſti,immū=
di ⁊ peccatoꝛes efficiunt̄,q̄n moꝛtuoꝝ ⁊ peccato
Eccl.13.a. rū tactus ⁊ ſocietates ſectantur.Unde.Qui teti=
gerit picem,inquinabitur ab ea.Item iſti non de
bent comedere vel bibere.i.ſibi per complacen=
centiam incoꝛpoꝛare aliquid quod poſſit inebꝛia
re,id eſt quod poſſit ſenſum,rationem ⁊ diſcretio
nem auferre.Et ideo iſti non debēt diligere vinū
deliciarū coꝛpoꝛaliū,ſycerā ſcientiarum ſecula=
riū,vuas ſeu grana diuitiarū tempoꝛalium.Iſti
enim ſunt qui ſenſum ⁊ diſcretionem tollunt:⁊
ebꝛietatem obliuionis ⁊ inſipiētie inducūt.Qua
pꝛopter viri ſpirituales debēt iſta fugere:⁊ a cū=
ctis mundi bonis q̄ huiuſmodi ebꝛietatē poſſunt
inducere,ſe abſcindere.Iō đꝛ.Uinum ſycerā non
Lu.1.b. bibet:ſed nazareus erit omnibus diebus vite
ſue.Iſta igitur ſi vſq₃ ad ſtatutum tempus.i.vſq₃
ad moꝛtem ſeruauerit,mox templum paradiſi
ſanctificatus intrare poterit et debet:dicēs illud
Pſ.5.b. pſal.Introibo in domum tuam:adoꝛabo ad tem
Aliter. plum ſanctum tuū.¶ Uel dic ꝙ nouacula eſt adu
F latoꝛ:qui inſenſibiliter pilos diuitiarum ſecum
Pſ.51.a rapit.Pſal.Sicut nouacula acuta feciſti dolum.
A quo ſcilicet vir iuſtus debet abſtinere,ſi verus
Iud.13.a nazareus.i.ſanctus ⁊ floꝛidus cupit eſſe.Unde di
Ca.vj.b. citur.Nouacula non aſcendet ſuper caput eius.
¶ Quando nazareus erat in abſtinentia,in voto
⁊ conſecratione ſua:ſi contingebat coꝛam eo ali=
quem moꝛi,vel ipſum aliquem moꝛtuum tange=
re:tota ſua ſanctificatio polluebatur:⁊ ideo pi=
los ſuos radere et ſanctificationem reincipere de
nuo tenebatur.¶ Sic vero cum quis eſt in ſua ab
Moꝛalitas ſtinentia,voto,religione vel penitentia,ſi moꝛ=
tuū tangit.i.peccatum moꝛtale faciat vel ipſum
per complacentiam videat:conſtat ꝙ tota ſua
ſanctificatio pꝛecedens.i.omnis virtus ⁊ bona
operatio moꝛtificatur ⁊ polluitur:⁊ apud deum
Eze.18.f inutilis reputatur.Unde dicit̄.Si ꝯuerſus iuſt⁹
fecerit iniquitatē:oim iuſticiarum quas fecerat
non recoꝛdaboꝛ.Tales ergo tenetur de nouo re
incidere pilos veteres.i.ſuperfluitates ⁊ peccata
per confeſſionē radere:⁊ alios pilos nouos.ſ.vir
tutes,naſci pꝛocurare ⁊ permittere.Et ſic pote=
rit,ſi ſine interruptione continuauerit templū
paradiſi intrare,et ſacrificium laudis domino
offerre,⁊ ſanctus ⁊ conſecratus domino ſemper
eſſe.Interruptio enim bonoꝛum operum q̄n per
peccatum fit,virtutes vitia moꝛtificant.Perſeue=
rantia vero ſanctitatem augmentat.Unde di=
citur.Qui perſeuerauerit vſq₃ in finē,hic ſaluus
Mat.24.b. erit ⁊c.

## ¶ Capitu.viij.Textus.

Locutuſq₃ eſt dñs ad Moyſen,dicens.
Loquere.Moꝛalitatum Ca. v

Leuitarū conſe
cratio ſic fiebat.Aſpergebā=
tur enim aqua expiationis:
radebant coꝛpoꝛis ſui pilos
lauabāt veſtimēta ſua:offe=
rebant in cōſpectu dñi aarō
ſacerdoti.Ipſi vero offerebāt
bouem cum oleo in farina:⁊
ſic fiebant domino conſecra=
ti:⁊ in tabernaculo a viginti quinq₃ annis vſq₃ ad
quinquageſimum annum ſeruiebant:⁊ tandem
completo quinquagenario quieſcebant.¶ Reue
ra talis conſecratio ſpiritualiter intellecta,debet
eſſe in omnibus leuitis.i.in viris omnibus eccle=
ſiaſticis ⁊ perfectis quotidie fieri ⁊ compleri.Igi
tur dico ꝙ ante omnia aqua expiationis,id eſt cō
punctionis,nos debemus aſpergere per com
punctionem:⁊ poſt pilos noſtros:id eſt ſuperflui
tates ⁊ vitia debemus radere ꝑ contritionē ſeu di
ſcuſſionem,Tandem veſtes noſtras debemus la
uare ⁊ mundare per confeſſionem:⁊ coꝛam deo,
id eſt in confeſſionis ſecreto ſacerdoti nos pꝛeſen
tare ⁊ oſtendere,etiam per vitioꝛum noſtroꝛum Lu.17.a
reuelationē.Unde dicitur.Ite ⁊ oſtendite vos b
ſacerdotibus.Et tandem debemus offerre deo
bouem,id eſt carnem noſtram per penitentie ma
cerationē:⁊ adhibere oleum ⁊ farinam,id eſt elee
moſynam ⁊ compaſſionem:⁊ ſic erimus domino
conſecrati per ſanctitatē ⁊ ꝑfectionē:⁊ in taberna
lo eccleſie miniſtrare poterimus per pꝛelationē.
Unde Leui.hoc ritu conſecrabitur Aarō.Tales Leui.19.g
igit̄ ꝑſone ſic conſecrate,⁊ ſic ſanctificate,cum vi
ginti quinq₃ annos,qui cōſtant ex quinario quin
quies ducto,id eſt quinq₃ ſenſuum cohibitionem
⁊ cuſtodiam habent,digni ſunt domino miniſtra
re:⁊ per alios viginti quinq₃ annos,id eſt per li=
bꝛoꝛum legis ſpūalem adimpletionem dño deſer
uire.Quod cū fecerint,digni ſunt ad quinquage
nariū numerum,⁊ ad iubileū ꝑpetue quietis at= Apoc.14.c
tingere:⁊ a cunctis huius mundi laboꝛib⁹ in pa
radiſo quieſcere ⁊ ceſſare.Apoc.Amodo enim iā
dicit ſpiritus,vt requieſcant a laboꝛibus ſuis.

## ¶ Capitu.ix.Textus.

Locutus eſt dominus moyſi in deſerto
ſynai.Moꝛalitatum Ca. vj.

Hic dicitur ꝙ
cū paſcha celebꝛaret̄,inuen
ti ſunt plures qui fuerant
immundi,nec ita cito pote=
rant mundari:qꝛ ſc₃ in eoꝝ
mundatiōe tēpus ſeptē die=
rū aliquotiēs requirebatur
Igit̄ cū iſti ꝓpter imūdiciā
paſcha celebꝛare neq̄rent:⁊
iſtis tūc caſtra ingredi nō liceret:mādatū eſt eis a
ex ꝑte dñi:ꝙ tūc q̄dē a celebꝛatiōe paſchatis ab=
ſtinerēt:ſ₃ ꝙ ip₃ ſequētí mēſe ritu ſuo celebꝛarēt.
Iſta poſſunt applicari ꝙ q̄n q̄s ſe ſentit imūdū.i.
in aliq̄ pctō pollutū:nō đ₃ ad celebꝛationem pa= Moꝛalitas
ſche.ſ.ad ſacr̄m altaris accedere:ſ₃ niſi ſit ſcāda=
lū,pōt diſſimulare ⁊ differre:⁊ tādē recupata mū
dicia ꝑ cōfeſſionē ⁊ pniam đ₃ iſtū agnū paſchalē
digne mādūcare.Qð ēt de imūdicia pollutionis
nocturne pōt itelligi:ꝓpter quā celebꝛatio miſſe

Job.14.c pōt aliqñ differri. Unde Job. Expecto donec ve-
Paſcha q̄- niat immutatio mea. ¶ Hic inueni notatū ꝑ quē-
druplex. dā doctorē: ꝙ filij iſrael legunt paſcha quadru-
Exo.12.d plex celebraſſe. Unū in egypto: aliud in deſerto:
Exo.12.a aliud in galgalis in deſerti exitu: aliud in hieru
Joſ.5.c ſalē tempore Joſue: qđ fuit ſolēniſſimū paſcha.
3.Eſd.1.a ¶ Sic vere cum paſcha ſeu phaſe interpretatur
Moralitas tranſitus, ſciendum eſt ꝙ iuſti quadruplicem
tranſitum celebrare noſcuntur. Eſt em̄ paſcha
in egypto: ⁊ iſte eſt tranſitus de vitijs ad ꝑnitē-
tiam. Eſt paſcha in deſerto, id eſt in penitentie
ſtatu: qđ fit cum trāſitur de ꝟtute in virtutem,
vel de bono in melius. Eſt paſcha in galgalis: q̄
interpretat̃ releuatio: ⁊ eſt trāſitus de vita hac
ad ſtolā aīe: quod fit in morte. Eſt paſcha in hie-
B rusalē: q̄ interp̄tat̃ viſio pacis: ⁊ eſt trāſit⁹ q̄ fiet
ad ſtolā corpis, ⁊ de morte ad vitā i reſurrectio-
ne. In egypto. i. in peccati ſtatu peccati ſtatū di
mittim⁹. In ſecūdo ꝑ deſertū. i. per ꝑfectionis ⁊
penitentie ſtatū proficiſcimur ⁊ incedim⁹. In ter
tio eterna beatitudo nobis reuelat̃: ⁊ deū facie
ad faciē cernimus. In quarto iam reſumpto cor
pore, in celeſti hieruſalē pacifice quieſcim⁹. Itaqꝫ
tranſeamus vſqꝫ in bethleē. Phaſe enim eſt trāſi
tus dñi. Hic ponit̃ quō nube mota tabernaculū
Exo.14.b mouebatur: et populus proficiſcebatur ⁊c. de
hoc vide ſuprā vbi poſui.

## ¶ Capitulū. x. Textus.

Locutuſqꝫ eſt dominus ad Moyſen, di-
cens. Fac tibi duas tubas. Moralitatū
Capitulum vij.

PReceptū eſt moyſi vt fa-
ceret duas tubas albas argē-
teas ⁊ ductiles quibus cōuo
caret m̄ltitudinē. Et erat vſus
tubaꝝ (ſicut hic dr) ad ppl'm cō
uocandum ad bella: ⁊ ad cōui
uia ⁊ ad feſta dñi. Tubis enim
ppl'i cōuocabant̃: bellātes excitabant̃: feſta dñi
Moralitas denūciabant̃, ꝯuiue letificabant̃. ¶ Tube iſte ſi-
gnificant p̄dicatores: q̄ ideo duo dicunt̃, q2 duo
teſtamēta ſcire debere noſcūt: vel q2 duplici cha
ritate inuicē cōbinantur. Iſti ergo debēt eſſe ar-
gentei ꝑ eloquentiā. Ductiles, hoc eſt malleis fa
cti ꝑ patientiā vel ꝑ malleoꝝ. ſ. tribulationū to-
lerantiā. Qui ſcꝫ ad quatuor dicunt̃ in eccl'ia va-
C lere: vcꝫ ad ppl'm ad fidē cōuocādū: ad feſtū pa-
radiſi nunciandū: ad bella cōtra vitia ꝑparādū,
ſeu ad bellatores cōtra vitia excitādū, ⁊ ad cōui
uas. i. fideles eccleſie ꝑ ſpē cōſolandū ⁊ letifican-
dū. Tube enim noſtre. i. p̄dicatores ppl'm ad fi-
dē ⁊ ad iuſtitiā conuocāt. Unde dicit̃. Uocate po
Johe.1.e pulū, coadiuuate cetū: canite tuba i ſyon ⁊c. Itē
milites. i. fideles ad bellandū cōtra vitia ⁊ cōtra
Amos.2.a tribulationes excitāt. vñ Amos. Morietur in ſoni-
tu moab, in clāgore tube. Itē feſtū ꝑparari pre
Pſ.80.a nūciāt. Pſ. Buccinate in neomenia tuba. Itē con
uiuas eccleſie ꝑ ſpem ⁊ conſolationē letificant.
1.Eſdr.5.g Eſdre. Clamauerūt multi cū tubis ⁊ gaudio ma
gno. Uide ſupra lib. xiiij. vltio ca. primo, vbi mul
Eodē, c.a ta inuenies. ¶ Hic aduerte vnum notabile ꝙ qñ
principes ⁊ capita multitudinis erant conuocā
di: tube vnico ſonitu pulſabant̃. Qñ ppl's cōuoca
bat vel ad ꝓficiſcendū excitabat̃: tunc tubarū ſo
nitus in longū ꝓtendebat̃ qñqꝫ plan⁹, qñqꝫ iter-
ciſus fieri iubebat̃. ¶ In quo pōt notari ꝙ p̄nci
Moralitas pes ⁊ capita multitudinū. ſ. p̄ncipes, iudices ⁊ p̄-
lati facilius debēt tubis. i. p̄dicatiōib⁹ obedire q̄
alij: q2. ſ. vnica vox dꝫ ſufficere ad tales vocādū:
vbi tñ vox ꝓlixior ſeu p̄dicatio vel monitio iter-
ceſſior ⁊ grauior ⁊ diuturnior ē neceſſaria ad po
pulū excitandū, vel ad virtutes vel ad bona opa D
ꝓuocādū. Quia reuera boni ſuperiores cito ⁊ fa
ciliter obediunt, vbi ppl's. i. duri ⁊ ruſtici ac rura
les difficili⁹ ⁊ tardius ad bona opa ire velint. Et
de petro ⁊ andrea Apoſtolis ⁊ prelatis dicit̃: ꝙ Matth.4.d
cum a chriſto vocati eſſent, ꝙ ſtatim relictis reti-
bus ⁊ patre ſecuti ſunt eū. De difficultate cōuer
ſionis populariū dicit̃. Uocaui et renuiſtis: extē- Prouer.1.c
di manus meas, ⁊ non fuit qui aſpiceret.

## ¶ Capitulū. xj. Textus.

Interea ortū eſt murmur populi. Mo-
ralitatum Capitulum viij.

ORtū eſt mur-
mur populi quaſi dolētium
ꝓ labore ꝯtra. Qđ cū audiſ
ſet dñs, iratus eſt: et accen-
ſus eſt i eos ignis dñi: ⁊ de-
uorauit extremā partē ca-
ſtroꝝ. Sed orante Moyſe
abſorpt⁹ eſt ignis. ¶ Illud Moralitas
poteſt allegari ꝙ de⁹ ſum-
me odit vitiū impatientie ⁊ murmuratiōis: ⁊ ma
xime qñ quis de labore quē ꝓ deo ſuſtinet: mur-
murat ⁊ triſtatur: nā ignē. i. maiorem tribulatio-
nē ſolet in talib⁹ accendere: ⁊ eos temporaliter ⁊
eternaliter cōcremare: ⁊ ſic de dolore murmura-
rationis ad ignē tribulatiōis neceſſe eſt eos per-
trāſire. Unde dr. De igne egredient̃: ⁊ ignis cōſu Ezech.15.b
meteos. ¶ Uel ſi vis allega quō oratio iuſti ꝓfi- E
cit tribulatis. Unde dr. Multū valet deprecatio Aliter.
iuſti aſſidua. ¶ Uel dic ꝙ illi q̄ erant in caſtris vl Jac.5.d
timi vel extremi, fuerūt igne accenſi. In quo pōt Aliter.
notari ꝙ ignes. i. tribulatiōes nō inuadūt hodie
illos qui in exitu eccleſie ſunt primi. i. principa-
les dñi ⁊ magiſtri: ſed ſolū illos qui ſunt extre-
mi. i. pauperes miſerabiles ⁊ mendici: q2 hodie E
mūdi tribulatiōes illos ſolent inuoluere, quos
extremos in mundi gradibus vident eſſe. Primi
vero, id eſt ſuperiores ⁊ diuites: tribulationum
ignibus non tanguntur: ſed potius honoribus
⁊ diuitijs extolluntur: ita ꝙ generaliter miſerie
⁊ tribulationes ad illos qui ſunt tribulati ⁊ mi-
ſeri deuoluūtur. Unde dicitur. Pepercerunt pin
guioribus Amalech: quicquid vero vile et re-
probum fuit, demoliti ſunt. ¶ Uel dic ꝙ extremi Aliter.
ſunt negligentes: qui ſcilicet in omnibus ſuis fa
ctis tardi et vltimi volunt eſſe. Iſtos ergo ſolet
ignis tribulationis inuadere. Primos vero, id eſt
diligentes et celeres ſolet non tangere. ¶ Uul-
gus promiſcuum dicitur flagrare deſiderio car Eodē, c.a
nium: cepitqꝫ manna cibum dulciſſimum abhorre
re, egypti cibos appetere: et pre aliorum ciborū
deſiderijs taliter proclamare. Quis dabit (in-
quiunt) nobis carnes? Recordamur piſcium F
quos comedebamus in egypto. In mentem no-
bis veniunt cucumeres ⁊ pepones ⁊ porri ⁊ cepe
et allia. Anima noſtra arida eſt: oculi noſtri non
vident niſi manna. ¶ Reuera chariſſimi, iſte ppl's Moralitas.
qui erat in deſerto, et exierat de egypto ad terrā
promiſſionis, et in tabernaculis habitabat; ⁊ de
celo manna dulciſſimum manducabat: ſignificat
viros religioſos et perfectos: qui ſcilicet egy-
ptum: id eſt mundum vel peccatum exierunt: et
vt terram promiſſionis, id eſt paradiſum habe-
rent, deſertum ꝑnitentie vel religionis ſubin-
trarunt: vbi ſcilicet manna deuotionis et ſcriptu
re poſſunt comedere: ⁊ vbi ſint peregrini et ho-
ſpites: cū hic manētē ciuitatē nō habeant, debēt
in iſto ſeculo tranſitorie habitare. Sed quid eſt?
Pro certo multi ſunt q̄ iſtā vitā contēnūt: ⁊ egy-

pti/id eſt mundi quē dimiſerant recordātes car=
nes/id eſt carnis delicias cōcupiſcunt. Jn men=
tem em̄ eis veniunt carnes ⁊ piſces id eſt delicie
carnales/cucumeres ⁊ pepones: qui frigiditatē
indeuotionis inducunt/id eſt eminentie ſecula=
res: porri/cepe ⁊ allia que choleram: id eſt aua=
ricie ardorem generāt: ⁊ que lachrymari faciūt:
cure ſeculi ſeu negocia ⁊ diuitie temporales. Et
breuiter iſti animas ſuas aridas/id eſt conſum=
ptas repreſentāt: māna, ſacre ſcripture ⁊ deuo=
tionis/dulcedinem bonorum ſpiritualium abo=
minant̄ ⁊ refutant: ⁊ illa que nihil valent. ſ. mūdi
bona deſiderant ⁊ affectant. Unde Sap̄. Anima
G ſatiata calcabit fauum. Et Job. Et eſſe ſub ſen=
Pro.27.a tibꝰ delitias cōputabāt. ¶ Cū filij iſrael in deſer=
Job.30.a to māna contēnerent: iratus dn̄s dedit eis car=
Eod.c.g nes multas: ⁊ eorū ingluuiē ſatiauit. Fecit enim
volare coturnices circa eorum caſtra ad duos
cubitos prope terrā in tanta abūdantia/ꝙ po=
pulus per menſem de ipſis ꝗ̄tum volebat acci=
piebat ⁊ in abundantia manducabat. Sed dum
adhuc carnes eſſent in dētibꝰ eorū/percuſſit eos
dominus plaga magna: ⁊ vocatus eſt locus ille/
Moralitas. ſepultura cōcupiſcentie. Jbi em̄ ſepelierunt po=
pulū qui deſiderauerunt carnes. ¶ Jſta poſſunt
applicari ꝙ interdum dominus in malum homi=
nis malā eius petitionē exaudit: ⁊ malis eius de
ſiderijs cōdeſcendit. Unde ſepe fit ꝙ cum videt
hominē māna. i. cibos ſpirituales contemnere: ⁊
carnes et egypti fructus. i. carnis delicias ⁊ mū=
di diuitias appetere: ſolet ei omnia ad votū cōce
dere: ⁊ eū in mundi proſperis ampliare: omniaꝗ
mala ſua deſideria ſolēt pro libito ꝑuenire. Pſ.
Pſ.80.c dimiſit eos ſm̄ deſideria cordis eorum: ibunt in
adinuentionibus ſuis: ⁊ eiſdē talia commodare.
Quia reuera dum iſti adhuc carnibus vtuntur:
id eſt delitijs ⁊ proſperis ſibi cōceſſis a domino
delectantur: ſepe accidit ꝙ ſubito a deo per mor
H tem ⁊ infortunia percutiuntur, ⁊ plaga damna=
tionis perpetue feriuntur: ⁊ ſic mundus ſepultu
ra concupiſcentie dicitur, pro eo ſcilꝫ ꝙ ibi car=
nes. i. delicie carnales concupiſcuntur: propter
quas homines finaliter ſepulture tradunt̄. Pſ.
Pſ.105.a Concupierunt cōcupiſcentias in deſerto, ⁊ pluit
eis ſicut puluerem carnes. Adhuc eſce erant in
ore ipſorum, et ira dei deſcēdit ſuper eos. ¶ Ad
Eodē.c.c finē ꝙ Moyſes poſſet melius onera populi ſup=
portare: elegit dominus ſeptuaginta viros ſe=
niores de populo: quibus dedit de ſpiritu ſuo, vt
poſſent ad gubernandum populum moyſen ad=
iuuare: qui ſcꝫ ſtatim ceperunt virtute ſuſcepti
ſpiritus prophetare. Accidit autem qd̄ ex illis
ſeptuaginta deſcriptis duo, ſcilꝫ Heldad et Me=
dad, deerant, qui ad tabernaculum non venerāt:
ſed in caſtris reſederant: qui etiam in ipſa datio
ne ſpiritus prophetare ceperunt: et ſic abſentes
ſicut preſentes ſpiritū domini receperunt. ¶ Jtē
Morali=tas. poſſet allegari quod ſpiritus vbi vult ſpirat et
Joan.3.b non preſentiā plus ꝗ̄ abſentiam requirit: quin=
immo ita bene fluit ſuper abſentes qui in do=
mibus ſuis et in caſtris huius ſeculi remanſe=
runt: quia ſcilicet fieri poteſt quod boni ſecula=
res qui in ſeculo remanent, aliquando tantam
portionem ſpiritus recipiunt: ⁊ ita bene de futu
ris prophetant ⁊ prenoſticant: hoc eſt dictu, ita
bene ad bona vel mala futura, vel ad occulta dei
iudicia inuigilant ⁊ attendunt, ſicut religioſi ⁊
clerici qui deo in eccleſia ſpecialiter ſe dederūt.
A Apud deū em̄ nō eſt diſtinctio iudei ⁊ greci: vnꝰ
Ro.3.d em̄ dn̄s eſt omnium. ¶ Uel dic ꝙ illi duo non re=
Aliter. manſerūt ex contēptu: ſed qꝛ indignos ſe ad po=
puli regimen iudicabāt. Et ideo dico ꝙ iſti ita bene
inuenti ſunt ꝓphetaſſe ſicut alij: ad denotandū
ꝙ illi qui ſe indignos reputant, non ſunt repu=
diandi ex hoc: ſed vna cum alijs i ſpū. ſ. per ordi=
nationē ⁊ ꝓmotionē implendi. Quia ſcꝫ ſm̄ Greg.
Ad eccl̄iaſticas ꝓmotiōes ſūt illi q̄ ſe retrahūt im=
pellēdi: ⁊ illi q̄ ſe ingerūt repellendi. ¶ Uel ſi vis Aliter.
poteſt iſtud dici ꝓ illis q̄ a tabernaculo. i. a pro=
prijs bn̄ficijs ſe ex cauſa legitima abſentāt: ⁊ in ca
ſtris. i. alijs mūdi negocijs ſeu etiā in ſtudijs vel
in proprijs matrimonijs ſe occupāt: qꝛ ſcꝫ ſi cau=
ſam iuſtam habeant, ſpm̄ ſanctum ad diuinam
grāꝫ recipe nūꝗ̄ ceſſant. ¶ Hic ponit̄ ꝙ cum Jo= Eodē.c.f.
ſue videret Heldad ⁊ Medad ꝓphetare i caſtris:
viſus fuit exinde dolere: ita ꝙ pre inuidia quam
habebat ſuper supernā grām, dicit, Moyſi ꝑ hec
verba. Domine mi Moyſes prohibe eos. Qd̄ tn̄
non fecit, ſed ipſum potius de inuidia quam ha=
bebat ſuper ſupernā gratiā rephendit. ¶ Sic ve Moralitas
re multi ſunt q̄ dolent ſi vident alios aliqua ſpe=
ciali gratia prepollere q̄ reuera ſunt reprehendē
di: ⁊ ad conſiderationē diuine mie inducendi. Uñ B
moyſes ait. Quis tribuat vt omnis ppl̄s prophe
tet: ⁊ tribuat ei dominus ſpiritum ſanctū? Quaſi
diceret, omnibus placeret ꝙ ſic fiat ⁊c.

## ¶ Capitu. xij. Textus.

Locutaꝗ eſt maria ad aaron cōtra moy
ſen propter vxorem. Moralitatū Ca. ix.

HJc ponitur ꝙ
aaron ⁊ maria inuidebant
Moyſi fratri ſuo: ⁊ locuti
ſunt cōtra eum ꝓpter vxo=
rē eiꝰ ethiopiſſaꝫ: dixerūtꝗ.
Per ſolum Moyſen locutus
eſt dominus? Nonne ⁊ no=
bis ſimiliter locutꝰ eſt? Ac ſi
recte viderent̄ ſibi inuide=
re de hoc ꝙ ſibi dn̄s loquebat̄: ⁊ ꝙ princeps ⁊ re=
ctor populi habebat̄. Quapropter maria lepra ꝑ
cuſſa fuit: ⁊ ꝑ ſeptē dies incluſa: ⁊ tādē ad ꝓces
moyſi q̄ erat mitiſſimus ſuꝑ oēs hoies, q̄ mora=
bant̄ in terra: ⁊ in tota domo dn̄i fideliſſimus re=
putatꝰ: poſt ſeptē dies eſt ſanata. ¶ Jſtd̄ applica Morali=
ꝙ inuidia nō parcit fratribus aut ꝓpinquis: qꝛ tas.
ſcꝫ frater vel ſoror ſi viderit fratrē ſuū in aliquo
ꝓſperari: vel in honore vel i gradu ipſos precelle
re vel eis anteferri ſolēt inuidere eis ⁊ qn̄ꝗ ꝯtra
deū murmurare. ¶ Uel ſm̄ origenē, iſtud pōt alle Aliter
gari: ꝙ detractor vn̄ nocere credit, aliqn̄ ꝓficit: ⁊
vbi famā alterīꝰ obnubilare intēdit, ipſam potiꝰ
augmentat ⁊ extendit: ſicut hic patet: qꝛ nunꝗ̄
dominus inuenit̄ laudaſſe moyſen ſicut hic, vbi
ꝯtra, eū murmurabat̄: ac nunꝗ̄ talis ſeruus fuit
ſicut Moyſes: q̄ in tota domo mea ita fideliſſimꝰ C
eſt. ¶ Uel pōt allegari, quō murmuratio eſt ma= Aliter
gnū crimen, ⁊ maxime qn̄ detrahit̄ moyſi fratri,
amico fideli pariter atꝗ miti: ꝓpter qd̄ ſcꝫ tanta
punitio. ſ. lepre percuſſio eſt ſecuta. ¶ Uel allega Aliter
quō mulieres ſunt multotiens cauſa rixe: ꝓpter
vxorem em̄ eius locuti ſunt contra eum. ¶ Uel ſi Aliter
vis dic ꝙ moyſes eſt p̄latus: q̄ reuera non dꝫ cu=
rare ſi fratres, ſocios ſuos ⁊ vicinos videt cōtra
ſe murmurare: ſed oīa debet benigniter ſuppor=
tare: ⁊ ſi īfortuniū eis accidat debet ꝓ eis exora=
re: exēplo Tyberij ceſaris: cui cū q̄dam adulator
diceret, ꝙ multi de eo obloquebant̄. Nō curo (in=
q̄t) qꝛ in libera ciuitate libere dn̄t eſſe mētes ⁊ lin
gue. Bene ergo dicitur. Non queres vltionē: nec L.ui.19.d.
memor eris iniurie ciuium tuorum.

## ¶ Capitu. xiij. Textus.

Profectuſꝗ eſt populus de aſeroth fi=
xis tentorijs. Moralitatum Ca. x.

CUm Caleph et
Joſue terram promiſſionis ex-
ploraſſent: ⁊ ad illā occupādā
filios iſrl̄ īducere decreuiſſent
palmitem cū vua ſua college-
rūt / ⁊ eū in vecte pēdentē per
duos homines in deſertū por-
D tari fecerunt: et vt populum ſic allicerent / ſibi
Nu.13.d fructum eius demonſtrauerunt. Ueruntamen
ſicut ibi dicitur. Quidam de exploratoribus
turbauerunt populum / et acquiſitionem terre
impoſſibilē eſſe dixerunt: propter quod ad re-
trocedendū ppl'm in egyptū cōmouerunt / dixe-
rūtq;. Conſtituamus nobis ducē / ⁊ reuertamur
in egyptū. De quo indignatus dn̄s / ipſos explo-
ratores ꝑcuſſit: ppl'm vero ad moriēdum in ſoli
Moralitas. tudine condēnauit. ¶ Sic ꝟo duo beati explora-
tores terre ſancte paradiſi: ſcꝫ pr̄ et ſpūſſanct⁹:
volētes ꝙ popul⁹ fideliū q̄ in deſerto hui⁹ mūdi
vacabat / ad iſtā terrā ⁊ poſſeſſionē acquirendā
inuitaret: ⁊ nō obſtātib⁹ gigantibus qui impe-
diebāt .i. demonib⁹ ordinauerūt ꝙ duo homines
ſeu ꝑſone ſcꝫ Gabriel ⁊ maria palmitē cū vua .i.
dei filiū cū humanitate in hoc deſertū deferrēt:
vt ꝑ hui⁹ bn̄dicti fruct⁹ ꝑſentiā corda populi ad
concupiſcentiā iſti⁹ patrie cōmouerēt: ⁊ maxime
cum iſtum fructum in vecte .i. in cruce pro redē-
ptione ſua pendentem conſpicerēt: ⁊ viderent il-
lud quod hic dicit̄. Iſta reuera fluit lacte ⁊ mel-
Aliter. le / ſicut ex his fructibus cognoſcit̄. ¶ Uel dic q̄d
palmes abſciſſa cū vua pendēs in vecte eſt chri-
ſtus ⁊ eius ſanguis / abſciſus ⁊ mortuus pendēs
in cruce. Duo portātes ſunt duo ppl'i / iudaicus
ſcꝫ et gentilis: ⁊ illi ſcꝫ qui de duob⁹ populis cre-
diderunt / et maxime ſancti patres. Increduli
ſignificant iudeos ⁊ gentiles qui credere nolue-
E runt: qꝛ reuera ſic factum eſt q̄d iſti baiuli id eſt
apoſtoli ⁊ predicatores vtriuſq; ppl'i / ſeu profeſ-
ſores duplicis teſtamenti: palmitem ſeu botrū .i.
chriſtum pendentem ⁊ crucifixum: id eſt chriſti
crucifixi fidē ꝑdicauerunt: portando vſq; ad de-
ſertum huius mūdi: vt ſcilicet populum induce-
rent ad credēdum: ⁊ ad terrā ꝓmiſſionis / id eſt
paradiſum appetendū ⁊ cōcupiſcendū. Sed re-
uera mediantibus aliquibus exploratoribus .i.
contradicentibus aliquibus iudeorum phari-
ſeis / ⁊ aliquibus gentilium philoloſophis multi
in incredulitatis vitio remanſerunt: ⁊ egyptū .i.
mundum potius elegerūt. Quapropter in deſer-
ps.105.c to inferni cum ſuis exploratoribus .i. cum ſuis
malis ⁊ hereticis doctoribus perierunt. Ps. Pro
nihilo habuerunt terram deſiderabilem. Non
Aliter. crediderunt verbo eius: ⁊ murmurauerūt in ha-
bitationib⁹ ſuis. ¶ Uel dic ꝙ exploratores boni
fuerunt apoſtoli. Mali fuerunt phariſei ⁊ here-
tici. Iſti ergo populum ad terram promiſſionis
id eſt paradiſum inducūt: illi vero totis viribus
ꝯtradicūt. Sed qꝛ magis malis q̄ȝ bonis credit̄:
igitur increduli peccatores morti perpetue in
inferni ſolitudine condemnantur. Illi enim qui
prelia filiorum enachim gigantum .i. demonum
tentationes metuunt / ⁊ pro terra ꝓmiſſionis et
F pro paradiſo laborare ⁊ militare renuunt in de-
ſerto penitētie vel religionis: ſed potius ad egy-
ptum / id eſt ad mundum vel ad peccatum retro
uerti contendunt: non ſunt digni dictam terrā
promiſſionis ingredi vel videre: ſed potius tem-
poraliter neceſſe habent ex diuino iudicio depe-
rire. Unde hic dicitur. Non videbūt terram pro
qua iuraui patribus eorum: nec quiſq; ex illis
mat.22.a qui detraxerunt mihi / intuebitur eam. Et ali-
bi. Nuptie quidem parate ſunt: ſed qui inuita-
ti fuerant non fuerunt digni ⁊c. vt patet ibidē.

¶ Capi. xiiij. Textus.
Igitur vociferans omnis turba fleuit
nocte illa. Moralitatum Cap. xi.

VIdens dn̄s po-
pulum murmurantem voluit
ipſum delere ⁊ ꝑcutere: moy-
ſen vero diuitē ⁊ potentē face-
re, ⁊ alteri pplo maiori ꝑfice-
re. Moyſes ꝟo noluit: ſed fuſa
oratiōe / ꝓ populo interceſſit: ⁊
irā dei ne deleret populū / tēperauit. ¶ Sic vero Moralitas.
ꝑlat⁹ nō debet populū ꝓpter quodcūq; delictū
dimittere: nec in eorū dānatione conſentire: ſed
potius pro ipſis dominum exorare: quinimmo
quācūq; vtilitatem temporalem debet contēnere
vt poſſit ſalutem populo procurare: populiq; ſa-
lutem ⁊ vtilitatem debet ꝓprie ⁊ priuate ſue vti-
litati preponere ⁊ preferre. Unde iſte debet dice-
re illud Apoſtoli. Omnibus per omnia placeo nō
querens quod mihi vtile eſt / ſed quod multis B
⁊c. ¶ Filij iſrael contenebrati voluerunt contra 1.cor.10.g
voluntatem Moyſi chananeum inuadere: dato eodē ca.g
ꝙ Moyſes diceret eis ꝙ dominus cum eis nūq;
eſſet: et ideo qꝛ tunc proprijs viribus confidere
videbant̄ / victi fuerūt: ⁊ multi ex eis ceciderūt.
¶ Quod ad hoc allegari poteſt, ꝙ ille qui in pro-
prijs viribus plus debito cōfidit: ⁊ ſe contra ho- Allegoria.
ſtes ſuos diabolum ⁊ carnem preualere credit,
faciliter a tentationib⁹ vincitur: et ab hoſtibus
ſpiritualibus ſuperatur: maxime quando domi-
nus non eſt cum eo .i. quando ipſum diuina gra- Jo.15.a
tia nullatenus comitatur. Unde dicit̄. Sine me 2.Cor.3.b
nihil poteſtis facere. Et Apoſtolus. Non ſumus
ſufficientes aliquid cogitare a nobis tanq; ex
nobis: ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt.

¶ Capl'm xv. Textus.
Locutus eſt dominus ad moyſen di-
cens. Loquere ad filios. Moralitatum
Capitulum xij.

HIc ponit̄ ꝙ qui-
dam inuent⁹ eſt q̄ ſabbato ligna
cedebat et colligebat: qui inclu- h
ſus eſt in carcere quouſq; ſcire-
tur de eo quid dominus impe- Morali-
raret. Precepit ergo dominus tas.
quod lapidaretur: et quod propter violatio-
nem ſabbati lapidibus opprimeretur. ¶ Iſtud
applica contra illos qui ſabbata et feſta non
cuſtodiunt, ſed in eis opera ſeruilia / et maxi-
me peccata faciunt et committunt / et errant:
tales enim in inferno lapidabuntur: et lapidi-
bus duris, id eſt perpetuis tribulationibus Aliter.
obruentur. ¶ Uel dic quod ſabbatum ſignifi-
cat ſtatum religionis vbi debet eſſe quies / id
eſt tranquillitas affectionis et tribulationis.
Qui igitur tale ſabbatum / id eſt religionis
ſtatum violauerit, et ibi ligna collegerit / id eſt
mundana negocia tractare preſumpſerit / la- Exo.20.b
pidibus dure dei ſententie finaliter ceſus erit.
Unde dicitur. Memento ergo vt diem ſab- Aliter.
bati ſanctifices. ¶ Uel ſi vis iſtud allega / ad
oſtendendum quod legis tranſgreſſores acri-
us in principio puniuntur / vt ſic ipſa lex ob-
ſeruari diſcatur: ſicut etiam plurimis an-
tiquorum exemplis patet / ſcilicet de Ro-
mulo: qui fratrem ſuum occidit / pro eo
quod contra edictum ipſe muros vrbis tranſi-

liȷ̄t:⁊ de illo qui filium ꝓpꝛiū peremit/ꝓ eo qđ contra hoſtes pugnaſſet/licet victoꝛ extitiſſet.
Aliter. ¶Iſtud etiã pōt allegari/ad pꝛobãdū ꝙ deꝰ antiquitus erat valde rigoꝛoſus ⁊ punitiuꝰ: q̄ tñ modo in tēpoꝛe legis noue eſt pius/patiēs ⁊ benignus: qꝛ lex antiqua dicit̄ lex rigoꝛis ⁊ timoꝛis. Lex aūt noui teſtamēti dͥ lex gratie et amo-
A
Eodē ca. d ris. ¶Hic p̄cepit dñs ꝙ filiȷ̄ iſrael ex quatuoꝛ angulis palliorū ſuoꝝ faciant ſibiȷ̄ fimbriã de vittis hyacinthinis: vt cum eas viderint (inquit) recoꝛdentur mandatoꝛum dñi: ⁊ nō ſequant̄ cogitationes ſuas/⁊ oculos per res varias foꝛnicantes: ſed recoꝛdentur preceptoꝛum domini/et faciant ea: ſintq̄ ſancti deo. Quod ſm̄ Comeſtoꝛē ita ſtricte ſeruauerūt phariſei/ꝙ in angulis palliozum ſpinas ponebant/vt eoꝝ punctionibꝰ legem domini memoꝛarēt. Et adhuc in pallio quo vtuntur in ſynagoga in quatuoꝛ angulis vitte ſunt hyacinthine qui quidem pannus coloꝛis celeſtis eſt/ad recoꝛdationē legis/q̄ de celo eis extitit data.
Moꝛalitas. ¶Per palliū intelligitur conuerſatio: per quadraturã intelligitur quatuoꝛ virtutum cardinaliū ꝑfectio: ꝑ vittã hyacinthinã itelligit̄ celoꝝ vel celeſtiū dei mãdatoꝝ adimpletio: per extremitatē palliȷ̄ intelligit̄ ꝑſeuerãtia ſancte cōuerſatiōis ⁊ cōtinuatio: ꝑ ſpinas intelligit̄ diuini timoꝛis punitio ⁊ ſtimulatio. Igit̄ dico ꝙ quilibet debet in pallio conuerſationis ſue habere quatuoꝛ angulos. i. quatuoꝛ virtutes cardinales: necnō cū extremitate perſeuerãtie: cū vittis hyacinthinis id eſt cū cōſideratiōe celeſtis vite ⁊ mãſionis: ⁊ cū ſpinis id eſt cū timoꝛe ⁊ cōpun-
B ctione infernalis dãnationis. His eñ mandatis dei recoꝛdamur ⁊ ea ꝑficimus: ⁊ cogitatiōes malas ⁊ vagas nō ſequimur/ſ; repꝛimimꝰ: ⁊ oculos coꝛdis ne ꝑ res varias diuerſis deſideriȷ̄s foꝛnicentur, cohibemus ⁊ repꝛimimꝰ. Sic etiã deo noſtro ſancti ſumus atq̄ viuimus. Conſtat eñ ꝙ per ſpinas diuini timoꝛis, ⁊ per hyacinthum celeſtis amoꝛis, ſenſus noſtros a malis appetitibus cohibemus: ⁊ mandata dei recoꝛdamur facilius et implemus.

## ¶Cap. xvi. Textus. Ecce autē Choꝛe filius Iſnar: filiȷ̄ Caath.

## Moꝛalitatum Cap. xiȷ̄.

Choꝛe quidã magnus leuitici generis adiūctis ſibi ducētis quinquaginta viris, cū dathã ⁊ abirō q̄ erãt inter rubenitas maioꝛes, murmurauerūt cōtra moyſen ⁊ aarō cōtribules ⁊ fratres ſuos: ⁊ inuidētes ꝙ aaron pꝛopter ſacerdotiū, moyſes pꝛopter ducatum, plus ceteris honoꝛabantur: ſe ⁊ dictos complices ſuos leuitas dignos ſacerdotio aiebant. Dathan vero ⁊ Abiron quia erant de genere Ruben pꝛimogeniti duces debere fieri pꝛetendebant. Igitur dathan ⁊ abiron ad moyſen venire contempſerunt vocati: ſed potius ad reſiſtēdum ſibi, ſe et affines ſuos contribules parauerunt: quapꝛopter oꝛante ⁊ flente moyſe, et eoꝛum inuidiã puniri poſtulante: factus eſt vehemens terremotꝰ.
C Pꝛecepit itaq̄ moyſes populo, ꝙ ſepararent ſe a tabernaculis hominū impioꝝ: ſtatimq̄ aperta eſt terra, et ipſos cum vniuerſa ſupellectili et familia ⁊ cōgregatione deuoꝛauit et abſoꝛbuit: et tandem iterum ipſa voꝛago patula ſe recluſit. Tunc etiam Choꝛe et illi ducenti qui ſacerdotium ambiebant, a moyſe vocati fuerūt: hauſto igne in thuribulo ſuo, aaron ſimiliter in ſuo, coꝛam domino ſtabant: et quem eligeret dominus in ſacerdotem, expectabant. Repꝛehenderat enim eos moyſes de huiuſmodi ambitione, dicens. Multum erigimini filiȷ̄ leui. Nunquid parum vobis eſt, quod ſeparauit vos dominus ab omni populo: et iunxit ſibi ⁊ oꝛdinauerit, quod quilibet cum thuribulo ſuo coꝛam domino ſtaret: et volūtatē dñi vtrū illi vel ipſoꝛum aliquis vel aaron eligi deberet ad ſacerdotiū, expectaret? Tunc ergo cū terra dathan ⁊ abiron abſoꝛbuiſſet: ⁊ iſti q̄ cū ſuis thuribulis ſtabãt, igne ab ipſis thuribulis exeūte, ſunt coꝛã dño deuoꝛati: aaron vero inter ignes illeſus permãſit. ¶Iſta pñt allegari literaliter: qđ in quo peccat q̄s, in hoc etiam punitur: iſti enim peccabant appeten- Moꝛalitas.
do rem ſpiritualem, ſcilicet ſacerdotium: ideo igne tanq̄ re magis ſpirituali conſumpti ſunt. Dathan vero et abiron peccauerunt appetēdo rem terrenam et ſpiritualem, ſcilicet populi ducatum: et ideo a terra puniti et abſoꝛpti fuerunt
¶Uel dic generaliter contra inuidiam, que non D
poteſt pati pꝛoſperitatem alterius etiam bonorum vel melioꝛum, vel a deo ſpecialiter electoꝝ Aliter.
q̄ſq̄ in nullo eos ledentium vel nocentium: ſicut etiam hic moyſes legitur dixiſſe. Ne reſpicias (inquit) ſacrificiū ipſoꝝ: tu dñe ſcis, ꝙ nec aſellum quidē acceperim ab eis: nec afflixerim quēpiam ipſoꝝ. Uñ Seneca dicit, ꝙ ſi nullos inimicos facit iniuria multos tñ facit inuidia. Iſti ergo igne ꝓpꝛiȷ̄ thuribuli. i. doloꝛe ꝓpꝛiȷ̄ coꝛdis ⁊ coꝛroſione inuidie cōburunt̄ in hac vita: finaliter ꝟo abſoꝛbent̄ in infernali miſeria. ¶Uel dic ꝙ iſte due
ſecte ſignificant duo genera ambitioſoꝛum: qui- Aliter.
dam enim ambiunt ad ſacerdotium. i. ad eccleſiaſticum ſtatum: ſicut ſunt religioſi et clerici: et iſti figurantur in Choꝛe et ſuis ſequacibus/qui erant leuite. Aliȷ̄ ambiunt ad ducatum. i. ad iudicaturas pꝛepoſituras ⁊ ſingularem pꝛincipatum: ⁊ iſti figurantur in dathan et ſuis complicibus. Omnes enim tales de ſuis ſufficientiȷ̄s pꝛeſumunt: et ſe dignos talibus officiȷ̄s et ſtatibus eſſe credunt. Illos vero qui talia officia ex dei voluntate tenent/deſpiciunt et contemnunt: et ſe eis pꝛeficere/ipſoſq̄ de ſuis ſtatibus abiȷ̄cere conantur/ſatagunt et contendunt: et eos habere dominos vilipendunt. Tales ergo pꝛeſumptuoſi et rebelles et inuiti ac ambitioſi: qui etiã vocati a moyſe. i. a ſuperioꝛibus/venire nolunt: ſed potius murmurant/rebellant et cōtradicūt
ſolet dominus terribiliter punire. Igniſq̄ rixe ⁊ E
diſcoꝛdie de ſuis pꝛopriȷ̄s thuribulis. i. de ſuis coꝛdibus ⁊ domibus: inter ſe ſolet aliquotiens exire: et ipſos et eoꝛum ſtatum ſolet conſumere ledere et voꝛare. Terra finaliter eos deuoꝛat: et infernus eos deglutit/deſtruit atq̄ damnat. Et non ſolum ipſos ſed et eoꝛum ſequaces et com-
plices ſic caſtigat. Pſ. Aperta eſt terra ⁊ deglu- pſ. 105. c
tiuit dathã: et operuit ſuper congregationem abiron. Quia igitur ſequaces talium cum talibus pereunt: pꝛecepit dominus vt talium cōſoꝛtia fugiamus: ⁊ qđ ab eoꝛum tabernaculis et familiaritatibus recedamus/ne foꝛte cū eis pereamus: quia reuera quando videmus conſpiratoꝛes vel detractoꝛes contra moyſen ⁊ aaron. i. cōtra bonos pꝛelatos et pꝛincipes congregatos et ad detrahendum et machinandum compoſitos: non eſt tutum talibus ſe adiungere: quia ſcilicet pꝛelatis vel pꝛincipibus pꝛeualentibus contra tales/ſolent eoꝛum ſequaces et complices penas ſimiles luere vel deflere. Bene ergo
dicit. Recedite a tabernaculis impioꝛum homi- Nu. 16. b
num/et nolite tangere que ad eos pertinent: ne
inuoluamini cum eis. ¶Uel dic ꝙ terra que Da- Aliter.
than et ſuos ſuſcipiebat: ſignificat ambitioſoꝝ terrenam pꝛoſperitatem et ſtatum, vel etiam il-

lam terram vel patriam quam occupāt:que pꝛo
F certo ipſos quandoqꝫ deuoꝛat / iniq̄tum ſcilicet
damnationis et tribulationis eoꝛum materiam
adminiſtrat. Quod quidem videmus ſpiritua-
liter in multis:quieſſent boni ꝛ virtuoſi:niſi ter
ra id eſt terre pꝛoſperitas et fluctus negociorū
ipſos per vitia deuoꝛaret:ꝛ ſenſum eoꝛum ꝛ in-
geniū abſoꝛberet. Unde Seneca in epiſtola.xix.
Ingenioſus fuit Methenas magnum exemplū
eloquētie daturus/niſi eum felicitas inuoluiſſet
Quod etiam tempoꝛaliter videmus in aliĳs. Cō
ſtat enim quod de tyrannis et malis dicimus qđ
pꝛopꝛia terra in qua ſtant/pꝛopꝛia ciuitas vel
patria quam occupant/ ipſos finaliter occidit
et deuoꝛat:et eos quandoqꝫ cum ſuis ſequaci-
bus ita tollit de medio/quod nullum veſtigium
Aliter. reſtat. Supꝛa.xiĳ. Terra quam vidimus/deuo-
rat habitatoꝛes ſuos. ¶Uel iſtud allega ſi vis/
cōtra aliquas abbatias vel etiam ciuitates/que
ſcilicet pꝛelatum vel iudicem ſuſtinere nequeūt:
ſed omnes qui ibi ſtant/etiam cum afflictionib⁹
mat.21.d deuoꝛare contendunt:ſicut patet de cultoꝛibus
Aliter. vinee:qui ſeruos patriſfamilias vnum poſt aliū
occiderunt ⁊c. ¶Uel dic quod Choꝛe et ſui ſe-
quaces ſacerdotium ambientes/ignem et thu-
ribula habuiſſe leguntur ad denotādum/quod
ambitioſi pꝛo habendis dignitatibus/thuribu-
lis et ſuffragĳs : id eſt adulationibus et igne,
id eſt muneribus/alios per auariciam inflam-
mantibus vtuntur:et in eis confidere dinoſcun
tur Cum Choꝛe ſuiqꝫ ſequaces ſacerdotium am
G bientes/et añ deum thurificare volentes : iuſto
ꝛ mirabili dei iudicio igne de ſuis pꝛopꝛĳs thu-
ribulis exeūte fuiſſent combuſti/ꝛ pꝛopter ambi
Eodē ca.f tionem puniri. ¶Pꝛecepit dñs ꝙ illa thuribula
in laminas fabꝛicarentur:ꝛ altari holocauſtoꝛū
affigerentur:vt ſic quicūqꝫ ſacrificantes ꝛ vidē-
tes laminas terrerentur ex punitiōe dicti crimi-
nis:ꝛ a ſimili ambitione metu ſimilis ſupplicĳ re
traherentur. ¶Iſta autem poſſunt applicari qđ
Morali- pena vnius debet eſſe terroꝛ multoꝛū. ¶Poteſt
tas. etiā allegari ꝓ ꝯſuetudine illoꝝ q̄ ſceleratos in
locis publicis ſuſpēdūt,vel in locis eoꝛū aliqđ
ſignū ſue punitiōis ꝛ nequitie cōſtituūt:vt oēs
q̄ talia ſigna vidēt/timeant:ꝛ a ſimili delicto ca-
ueāt. Et inde etiā eſt qđ hiſtoꝛie antique maloꝝ
hominum depingūtur:pꝛo eo ꝙ ex eoꝛum aſpe-
ctu homines a criminibus coerceantur. Unde
etiam de Xerxe rege legimus/qđ quendam ma-
lum iudicem fecit excoꝛiari:et pelle eius ſedem
iudicialem cooperiri :filiūqꝫ eius loco ei⁹ iudicē
conſtituit:ꝛ vt in dicta ſede ſuper coꝛium patris
ſedendo/iuſta iudicia redderet/imperauit. Hoc
ergo fecit : vt quotiens aliquam ſententiam da-
ret/ punitionis patris ſui memoꝛiam haberet:
et ſic ab iniuſticia deuiaret. Igitur dico quod
in altari eccleſie debent maloꝛum et ambitio-
ſoꝛum pene ſcribi et depingi: vt ſcilicet terro-
re ſuppliciorum poſſint aliĳ a ſimilibus nequi-
H tĳs retardari. Quod etiam de altari ſacre ſcri-
pture dici poteſt in quo pꝛo certo multoꝛum ma
loꝛum hoim/et ſuarum punitionum ſigna et hi-
ſtoꝛie recitanꝶ:vt omnes q̄ in tali altari ſacrifi-
cant.i.qui in ſacra ſcriptura ſtudēt:dū hec aſpi-
ciant/terreantur.i.a ſimilibus arceanꝶ. Apoca.
Apo.18.e Qui in mari operantur longe ſteterunt ꝛ clama-
uerūt/vidētes locū incendĳ ei⁹. Aaron qui erat
iuſte pꝛomot⁹ ꝛ a deo elect⁹ q̄uis eſſet in medio
eoꝛum qui pꝛopter ſuā ambitionem incēdio pe-
riclitabantur,tñ nō legiꝶ eſſe leſus. Sic vero iu-
ſti q̄uis ſint in medio maloꝛum igne ſue cupi-
ditatis et auaricie,tñ nullatenus leduntur:ſed
ſeipſos bonos et ſynceros ſeruantes/innocen-
ter viuere compꝛobantur. ¶Hic dicitur qđ cum

ppl's ꝓpter moꝛtē Choꝛe, Dathan ꝛ Abirō ꝛ ſuo Eodē ca.f.
rū,vellent Moyſen ꝛ Aaron lapidare ſtatim ap-
paruit gl'ia dñi:q̄ ipos fugientes ad tabernaculū
cooperuit ꝛ ꝓtexit:populuꝫ vero murmurantem
ꝛ ad ſeditionē mouentē,ira dei puniuit ipſoſqꝫ in
cendium mox inuaſit. Simile poniꝶ ſupꝛa:vbi cū
ppl's vellet lapidare moyſen,apparuit gl'ia dñi: Nu.14.b
q̄ ꝛ populum terruit,ꝛ moyſen de manibus popu
li liberauit. ¶Iſtud etiam allega,ꝙ tunc ſumma Morali-
apparet dei benignitas,quando magis inſtat pe tas.
riculū ꝛ neceſſitas:tuncqꝫ magis ſolet auxiliari
quando videt bonos ab impĳs moleſtari. Solet
enim quandoqꝫ in ipſo actu perſecutiōis bonos
ꝓtegere,ꝛ malos incendio,tribulatiōe,ꝛ infoꝛtu-
nio moleſtare. Vñ Apoſtolus. Facit cū tētatione A
ꝓuentū. Quod ſcꝫ in paſſionibus martyꝛū cōpꝛo 1.Co.10.c
baꝶ pluries accidiſſe, Vñ diciꝶ. Iuſtus de angu- Pꝛo.11.b.
ſtia liberabiꝶ:ꝛ tradeꝶ impius pꝛo eo. ¶Cū ppl's Eodē.ca.g
cōbureretꝶ,ꝛ incendiū pateretꝶ,ꝓ eo ꝙ cōtra Moy
ſen murmurauerunt:Aaron ex pꝛecepto Moyſi
ad locū incēdĳ cucurrit,ꝛ ſtās inter moꝛtuos et
viuentes:thymiama deo obtulit,ꝛ oꝛans ꝓ ppl'o Moꝛalitas
incendiū diminuit ꝛ extinxit. ¶Sic vero q̄ñ incen-
diū vitioꝝ vel tribulationū vaſtat ppl'm ſubdito
rū,ſtatim debet adeſſe aaron.i.pꝛelatus vel eccle
ſiaſticoꝝ populus,qui ꝓ certo debet contra hu-
iuſmodi incendiū concurrere:ꝛ ſe inter moꝛtuos
ꝛ viuentes.i.inter peccatoꝛes ꝛ iuſtos medium
ponere:vt ſcꝫ moꝛtuos poſſit ad gratiam reſu-
ſcitare:viuos.i.iuſtos ne tali incendio pereant li Heb.11.g.
berare. Debet ergo thimiama oꝛatiōis ꝓ popu-
lo dño offerre:ꝛ ſic poterit vitioꝛū vel infoꝛtunio
rū incendium ſuperare. Et ſic de bonis pꝛelatis
poteſt dici illud Apoſtoli. Obturauerūt oꝛa leo-
num:extinxerunt impetum ignis: effugauerunt
gladĳ aciem.

## ¶Capi.xvij. Textus.

**Et locutus eſt dñs ad moyſen, dicens: Loquere ad filios. Moꝛa. Ca. xiiĳ.**

V Olēs domin⁹
acerdotiū Aarō confirma- B
re,ꝛ murmur populi ſedare
et volens oſtendere ipſum
Aaron ſpecialiſſimū electuꝫ
ſuū eſſe. Pꝛecepit ꝙ ſingu-
las virgas aridas ſingule
trib⁹ cū ſupſcriptiōe ſingulo
rū noim tribuū i tabernacu-
lū poneret. Aaron autē ſuā virgā ſiccā cū inſcri-
ptiōe ꝓpꝛĳ nominis ſue tribus poneret cū eiſdē.
Cūqꝫ oēs ille virge corā dño per nocte fuiſſent di
miſſe:ꝛ in craſtinum pꝛoducte:inuenta eſt virga
aarō germinaſſe:necnō frōdes ꝛ floꝛes ꝛ fruct⁹:
ſcꝫ amigdala pꝛotuliſſe. Quo ſigno ſacerdotium
aaron fuit a domino confirmatum. Uirga quoqꝫ
ſicca q̄ floꝛuit eſt in tabernaculo ꝛ in arca ad ꝑpe
tuū monimētū repoſita. ¶Sic vero ſi tu vis ſcire Moꝛalitas
qui ſacerdotes,ideſt ſuperioꝛes ꝛ pꝛelati debent
eſſe a deo pꝛeelecti:reſpice virgas eoꝝ ideſt iuſti
ciā vel iuriſditiōes quibus regunt populum:et
ille cuius virga i.iuſticia erit arida ſine humoꝛe
carnalis affectionis:recta ſine curuitate vel de-
clinatione perſonalis acceptionis: germinans
per bonam cogitationem, frondens per latam
dilectionem,floꝛens per bonam conuerſationem,
fructificans per bonam operationē. Talis pꝛo
certo erit aaron dei electus,ideſt pꝛelatus ꝛ bo-
nus,dignus,ſufficiens ꝛ acceptus. Aliĳ vero quo
rum virga ſeu iuridica iuſtitia remanet ſicca : ꝛ
a germine,fronde,floꝛe, fructu pꝛedictis ſte-
rilis et vacua,digni ſunt repudiari a ſacerdo-

C dotio platiōe ⁊ ꝓmotione vel officio retropelli: ⁊ ſic poterit illis dici illud: Uirga eq̄tatis virga
Heb.i.b regni tui ⁊c. Et dic ꝙ aaron interpretatur mons fortis: ad denotandū ꝙ prelatus q̄ tali virga iudicat, eſt vt cōiter mons.i. altus ⁊ honoratus: et fortis.i. ſolidus ⁊ cōfirmatus: q2 ſcȝ tales quoꝝ iuſtitia talis eſt, vt premiſſi ſunt apud hoies alti ⁊ honorati ⁊ in ſtatu ſuo timere debet, qui ſcit et vult iuſtitiā exercere, ⁊ virgā floridā ⁊ fructiferā dño pſentare. Unde dicit. Facte ſunt ex eo vir
Eze.19.e ge ſolide ſceptrū dominātū. ¶ Uel dic ꝙ Aaron
Aliter. ſignificat populū iudaicū. Uirga ſicca ſignificat virginem benedictā Mariā, ab omni humore carnalis voluptatis penitus alienā. Iſta ergo ſicca germinauit, floruit, fronduit, fructificauit.i. virgo concepit peperit ⁊ generauit illū q̄ eſt germē gratie, fons letitie, flos mūdicie, fruct⁹ iuſtitie, id eſt dei filiū benedictū Chriſtū. Chriſtus. amigdalū pōt dici: qui eſt fructus medicinalis: pro eo ꝙ iſte mundū ſanat ⁊ redimit a morbo peccati ⁊ nequitie. Et breuiter aliis virgis.i. aliis virginibus ſiccis ⁊ ſterilib⁹ manentib⁹: iſta ſola floruit ⁊ ſine ſemine viri deū ⁊ hominē parturiuit. Unde
Eſa.ii.a dicitur. Egredietur virga de radice Ieſſe, et flos de radice eius aſcendet, ⁊ requieſcet ſup eū ſpi-
D ritus domini. Iſta enim ad literā fuit de radice i. de genere ieſſe, qui fuit pater Dauid: ⁊ de radice.i. de corpore hui⁹ virge aſcēdit iuſtitie dei filius: ſuper quē requieuit ſpūſſanctus. ¶ Aduerte hic ſi vis, quod dixit dominus moyſi. Illius quē elegero germinabit virga, ⁊ tñ ipſe plus reddidit ꝙ promiſit: q2 ſcilicet virga illa non ſolum germinabit, imo fronduit, floruit ⁊ fructificauit: ad denotandū ꝙ deus ſuperabundantius pmiat
3.Reg.3.b ꝙ promittit: ſicut apparuit in Salomone: qui ſolū petebat ſapientiam: ſed dñs non ſolū ſapien-
Jaco.i.a tiam, imo etiam diuitias ⁊ gloriā ſibi dedit. Un
Aliter. dicitur, ꝙ ipſe dat oibus affluenter, ⁊ non improperat. ¶ Uel dic ꝙ exemplo ei⁹ quilibet vir perfectus plus debet facere ꝙ promittere: ⁊ abundantius benefacere ꝙ auſus fuit dicere vel afferere. Quod eſt contra multos, qui multa promit-
Eccli.4.b tunt ⁊ pauca reddūt: de quibus dicitur: exigua
Pro.14.c dabit, ⁊ multa improperabit. Et alibi. vbi verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas.

## ¶ Capi. xviii. Textus.

**Dixit dominus Ad Aaron. Tu et filii tui et domus patris tui. Moralitatum Capitulum xv.**

E Ictū eſt aarō. Tu ⁊ filii tui cuſtodite ſacerdotiū veſtrū: ⁊ oia q̄ ad cultum altaris pertinēt ſacerdotes illō miniſtrabūt. Si quis extraneus acceſſerit, occidetur. Ponitur etiā hic: ꝙ leuite debebant habere decimas de oibus bonis filioꝝ iſrael. Ipſi vero leuite de decimis perceptis debebant percipere decimam partem, et dare ſacerdotibus: nihilq; debebant hereditatis habere in populo, decimarum oblatione cō-
Moralitas tenti. ¶ Sic vero ſacerdotes.i. ſacri duces, ſcȝ boni ⁊ ſancti viri debebant circa altare dñi ſcȝ in officiis eccleſiaſticis miniſtrare: nulluſq; extraneus.i. nullus peccator: ſimoniacus vel indign⁹ ſe debet ad hoc ingerere quoquo modo. Leuite etiam ⁊ clerici et religioſi non debēt mundanas hereditates ⁊ opes querere: ſed decimarū oblatione, id eſt ſuorum prouentuū eccleſiaſticorum perceptiōe debet contenti eſſe: ⁊ ad hec, de his debent ſuis ſacerdotibus, id eſt ſuis maioribus, pmitias.i. ſubuentiones ⁊ ſeruitia debita miniſtrare: quod tñ eſt contra multos ambitioſos clericos quibus decime.i. beneficia eccleſiaſtica nō ſufficiunt imo temporales dignitates, regſq; officia ambiunt atq; cupiunt: ⁊ terrenas poſſeſſiones pro ſe ⁊ ſuis accumulant ⁊ acquirunt. Contra quos dicitur. Contenti eſtote ſtipendiis ve- Luc.i.c
ſtris. Et hic dicit etiā ſic: in terra eorum, ſcȝ ſecu- F
larium, nihil poſſidebitis: nec habebitis partem inter eos. Ego enim hereditas veſtra ſum in medio filioꝝ iſrael. ¶ Hic dicitur ꝙ omnia que offe- Eodē.c.b
rebantur domino vel miniſtris eius: ſiue eſſent decime, ſiue donaria: debebant eſſe optima electa deo. Et debebāt meliora dare, et non egregia et pinguia reſeruare. ¶ Quod tñ eſt contra illos, Moralitas
qui deo ⁊ religioni dāt filios deformes, fatuos ⁊ pꝛoteruos. Dic etiam contra illos qui deteriores fructus ꝓ decima ſoluunt, deteriorem denarium offerunt: ⁊ de veſtibus ac victualibus deteriora pauperibus pro Chriſto tribuunt: ⁊ quicquid eſt egregium vel electum, ſibi retinent ⁊ aſſumunt. Debent tamen iſti attendere illud Malach. Maledictus qui habet in grege ſuo maſculum, ⁊ offert domino debile. Mala.i.b

## ¶ Capi. xix. Textus.

**Locutus eſt dominus ad Moyſen et Aaron dicens. Iſta eſt religio. Moralitatum Capitulum xvi.**

H Ic ponitur ⁊ replicatur de ſacrificio vacce rufe: ſed de hoc vide Leui. xvi. Hic vero attende vnum mirabile. Dicit enim hic, ꝙ de cinerib⁹ vacce combuſte fiebat aqua expiationis: ex qua ſcȝ oēs immūdi purificabantur: ⁊ cum tali aqua mundare immūdos a dño iubebat. Uerūtñ ſic fiebat, ꝙ vir mundus q̄ carnes cōburi faciebat: ⁊ ille q̄ collectos ⁊ mūdificatiuos cineres i loco mūdo reponebat vel q̄ immūdū aqua mūdificatiua aſpergēdo mūdabat, immūdus fiebat: ⁊ rē mūdā ⁊ mundificātē tangēdo, ⁊ immundo mundiciā dando etiā immūdiciā cōtrahebat. Propter qđ vt mundus fieret, in veſpere ſaluabatur. Per cineres mundificatiuos qui erant de cineribus vitule combuſte, intelligo myſteriū paſſionis Chriſti, vel altaris ſacramentū, vel alia ſacramēta: que mixta cū aqua lachrymaꝝ mūdant immūdos.i. de pctōrib⁹ faciūt iuſtos. Cinis eīm remanet poſt cōbuſtionem. Sic ⁊ memoria poſt paſſionē ⁊ ſacramētū eucharíſtie ⁊ alia ſacramēta poſt xpi mortē ⁊ reſurrectionē. Igitur illi q̄ tractāt illos cineres.i. ſacramēta eccleſie: ⁊ q̄ iſtis mediātibus immūdos ⁊ peccatores mundificant: q̄ vitulā cōburūt.i. qui xpi cōbuſtionē ⁊ paſſionē cōſiderant: ⁊ qui cineres iſtos cū aqua ſacre ſcripture ⁊ doctrine in alios H
aſpergunt ⁊ pdicāt: ⁊ mundi efficiunt ad tactum mūdicie quā miniſtrāt, idignos ⁊ imūdos ſe putāt: quicūq; ꝙ mūdus ⁊ ſctūs ſacra eccl'ie adminiſtrat: ſeu q̄ onus mūdificādi alios in ꝓfeſſione portat: ſeu q̄ ſacrā ſciētiā aliis pdicat: ⁊ ide aſpergit alios atq; rigat: ꝓculdubio i ſua exercitatiōe dȝ imundiciā ꝯhere: inquātū ſe nō digne admíniſtraſſe ſemp dȝ credere ⁊ timere: ⁊ iō ꝓ imūdicia i. ꝓ tali indignitate ſe dȝ ꝑ cōfeſſionē abſtergere ⁊ lauare. Uñ. Cū oia bene feceritis, dicite: ſerui inu- Luc.17.c
tiles ſum⁹. ¶ Uel dic cōtra malos ſacerdotes: q̄ Aliter.

dum alios pꝛedicãdo ⁊ ſacramenta miniſtrando
mundificant a peccatis, ipſi imundi pctõꝛes effi-
ciũtur, inquãtũ ſcʒ indigne ſuum miniſteriũ exe
quuntur. Cõſtat enim ꝙ multi ſimplices ex ſim-
plicitate ſua mundi ⁊ boni ſunt: qui tñ ſi cineres
tangere. i. ſacramentã eccleſie miniſtrare pꝛeſum
pſerint: vel officium eccleſiaſticũ, ⁊ potiſſime offi
ciũ pꝛelature cum ad hoc indigni ſunt, immũdi ⁊
peccatoꝛes fiunt: ⁊ ſic fit ꝙ ille qui in minoꝛibus
erat mundus, dum ad maioꝛa vehit, fit immun-
Eodẽ. c. b dus. Allega ſicut vis. ¶ Hic dicitur ꝙ quicunq
tãgebat moꝛtuum vel domum eius intrabat: vel
aliquid de domo ſua tangere pꝛeſumebat, immũ
dus erat: ⁊ tertio ⁊ ſeptimo die abſtergere ſe de-
bebat. Qui enim tertio die nõ aſpergebat, nunq
Moꝛalitas in die ſeptima mundabat. ¶ Numerus ternari⁹
ſignificat fidem trinitatis. Septenarius vero nu
merus ſignificat ſeptem ſacramenta: vel etiam
A ſeptẽ virtutes vel ſeptẽ opera mĩe. Aqua expia-
tionis que habebatur, ſignificat penitentiam, et
moꝛtis memoꝛiã lachꝛymoſam. Igitur illud eſt
verum ꝙ illi qui ex tactu moꝛtui. i. ex cõſenſu et
operatiõe moꝛtalis pcti efficiunt immũdi: nunq
per aquã expiatiõis. i. per penitentiã mundant,
niſi die tertio. i. in fide trinitatis: ⁊ in die ſeptimo
i. ſeptenario ſacramẽtoꝛũ, virtutũ ⁊ operũ, iſta
expiatio ⁊ ablutio. i. mundificatio peragatur.
Nihil enim valet ternarius ſine ſeptenario, et
ecõuerſo. Quia ſcʒ nihil valet ad ſalutẽ fides, niſi
Iac. 2. d habeat opera: nec etiã ſacramenta vel opa valẽt
Heb. 11. a aliqd ſine fide. Unde dicitur. Fides ſine operib⁹
Eodẽ ca. c moꝛtua eſt. Et Apl's. Sine fide ĩpoſſibile eſt pla-
cere deo. ¶ Itẽ hic dicit ſic. Uas qd nõ habuerit
Moꝛalitas operculũ vel ligaturam deſuper, immundũ erit.
¶ Sic vere vas coꝛdis reputat immundũ: qñ ꝑ
cuſtodiã vel charitatẽ non eſt ligatũ: nec per ti-
moꝛẽ dñi coopertũ, vel per timoꝛẽ dñi abſcondi-
tũ vel velatũ: ⁊ ideo illi qui coꝛ ſuũ omnibus ma-
nifeſtant, qui per iactantiã vel per vanã gloꝛiã,
vel per iracundiã interioꝛa ſua dilatãt, ⁊ affect⁹
ſuos cohibent: nec moderant, immũdi merito di
cendi ſunt. ¶ Uel dic etiã ꝙ vas iſtud ſignificat
Aliter. os: quod ſcʒ per loquendi moderantiã non fue-
rit ligatum: vel per verecũdie reuerẽtiã non fue
rit coopertũ: dici debet ꝓ certo ꝙ eſt fetidum et
immundum. Os enim quod ſemper eſt ad loquẽ
Pꝛo. 25. d dum apertum ⁊ deligatũ. i. a termino temperan-
B tie ſolutũ: neceſſe habet eſſe in multis immundũ
⁊ diſſolutũ. Unde dicitur. Sicut vꝛbs patens et
abſq murorũ ambitu: ſic homo qui neſcit in lo-
Pſ. 5. c quendo ſpiritum ſuum cohibere. Pſal. Sepul-
chꝛum patens eſt guttur eoꝛum ⁊c.

## ¶ Capitu. xx. Textus.

Ueneruntq filii iſrael ⁊ oĩs multitudo in
deſertũ ſin. Moꝛalitatum Ca. xvii.

Cum populus
veniſſet ĩ cades, moꝛtua eſt
ibi maria, et defecit aqua
populo: ⁊ contra deũ mur-
Moꝛalitas muraũit. ¶ Cades interpꝛe
tatur commurata vel mare
tollens: ⁊ ſignificat mundi
ꝓſperitatẽ: que mare, id eſt
moꝛtis amaritudinem de
mente tollit: ⁊ faciliter mutat ⁊ deperit. Maria
interpꝛetat amara: q ſignificat penitentiã, que ꝑ
cõtritionẽ amaricat atq rodit. Igit iſtud eſt ve-
rũ, ꝙ qñ hõ venit ad cades, id eſt ad ſtatũ mũda-
ne ⁊ mutabilis ꝓſperitatis: ꝓ certo ſtatim maria:
id eſt pnĩa ſibi moꝛit: q nunq penitẽtie amaritu
dinẽ amplexat: ⁊ ꝓpter hoc aqua diuine gratie
tunc deficit: pꝛopter quod murmur ⁊ contentio
ſepe venit. Pꝛoſperitas enim pnĩam interficit: et
per moꝛtem penitẽtie aqua gratie deficit: ⁊ pꝛo-
pter eius defectum murmur ⁊ diſcoꝛdia in po-
pulo vel in mente naſcit atq creſcit. Et ideo de
maria matre ieſu dicit: ꝙ ĩ nuptiis vbi ipſa fuit: C
aqua non defuit: imo etiã in vinum mutata fuit. Ioh. 2. b.
¶ Hic ponitur quomodo aqua de petra ꝓducit, Eodẽ. c. b
vt biberent homines et iumenta: ſed vide Exo- Eodem. c. c
di. xvii. vbi ſimile ponitur qd ibi expoſui. ¶ Po-
pulus iſrael volẽs tranſire per cõpendiũ ad ter-
ram ꝓmiſſionis, rogauit regem Edom, ꝙ ipſum
per terrã ſuam trãſire permitteret: ꝓmittẽs ꝙ ꝑ
viã tritã, publicã ⁊ regiã pergeret: nec ad dexte
ram, nec ad ſiniſtrã diuerteret: aquã de ſuis pu-
teis nõ biberet: agros ⁊ vineas nõ intraret. Qd
ſi de bonis terre ſue accipere ipſum aliquid ꝯtin
geret, mox iuſtũ pꝛeciũ ſibi daret. Rex aũt Edom
hec oĩa denegauit: ⁊ dare trãſitũ fratri ſuo iſrael
noluit: ſed ad pꝛeliandũ cõtra eũ ſe parauit. Pꝛo
pter qd Iſrael ab eo ſe diuertit: ⁊ per viã aliam
magis longã ad terram Hieruſalẽ pꝛoperauit. Moꝛali-
¶ Iſrael ⁊ edom, Jacob ⁊ eſau, q fuerũt fratres, tas.
poſſunt ſignificare animã ⁊ carnẽ que ſicut fra-
tres inuicem ſunt cõiuncte. Iſrael enim videns
deũ: edõ autẽ ſanguineus interꝑtatur: q ſcʒ ani
ma põt deum cognoſcere: caro vero ex ſanguine
dinoſcitur viuere ⁊ conſtare. Cum ergo iſrael. i.
anima habeat ire in terram ꝓmiſſionis. i. in pa-
radiſum, vel etiã in perfectionis ſtatum, ⁊ neceſ-
ſe habeat ꝑ terrã fratris ſui. ſ. coꝛpoꝛis ſiue car-
nis tranſire: valde timet ꝙ ab eo impediatur: et
ꝙ a carne a virtutum itinere retardetur. Iſte D
ergo iſrael. i. ſpũs: per viam recte penitentie: vel
per viam publice miſericoꝛdie vel eleemoſyne, ꝑ
viã regiã iuſtitie ꝓponit ire. Aquas deliciaꝝ nõ
ꝓponit bibere: per agros ⁊ vineas. i. per extre-
ma negocia nõ intẽdit incedere: nec ꝑ aliquã in-
iuſtitiã ꝓponit ad ſiniſtrã ſeu ad dexteram de-
clinare. Quod ſi aliquid de bonis ipſius terre. i.
de mundi deliciis guſtauerit, pꝛomittit ſatiſface
re ⁊ per penitentiam emendare. Sed quid? Reue
ra iſte Edom. i. caro cum populo ſuo, id cum gu
la ⁊ vitiis carnalibus, talia pacta renuit: ⁊ iſrael,
id eſt anime ſeu menti cõtemplatiue tranſitũ pꝛe-
ſtare contradicit: imo ad ei obuiandũ ſe cõtinue
ꝑparat ⁊ ꝑmunit. Non tranſibis inquit per me:
alioquin armatus occurram tibi. Inde ergo ſe
pe fit, ꝙ mens ſeu anima neceſſe habet aliã viam
magis latam ⁊ cõem querere: ⁊ ipſe edom, id eſt
carnis impugnationes, a via compendii. i. a ſta
tu et vita perfectionis et abſtinentie retroire. Gal. 5. c
Ideo bñ dicit Apl's, ꝙ caro cõcupiſcit aduerſus Eodẽ. c. d
ſpiritum, ⁊ ſpiritus cõcupiſcit aduerſus carnẽ.
¶ Hic pꝛecipit dominus: ꝙ Aaron vadat ad pa
tres ſuos, et quod ſanctis veſtibus denudetur:
et ipſis filius eius Eleaʒar induatur in monte
hoꝛ Eleaʒar igit a Moyſe ducit: et ibi ſacris ve-
ſtibus induitur, et ſummus ſacerdos conſtituit.
Aarõ autem ibidem moꝛitur, qui triginta dieb⁹
a populo deploꝛat. ¶ Sic vere cũ quis ad ſacer E
dotiũ ſumendus eſt: et loco patris. i. pꝛelati ſub- Moꝛali-
ſtituendus debet ſupercilium montis. i. mentis tas.
contemplationem aſcendere, veſtes ſacras. i. vir
tutes induere: et ſic mediante Moyſe. i. adiuuan
te diuina lege digne poterit ſacerdotiũ et eccle
ſiaſticum gradum ſeu officium obtinere. Hoꝛ eñ
interpꝛetatur lumen ſeu mons: q pꝛo certo iſte
lumen contemplationis et montem perfectionis
aſcendit, qui digne Aaron. i. ſancto pꝛelato vel
epiſcopo pꝛedeceſſoꝛi ſuccedere querit. Bene er- Iob. 40. a
go dicitur. Circunda tibi decoꝛem et in ſublimi
erigere: et eſto gloꝛioſus, et pꝛecioſis induere ve
ſtibus. Aaron moꝛtuus eſt, et per triginta dies

eſt a populo deploratus. Sic ⁊ nos in religione
terrena pro mortuis facimus: ⁊ per triginta dies
miſſas pro mortuis facimus, ⁊ decantamus.

## ¶ Capi. xxi. Textus.

**Quod cũ audiſſet chananeus rex Arad
qui habitabat ad meridiem, veniſſeq;
iſrael per exploratorum viam. Morali-
tatum Capitulum xviii.**

P**Opulum circũ**
euntem terram edom cepit
tedere itineris ⁊ laboꝝ, dice
batq; moyſi. Cur eduxiſti
nos de egypto, vt morere-
mur in ſolitudine? Deeſt pa
nis: nõ eſt aqua. Aia noſtra
nauſeat ſup cibo iſto leuiſſi-
F mo: ſicut ante fecerat ille po
Nu.21.a pulus ſimilẽ murmurationẽ dicens. Quare nos
aſcendere feciſti de egypto: ⁊ adduxiſti in hũc
locũ peſſimũ ꝗ ſeri nõ põt: ꝗ nec ficũ gignit, nec vi
neas, nec malogranata: inſup ⁊ aquã nõ hꝫ ad bi
bẽdũ. Igit̃ idignat᷒ dñs, ꝓ murmure miſit i popu
lũ ignitos ſerpẽtes: ad quorum plagas morteſq;
plurimorũ venit populus ad moyſen dicẽs. Pec
cauim᷒: quapropter ꝓ ipſis ſanãdis precepit dñs
fieri ſerpentẽ eneũ, ⁊ eũ in palo ſuſpendi: vt per-
cuſſi a ſerpẽtibus dũ in iſtũ ſerpentẽ aſpicerẽt, ſa
narent̃. Sic ergo fiebat ꝙ illos ꝗs aliꝗs ſerpens
viuus ⁊ venenoſus mordebat, ſerpens innocuus
mortuus ⁊ ere᷒ in palo ſuſpẽſus, dũ reſpiciebat
Moralitas. ſanabat. ¶ Iſte popul᷒ murmurãs genus huma
nũ deſignat, ꝗ ſcꝫ in ſolitudine hui᷒ mundi: ꝗ re-
uera eſt locus peſſimus: ꝗ ꝑ predicationẽ nõ ſeri
tur: pane verbi nõ reficit̃: aꝗ gratie nõ bibit̃: ficu-
b᷒, malogranatis. i. bonis ſpũalib᷒ ⁊ virtutibus
non ditat̃: a principio nõ ceſſauit cõtra dñm mur
murare, ⁊ eidẽ ꝑ mala opera repugnare. Quapro
pter ignitis ſerpentibus. i. a demonibus ⁊ vitijs
ipſuꝫ permiſit dñs percuti: ꝗ nõ ceſſauerunt eos
ab Adam vſq; ad chriſtũ miſerabiliter mordere,
⁊ ſpiritualiter necare: tñ propter plagas tribulatio
nũ ⁊ vitioꝝ, cũ antiqui populares plangerent ⁊
G clamarẽt: voluit dominus ꝙ ſerpens eneus, ideſt
Chriſtus, ꝗ more eris ꝑdicando reſonaret, in vir
ginis vtero ſicut in quadã fornace cõflaret̃: et ꝑ
moyſen ideſt per populum iudaicũ: in palo, ideſt
in cruce ſuſpẽderet̃, etiã inſuper moreretur: ⁊ ꝙ
percuſſi a ſerpentibus, id eſt demonibus vitijs ⁊
tentationibus, per aſpectum ⁊ per fidem ipſius
ſanarentur. Iſte etiã ſerpens mortuus viſus et
creditus humanum genus ab illis plagis ſana-
uit quibus antiquus ſerpens, ideſt lucifer, in per
ſona Ade, totum genus humanum letaliter vul-
nerauit. Et quod loquendo moraliter quotidie
efficitur, ꝙ illi qui ab ignitis ſerpentibus, ſcilicet
a mundo, carne ⁊ a diabolo igne triplicis concu
piſcentie inflammantur, ſi ſerpentem in palo pen
dentem, ideſt Chriſtum ⁊ eius humanitatem in
cruce morientem, per compaſſionem ⁊ deuotio
nem aſpiciũt, ſani ⁊ liberi ſtatim fiunt. Ideo Apo
Heb.12.a. ſtolus monet nos ad hunc aſpectuꝫ dicens. Aſpi
cientes in auctorẽ fidei ⁊ ꝯſummatorẽ Ieſum: qui
propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſio
ne contempta. Conſiderate eum ⁊c. ¶ Sicut hic
innuitur: filijs iſrael terram edom circumeunti
bus iuxta terminos Moab duo mirabilia conti-
gerunt. Unum de flumine ſeu de torrente zareth,
qui ante eos ẽ ſiccatus, ⁊ ſicut mare rubꝛũ corã
euntibus eſt diuiſus. Aliud iuxta arnon de qui-
H buſdam rupibus ⁊ ſcopulis qui ad eorum aduẽ
tum geſtierunt: ⁊ ſignum leticie dantes, ſeipſos
inclinauerunt, ⁊ tranſeundi ſpacium ꝑbuerũt: et
ideo ſm ſcholaſticaꝫ hiſtoriam, ⁊ ſm iudeos hic
dicit̃: ſcopuli torrentiũ. Et in Pſ. dicit̃, Montes
exultauerũt vt arietes: ⁊ colles ſicut agni ouiuꝫ. Pſ.113.a.
¶ Iſta pñt exponi myſtice: ⁊ dici ꝙ filij Iſrael ſi- Morali-
gnificãt religioſos: ꝗ ſcꝫ ꝑ ſolitudinem religiõis tas.
circũeũdo terram edom. ſ. mũdũ ꝑperant ad ter-
rã future ꝓmiſſionis. Sꝫ ꝓ certo iſti duo inuene
rũt nocumenta, ſcꝫ fluuiũ zareth, ꝗ ſignificat car
nis fragilitatẽ: ⁊ mõtes arnon, ꝗ ſignificãt penitẽ
tie difficultatẽ. Et reuera iſta duo ſolent nos a ꝓ
greſſu bonoꝝ operum impedire. ſ. fragilitas, ⁊
voluptatis fluxibilitas ex parte noſtra, ⁊ aſperi
tas ⁊ difficultas ex pte rei. Sed ꝗd? Pro certo ſi
fuerim᷒ veri filij iſrael. i. veri contemplatiui ⁊ iu-
ſti: iſta duo impedimenta tollent̃: q: ſ. fluuius nr̃e
fragilitatis ſiccabit̃ ⁊ ſolidabit̃. Scopulus vero
aſperitatis ⁊ difficultatis nobis geſtiet ⁊ letabit̃
⁊ facilis ⁊ meabilis efficietur: quia reuera boni in
ueniunt in ſolitudine religionis ⁊ pñie difficilia
eſſe leuia, ⁊ facilia eſſe fortiſſima. Unde dicit̃. Iu-
gum enim meum ſuaue eſt, ⁊ onus meum leue. Mat.11.d

## ¶ Capitu. xxii. Textus.

**Profectiq; ⁊ caſtrametati ſunt in cãpe
ſtribus moab. Moralitatum Ca. xix.**

H**Ic ponit̃ de mor**
te Og ⁊ Seon regis amorreoꝝ:
ſed nihil ibi notabile iudicaui. Ui A
dens Balach rex Moab, quõ vi-
cti ⁊ deſtructi fuerunt amorrei, ti
muit populum iſrael: ⁊ ideo ꝓ ma
ledicẽdo ſibi, Balaam ariolum aduxit. Dum er-
go Balaam ad balach properat, ſpe munerum
(vt dicunt aliqui) ⁊ contra dei voluntatem predi-
ctum populum maledicere proponeret occurrit
ſibi angelus in via euaginato gladio contra euꝫ.
Quem videns aſina, diuertit ab itinere: ⁊ fuſte ce
ſa angelo cum gladio occurrente in ſtricto quo-
dam loco ꝙ declinare nequibat aſſiſtente: tantũ
adheſit parieti, ꝙ pedẽ ſedẽtis atriuit. Aſina ve-
ro angelũ cũ gladio videbat: ipſe vero Balaã nõ
videbat angelũ. Incepit ergo aſina loꝗ: aperuit
enĩ dñs os illius, ⁊ cepit ꝓphetam reprehendere: ⁊
de hoc ꝙ ipſam fuſte ꝑcuſſerat vituperare. Qua
re me ꝑcutis ecce iã tertio? Extunc etiã dñs ocu
los prophete aperuit: ⁊ angelũ cum gladio vidit
Qui viã ipſius reprehendit: ⁊ ne populũ dñi ma-
lediceret, imperauit. ¶ Iſta allegorice poſſunt di Allegoria.
ci de iudeis ⁊ gentilibus. Balaam enim propheta
põt ſignificare iudeos, qui legẽ ⁊ prophetas ha-
buerũt. Aſina vero ſignificat gẽtiles: qui beſtiali
ter ⁊ brutaliter vixerũt. Angelus ſignificat xp̃m B
vel etiam eius fidẽ ꝗ gladiũ ſue ſeueritatis ⁊ iu-
ſticie ſecum portat. Iſta ergo eſt veritas, ꝙ aſina
prius vidit angelũ ꝗ̃ ꝓpheta. i. gentiles prio cre
diderunt xp̃o: ⁊ ipm citius ꝑ fidem viderũt, ꝗ̃ iu
dei: q: ſcꝫ gentiles ipm ꝑ fidem viderũt: ⁊ iudei in
perfidia remanſerunt: ꝗ prius erant beſtiales et
ceci, fuerunt illuminati: ⁊ illi qui prius clare vi-
derant, ſunt excecati: iuxta illud quod dr̃. Ego Joan.9.g
in hunc mundum veni, vt qui non vident videãt:
⁊ qui vident ceci fiant. In fine tamen balaam an-
gelum videt: quia iudaicus populus finaliter
conuertetur, ⁊ credet in Chriſtum, ⁊ eius fidẽ ꝑ-
cipiet ⁊ cognoſcet. Unde Eſa. Tunc videbis et Eſa.60.a
afflues. ¶ Uel dic ꝙ Balaam propheta, qui inter- Aliter.
pretatur turbans eos, vel deuorans populum,
ſiue ſubſtantia eorum: ſignificat mundi ſuperio-
res, ideſt prelatos principes, ⁊ etiam clericos vel
diuites: quia ſcꝫ iſti licet ſint prophete, ideſt ſa-

pien tes et ſcientifici reſpectu alioꝛum: ipſi tamē
per diſcoꝛdias populuʒ turbant. Patet de aduo
catis, qui nutriunt omnes lites: ꝓpter rapinas
populum deuoꝛant: et tamen ſine ſubſtātia coꝛ
ſunt finaliter inquantum ſcilicet tales rapinarū
diuitie nunꝙ͂ diu apud eos perſeuerant, ⁊ ſicut
patet, tales vt cōiter ſunt, pauperes: aduocati
vero ⁊ alij fraudulenti, quanꝙ͂ de ſubſtantia po
Pro. 11. d. puli ſint diuites: tamen apud heredes eoꝛum mi
nime diu reſtant. ¶ Quia ſecundum Prouerbi.
Alij congregant non ſua: et ſemper in egeſtate
C ſunt. Aſina vero poteſt populum ſubditum, be
Aliter. ſtialem et ſimpliceʒ ſignificare: quam ſcʒ Balaā,
id eſt ſuperioꝛes non ceſſant equitare cōtemne
re et calcare. Igitur dico ꝙ aſina hodie melius
videret angeluʒ ꝙ͂ propheta: quia pro certo ho
die inferioꝛes ⁊ ſubditi melius vident deum, et
melius conſiderant gladium ſue ſentētie ꝙ͂ ipſi
ſui equitatoꝛes: id ꝙ͂ clerici, prophete et religio
ſi, principes ⁊ quicunꝙ͂ ſuperioꝛes. Gladius em̄
Eſa. 38. b. diuine ſentētie hodie p̄terꝙ͂ a ſimplicib⁹ nō time
tur: ⁊ āgel⁹ teſtamēti xp̄s ab ipſis, nō a mūdi ſa
pientib⁹ ⁊ potentib⁹ contemplatur. Unde Eſa.
Non videbo dominum deum in terra viuentiuʒ.
Aſine ergo, id eſt ſimplices per aſpectum gladij
diuine ſententie: quādo ſcilicet in arto loco moꝛ
tis inter parietes finalis neceſſitatis, a quo de
clinare non poſſunt Chriſtum cum gladio expe
ctare comminantē conſpiciūt: a mala via iniuſti
cie diuertunt: et verberari tribulationib⁹ citius
ſe permittūt ꝙ͂ peccare: iuxta illud Job. Fugite
Job. 19. d. ergo a facie gladij: quoniā vltoꝛ iniquitatū gla
dius eſt: et ſcitote eſſe iudiciū. Mali vero ꝓphe
te id eſt mali clerici ⁊ ſuperioꝛes: quia deum nō
D vident neꝙ͂ cogitant: audacter cōtra ipſum pec
cādo properant: ⁊ gladiuʒ ſue ſententie nō foꝛ
midant. Sic ergo fit ꝙ aſine prophetas rep̄hen
dunt, dū ſimplices melius ꝙ͂ literati: laici meli⁹
ꝙ͂ clerici: ſubditi melius ꝙ͂ prelati operantur et
viuunt. Unde iſti hodie contra naturam loqui,
deū laudando videntur, vbi maioꝛes tacere no
ſcuntur. Unde de beato Antonio legitur: ꝙ cum
per deſerta videre Paulū pergeret: ⁊ homūcio
nem ſecum loquacē reperiſſet, dixiſſe fertur. Ue
Aliter. tibi Alexādria, q̄ beſtie xp̄m loquūt: homines
vero ipſum ignoꝛant. ¶ Uel ſi vis: dic ꝙ ſi hō du
cit aſinā ſuā, id aliquē familiarem vel ſubditū
ad aliquod maluʒ opus, ſcʒ ad maledicendū po
pulo domini, ſcilicet ad pauperes moleſtanduʒ:
ſi videt angelum cum gladio, id eſt Chriſtum cū
ſua dura ſententia contra ſe ſtare: et viā illā ſeu
op⁹ illud āgelo, id eſt deo diſplicere cognoſcat
ſibi rebellem et contrariū eſſe deuʒ ſtatim debet
a tali itinere vel opere reſilire: nec propter domi
ni ſui minas aut penas debet vltra procedere:
immo dʒ pedē, id eſt affectum ⁊ voluntatem dn̄i
ſui atterere ⁊ affricare: ⁊ eidē pot⁹ diſplicere, di
Act. 5. c. cens illud. Obedire opoꝛtet deo magiſꝙ͂ homi
Aliter. nib⁹. ¶ Uel dic ꝙ aſina ſignificat hominem humi
lem et patiētem: qui licet habeat ſuſtinere a ſu
perioꝛe: tn̄ cū nimis ꝓuocat: ⁊ ꝑ iniurias a ſeſſoꝛe
ſuo, id ē a ſuperioꝛe vel prelato pl⁹ debito ſtimu
latur, non eſt mirū ſi eius patiētia dirumpatur:
et ſi contra dominuʒ ſuū murmuret ⁊ loquatur.
Subditi em̄ ꝗꝫ͂ patientes, non tamen poſſunt
ſemper iniurias ſuperioꝛū tolerare: immo quā
E do nimis conuiciātur, neceſſe habēt contra eos
reclamare. Quare inquit me percutis ecce iā ter
Job. 6. b. tio? Unde iſti dicunt illud Job. Que eſt enim foꝛ
titudo mea vt ſuſtineā? aut q̄ſ finis me⁹ vt pa
tiēs agā? Nec em̄ foꝛtitudo mea vt foꝛtitudo la
pidis: nec caro mea enea ē. ¶ Uł ſi vis dic moꝛal̄r
Aliter. ꝙ balaā eſt volūtas, q̄ eſt potentia libera, et ta
men ceca. Aſina vero eſt potentia cognitiua, et

tamen ſubdita et ſerua. Que ſcilicet videns ꝙ
āgel⁹ id ē deus, gladio infirmitatū vel infoꝛtu
nioꝛum ipſam perſequitur: ipſam vexat: ⁊ ad mū
di proſpera tranſire deprehendit Balaam, id eſt
voluntatem ad iſtum gladium non attendentē,
ſed ad ſuas concupiſcentias properantem mo
net vt declinet a via mala. Unde dicitur. Infirmi
tas grauis ſobꝛiam facit animam ⁊c. Eccli. 1. a.

## ¶ Capitulū viceſimum quintū Textus. Moꝛabatur autē eo tē poꝛe iſrael in ſetbim. Moꝛali. Ca. xx.

Filijs iſrael ex
iſtētibus in ſethim: vene
runt in caſtra mulieres ma F
dianite ſeu filie Moab: cuʒ
quibus foꝛnicatus ē popu
lus: et vocauerūt eos ad ſa
crificia ſua: et adoꝛauerunt
etiā deos ſuos: propter q̄d
iratus dominus, precepit ꝙ
quilibet fratrem ſuum occideret, et idolatriam
vindicaret. Principes etiā populi qui populum
nō punierant, precepit dominus ſuſpendi, ⁊ cō Moꝛali
tra ſolem in patibulis, poni ¶ Allega exempla tas.
riter ſi vis, ꝙ vnum peccatum ad aliud trahit.
Mala enim ſocietas et cohabitatio maloꝛuʒ, vi
tioꝛum eſt occaſio. Luxuria enim traxit iſtos ad
foꝛnicationem, foꝛnicatio ad idolatriam: idola
tria vero traxit ad moꝛtem. Quia ſecundū Gre.
Peccatum quod per penitentiam nō diluit, mox Aliter.
ſuo pondere ad aliud trahit. ¶ Uel allegari po
teſt contra prelatos, principes ſiue iudices ne
gligentes: qui reuera ſi populum non puniunt Aliter.
cum delinquit: et ſi peccare ipſum non īpediunt
quando poſſent, in inferno ſuſpendi merentur:
⁊ ibi ad ſolem, id eſt ad ardoꝛem perpetuum ex
ponētur. ¶ Uel poteſt illud allegari: ꝙ vbi de fi
de agitur: quilibet zelare iubetur: intātū ꝙ nul
li parenti vel amico parcere tūc tenetur. Amic⁹
enim amicum, ⁊ frater fratreʒ debet occidere: qn̄
videt eum in deū impie agere: ⁊ ꝑ idolatriaʒ vel
hereſim ſibi in via moꝛum ⁊ fidei obuiare. Unde
Deut. Si tibi ꝑſuaſerit frater tuus vt ſeruias
dijs alienis nō acq̄eſcas ei: ſʒ ſtatim iterficias eū Deu. 13. b.
Que tamen intelligo cum iudicis auctoꝛitate,
vel quando eſt bellum commune contra hereti
cos vel infideles. ¶ Hic ponit de illo filio iſrael, Eoꝺ. ca. b.
qui coꝛam moyſe ⁊ alijs tabernaculū ingrediēs,
vna cum meretrice cohabitauit. Queʒ phinees G
ſubſecutus gladio confodit: et ideo ſacerdotiū Moꝛali
ſempiternum a deo ſibi pollicitum eſt. ¶ Quod tas.
vtiꝙ͂ ad hoc allegari poteſt, ꝙ viri chriſtiani et
fideles, et maxime eccleſiaſtici ⁊ ſacerdo tes: pro
fide et moꝛibus debent zelare: ⁊ publice foꝛnicā
tes, vel quoſlibet in ſcandalum publice delinquē
tes debent redarguere ⁊ punire. Et ſic pro cer
to poterunt ſacerdotium perpetuum, id eſt ho
noꝛem eternum: ⁊ hoc in alio ſeculo poſſidere.
Pſal. Tu es ſacerdos ineternum ſecundum oꝛ
dinem melchiſedech. Nihil enim ita perpetuat
ſacerdotia id ē dignitates eccl̄iaſticas ⁊ mūda
nas ſicut zelus iuſticie, ⁊ fidei cum habentur. Ze
lo ergo iſtius fuit dn̄s placatus, ⁊ populus ab
vlterioꝛi plaga liberatus: quia reuera zelus et
iuſtitia etiaʒ malos punit. Pſal. Stetit phinees
et placauit: ⁊ ceſſauit quaſſatio ⁊c.

## ¶ Caplʒ. xxvij. Textus. Acceſſerūt autem filie ſalphaad. Moꝛalitatum Capitulum xxi.

Alphaad mor-
tuus eſt in deſerto:et cum non
haberet filios qui ſibi poſſent
ſuccedere:precepit dñs ꝙ filie
ſue ſuccederēt loco eiꝰ. Unde
etiā legem ſuper hoc dñs pro-
mulgauit dicens:ꝙ homo cum
h mortuus fuerit abſq; filio,ad filiā tranſibit ſuc-
Moralitas. ceſſio. ¶Filij ſignificant viros perfectos:femine
ſignificant imperfectos. Igit̄ quādo pater,id eſt
aliquis prelatꝰ morit̄:tunc ſi habet aliquē filiū.i.
aliquē ſubditū perfectū,prouidū et diſcretū:he-
reditas ſua,id eſt prelatio vel dignitas,debet ſi-
bi diſtribui et cōcedi:et ad illam debet talis eligi
et aſſumi. Uerūtamē ſi talis filiꝰ id eſt talis per-
fectus deficiat:tūc neceſſariū eſt ꝙ in heredita-
te vel prelatura:filia,id eſt ſubditus ſimplex et
imperfectꝰ ſuccedat. Melius eſt enim filiā, id eſt
minus ſufficientē,imperfectū ſeu ſimplicē elige-
re:ꝙ̄ hereditatē eccleſie,beneficiū vel officiū ſine
gubernatore diu dimittere. Quod tamē eſt con-
tra illos q̄ hereditates eccleſiaſticas etiā viris,
id eſt perfectis ⁊ ſufficiētibus cōmittere nolunt:
ſed ipſas vacātes diuturnis tēporibus permit-
tunt. Quod eſt etiā cōtra illos,qui dato ꝙ filios,
id eſt viros ſufficientes perfectos habeant:femi
nas tamē,id eſt ignorātes ⁊ imperfectos/ſcʒ ne-
potes ſuos et amicos ꝓmouent ⁊ exaltant:⁊ he-
reditatē que debebatur nō filialibus ſed filijs,eis
Mat.15.c donant:cū tamē ſcriptū ſit: ꝙ non eſt bonū dare
Aliter. panē filiorū canibus ad manducandū. ¶Uel dic
ꝙ ſic in bonis magis debet eligi mulier:dū tamē
ſit filia,ꝙ̄ quicūq; maſculus alienus. Sic vere in
beneficijs eccleſie quādoq; debet mulier,id eſt mi
nus perfectus eligi:dum tamen ſit filius eccleſie
A id eſt de dioceſi vel patria/ꝙ̄ maſculꝰ,id eſt qui-
Aliter. cunq; magis ꝑfectus de alia gente natus. ¶Uel
iſta poſſunt allegari ꝙ nullus poteſt eſſe ita mi-
rabilis perſona/que a bonis paternis debet ex-
heredari ⁊c. Aduerte hic ꝙ Moyſes in omnibus
arduis cauſis cōſulebat dominū/ſicut patet hic
de ſucceſſione iſtarū filiarū/de blaſphemo/et ſu-
Leuit.24.c pra de colligente ligna ⁊c. In quo notari poteſt,
ꝙ iudex vel prelatus in omni facto arduo debet
ad deum mentaliter recurrere:⁊ ſibi ante omnia
negocium cōmendare:et ſic poterit tutius iudi-
care. ¶Moyſi morituro dictuʒ fuit a domino/ꝙ
montē altum aſcenderet/⁊ ꝙ terrā promiſſionis
contemplaretur et cerneret/ꝙq; loco ſuo Joſue
filiū Nun ducem populi ſubſtitueret: et qđ ad
Moralitas. patres ſuos relicto corpore tranſmearet. ¶Sic
vere prelatus vel vir iuſtus/in monte ſcilicet in
perfectionis ſtatu morit̄:inquantū a valle,id eſt
a populi moribus ſegregatur. Moriturus tamē
ſumme debet terrā promiſſionis paradiſi cōtem-
plari et reſpicere/⁊ eam totis niſibus affectare:
de ſubſtituendo etiam Joſue,id eſt bono ſucceſ-
ſore:ſi ſit tibi poſſibile debet curare,⁊ ꝓ hoc do-
minū exorare:dicendo cum iſto Moyſe illud qđ
dicit. Prouideat dñs deus ſpirituū omnis car-
Eodē ca.c nis hominē/qui ſit ſuper multitudinē hanc:vt
poſſit exire et intrare ante eos. ¶Item aduerte
hic ꝙ quia Moyſes ⁊ Aaron in dñm peccauerūt
B ad aquas cōtradictionis/inquātum ipſum ſan-
ctificare corā populo noluerūt:ideo ne intrarēt
terrā promiſſionis/⁊ ne inducerēt illuc populū,
condēnati fuerūt. Joſue ergo qui non peccaue-
Allegoria. rat/electus fuit,⁊ ibi populū introduxit. ¶Dic
ſi vis allegorice/ꝙ Moyſes et Aaron ſignificant
veterē legē,vel generaliter omnes patres vete-
res. Joſue vero qui interpretat̄ ſaluator ſignifi
cat gratiā vel etiā chriſtū,q2 pro certo illi primi
omnes peccatores fuerūt:⁊ oēs in dñm delique-
runt:et ideo populū dei in terrā promiſſionis.i.
in paradiſum/ſeu etiā in perfectionis ſtatū in-
tromittere nequiuerūt. Omnes eñ peccauerūt, Hebre.3.c
et egēt gratia dei. Apl's. Nihil enim ad perfectū Hebre.7.c
adduxit lex. Neceſſe ergo fuit iſtos in deſerto.i.
in inferno remanere:q2 propter ade peccatū ad
terrā paradiſi nequiuerat penetrare. Pſal. Qui- Pſal.94.b
bus iuraui in ira mea:ſi itroibūt in requiē meā.
Quid ergo? Proculdubio neceſſe fuit hoīem in-
nocentē ſcilʒ Joſue/ſaluatorē.i.chriſtum vel dei
gratiā querere/qui populū poſſet in paradiſum
intromittere/ſeu introducere ⁊ ſaluare. Chriſtꝰ
enim/non moyſes:gratia/nō lex:nouitas/nō ve-
tuſtas:eccleſia/nō ſynagoga:nos introducit ad Roma.3.c
gloriā et ad vitā. Apl's. Non ex operibus legis ad Titum
iuſtificabit̄ omnis caro. Et alibi. Juſtificati gra- 3.b
tia ipſius heredes ſimus. ¶Uel dic generaliter, Aliter.
ꝙ peccatores etiā ſufficiētes:⁊ maxime illi q̄ pec
cauerunt ad aquas cōtradictiōis:vt diſcordes,
dyſcoli et rebelles:nō debent populi duces fieri
et prelati,dñi vel rectores:ſed potius Joſue,id C
eſt innocētes,prouidi ⁊ fideles. Apoſtolus. Ta- Hebre.7.d
lis decebat vt nobis eſſet pontifex ſanctus,inno
cens ⁊ impollutus:ſegregatus a peccatoribus,
et excelſior celis factus. Hic nota ſi vis/ ꝙ moy-
ſes non rogauit pro aliquo in ſpeciali,nec de cō-
ſanguineis,nec amicis curauit, ſed in genere ꝓ
ſufficienti ſucceſſore rogauit.

## ¶Capi. xxviij. Textus.

**Dixit quoq; dominꝰ ad moyſen. Pre-
cipe filijs iſrael. Capitulum viceſi-
mumnonū Textus. Menſis etiam ſe-
ptimi prima dies venerabilis. Mora-
litatum Capitulum xxij.**

In viceſimoocta
uo, et viceſimonono capitulis
agit̄ generaliter de feſtis et ſa-
crificijs eorūdem,et de libamē-
tis. Circa quod nota:qđ ſcđm qđ
poſſumus colligere:dño offere
bat̄ de animalibꝰ/agnus/aries/
vitulus/bos/hircus/vacca/capra/ agna/turtur/
colūba/⁊ paſſer. Itē de rebus nō liquidis offere
bant ſimilā/panē/thus/ſal. De rebus vero liqui-
dis oleū ⁊ vinū. ¶Reuera iſta ſacrificia poſſunt Moralitas.
ſignificare diuerſas ꝟtutes,q̄ ſunt a nobis dño
offerēde. Debemꝰ eñ ſibi offerre agnū.i.innocē-
tiā:bouē q̄ tarde incedit,id eſt tēperantiā:hedū D
q̄ libēter ludit.i.bonā leticiā,hircū ⁊ caprā,quo
rum pilus pūgit.i.penitētiā:vaccā ⁊ agnū,qua-
rū fimus ſterilibꝰ agris ꝓficit.i.eleemoſynā:vitu
lum q̄ iugo ſe ſubijcit.i.obedientiā:turturē que
eſt auis caſta.i.mūdiciam:colūbam que eſt auis
ſimplex.i.modeſtiā. Itē debemus ſibi offerre fa-
rinā,id eſt mūdā cogitationē:panē.i.euchariſtie
deuotionē:ſal.i.ſapiam ⁊ diſcretionē:thus.i.cha
ritatē ⁊ orationē:oleū.i.miſericordiā ⁊ cōpaſſio
nem:vinū.i.ſpūalē ſpē ⁊ cōſolationē. Et breuiter
iſta debēt eſſe ſacrificia ſpūalia:q2 ſacrificiū deo
ſpiritꝰ cōtribulatꝰ:que a deo ſunt acceptabilia
atq; grata. Homo eñ de ſeipſo facit agnū,bouē,
⁊ arietē,⁊ ſimilia,qñ ipe offert deo innocētiā,for
titudinē,iuſticiā,⁊ bona ſpiritualia. Pſal. Sacri Pſal.49.d
ficiū laudis honorificabit me. ¶Uel dic qđ in pa Aliter.
radiſo dño offeruntur varie res,id eſt varia ge-
nera perſonarū,ſcilicet agnus,id eſt hoīes inno
centes,aries,id eſt hoīes iuſticiā diligētes:vitu-
lus,id eſt ſpiritualibus gaudentes ⁊c. Dic ⁊ re-
fer oīa ad perſonas. ¶Nota hic,ꝙ apud iudeos

erant ſeptē ſolēnitates legales.ſ. Sabbatū vbi
ab operibus ceſſabat. Neomenia/vbi principiū
E mēſis ⁊ noue lune.principiū celebrabat. Et dice=
batur a neo qđ eſt noua ⁊ mene qđ eſt luna/qua=
ſi nouiluniū. Phaſe id eſt paſcha:in quo agnus
paſchalis comedebat:⁊ dr phaſe.i.trāſitus dñi.
Pentecoſtes/a die quinquageſima poſt paſcha:
dicta a pentecon qđ eſt quinquaginta:in qua de
frugibus nouis primitie offerebant. Feſtū clan=
goris in principio mēſis ſeptimi/in quo cū corni=
bus pecorū buccinabat. Feſtum propiciationis/
decima die mēſis ſeptimi:in quo vitula rufa con=
cremabat:⁊ cinis eius pro immundis expiandis
ad totū annū reſeruabat. Et feſtū tabernaculo=
rum/quintadecima mēſis huius/quo populus
ſeptē dieb⁹ in tabernaculis morabat. Et aduer=
te ꝙ iſta ſeptē feſta ſuas rationes habebāt. Nam
celebrabat ſabbatū/qꝛ dñs requieuerat. Neome
nia/qꝛ tunc mēſis legalis incipiebat. Paſcha/qꝛ
tunc populus mare rubrū tranſierat. Penteco=
ſtes/quia tūc ſcꝫ die quinquageſima ab exitu de
egypto populus legē acceperat. Feſtū clāgoris/
quia ea die Iſaac liberatus fuerat:⁊ ideo cū cor=
nibus arietinis clāgebāt/propter arietē quē pa
ter loco eius immolauerat. Feſtū ꝓpiciationis:
quia ea die poſt vitulū cōflatilē Moyſes de mon=
te deſcendēs ꝓpiciatū eis dñm nūciauerat. Feſtū
tabernaculorū/ꝓ eo ꝙ populus in deſerto in ta=
Moralitas. bernaculis habitauerat. ¶ Dic moraliter loquē
do ꝙ talia ſeptē feſta celebrabāt ſpiritualiter fi=
F deles in eccleſia. Et ſic dicamus ꝙ ſabbatū cele=
bramus/qñ a malis operib⁹ quieſcimus ⁊ ceſſa=
mus. Neomeniā.i.lune nouitatē colimus/cū no=
ſtram cōuerſationē in bonis morib⁹ innouamus.
Paſcha facimus cum de mundo ad religionē/de
egypto in hieruſalē de pctō ad gratiā/de amaro
ſeculo ad celi amicitiā pertrāſimus. Pentecoſtē
celebramus cū legē dei/ſcientiā ⁊ fidē accepim⁹,
cū primitias bonorū operū ſibi damus. Feſtum
clāgoris agimus,cū deū pura mēte laudamus ⁊
cū de arietis immolatione ⁊ Iſaac liberatione.i.
de chriſti paſſione et reſurrectione eidē gratias
agimus. Feſtū ꝓpiciationis recolimus qñ de ve
nia impetrata ꝑ vaccerufe cōbuſtionē.i.ꝑ chri=
ſti paſſionē gaudem⁹. Feſtū vero tabernaculoꝝ
perficim⁹,qñ nos eſſe in hoc mūdo peregrinos
et aduenas cogitamus:⁊ quādo nos nō habere
hic manentē ciuitatē cernimus:et ad futurā pa=
triā mētaliter ꝓperamus. Iſta ſunt ergo feſta,q̄
nos debem⁹ ſpiritualiter colere:⁊ in tēplo cordis
noſtri mentaliter celebrare. Unde Naū. Celebra
Naum.1.d iuda feſtiuitates tuas:redde altiſſimo vota tua:
q̄uis hodie lamentādo poſſet dici illud Treno.
Obliuioni tradidit dñs in ſion feſtiuitatē et ſab=
Tren.2.b batum. ¶ Uel dic ꝙ multi ſunt mali qui vident
Aliter. adhuciudaizare/feſta iudaica ſpiritualiter cele
brare. Quidā em̄ celebrāt ſabbatū:⁊ iſti ſunt illi
qui ſemꝑ volūt quieſcere/⁊ nullū opus bonū fa=
cere:nec ſunt in aliquo labore. De quibus dicit
Pſal. In labore hoim nō ſunt:⁊ cū hoibus nō fla=
Pſal.72.a gellabunt. Ideo tenuit eos ſupbia ⁊c. Alij ſunt
G qui celebrāt neomeniā.i.nouā lunā:⁊ iſti ſunt illi
q̄ ſolēt nouitates diligere/nouos ritus/mores ⁊
ſtatuta introducere:noua et curioſa querere:et
ſemper aliquid nouitatis appetere:dicere vel fa
cere. Unde dr. Nouorū demonioꝝ denūciator vi=
Act.17.b det eſſe. Alij celebrāt feſtū paſche/qđ interpreta
tur trāſitus:⁊ ſunt illi q̄ inſtabilitatis vitio ſolēt
laborare:nec vnq̄ in aliquo ꝓpoſito ꝑſiſtere:ſed
de bono ad malū/de malo vero ad deterius cōti
nue ptranſire. Uñ Hiere. Tranſierūt de monte in
Hiere 50.b colle,obliti ſunt cubilis ſui. Alij celebrāt feſtum
pētecoſtes/dictū a pente qđ eſt quinq̄:⁊ iſti ſunt
illi quinq̄ qui ſupfluis deſiderijs obediūt:et qui

legem carnis ſuſcipiūt:⁊ primitias ſue iuuentu=
tis ſibi luxuriādo offerūt:dicētes illud Luc. Iu= Luc.14.b
ga boum emi quinq̄. Alij celebrāt feſtū clango=
ris:⁊ iſti ſunt illi qui nō ceſſant tubicinare ⁊ clā=
gere:⁊ cū canticis ⁊ cithara mūdi leticiā frequē=
tare:⁊ tales ſunt etiā p̄liſatores ⁊ venatores/qui
tubis et clamorib⁹ vtunt ⁊c. Unde Iob. Tenent Iob.21.b
tympanū et citharā:⁊ gaudēt ad ſonitū organi.
Alij celebrant feſtū ꝓpiciationis:qđ etiā dr feſtū
afflictionis ⁊ expiationis:⁊ iſti ſunt illi q̄ ſperant D
in fine penitere/⁊ dei miſericordiā habere/et ſe=
ipſos ꝑ penitentiā affligere/⁊ pctōꝝ ſuoꝝ expia=
tionē ⁊ veniā obtinere. Propter qđ nō ceſſant q̄=
diu viuūt peccare:dicētes ꝙ ſatis eſt de tpe quo
poſſint veniā impetrare:dicētes illud Eccli. Mi= Eccli.7.b
ſericordia dñi magna:delictorū meorū nō recor=
dabit altiſſimus. Alij celebrant feſtū tabernacu=
lorū:⁊ iſti ſunt illi qui in nullo ſtatu vel beneficio
figunt pedē:ſicut ſunt ambitioſi/qui ſcꝫ in nullo
officio vel beneficio qđ habeāt/limites greſſuū ⁊
affectuū ſuorū firmāt:imo in omni beneficio tā q̄
peregrini/⁊ etiā tanq̄ in tabernaculis habitāt:⁊
ſemꝑ ad aliquid aliud ambiūt ⁊ anhelant. Unde
dicitur. Habitauerūt filij iſrael in tabernaculis. 4.Reg.13.b
Iſta ſunt ergo feſta mala malorū/quibus in hoc
mūdo tripudiāt ⁊ feſtinā/de quib⁹ dicit. Solē= Eſai.1.d
nitates veſtras odiuit anima mea. Et iterū. Neo Ibidem
meniā ⁊ ſabbatū ⁊ feſtiuitates alias non feram. amos.5.f
Et alibi. Odiui ⁊ proieci feſtiuitates veſtras. Cū
omni die deberet fieri iuge ſacrificiū/ſcilicet vn⁹
agnus mane,et alius veſpere cū libamētis ſuis:
iſtud erat verū/qđ in diebus feſtiuis ⁊ ſolēnibus
plura ⁊ maiora fiebant ſacrificia/q̄ in diebus cō=
munibus. Sic vere licet omni die debemus iuge
ſacrificiū/id eſt iuge bonorū operū exercitiū fa=
cere:⁊ mane ⁊ veſpere.i.in iuuētute et ſenectute
agnū immaculatū.i.vitā puram et immaculatā
offerre:in dieb⁹ tñ feſtiuis debemus pura ⁊ me=
liora ſacrificia.i.opera bona et p̄cipua exercere.
Inquātum em̄ feſtū eſt ſolēnius dꝫ ſacrificiū bo= A
norū operū eſſe maius. Unde Ioan. Eme ea que Ioan.13.e
opus ſunt ad diem feſtū. Quod tñ eſt cōtra mul=
tos,qui dieb⁹ feſtiuis nō plura bona,ſed potius
faciūt plura mala. Unde dicit. Cōuerſi ſunt dies 1.Mach.1.e
feſti eius in luctū. ¶ Sicut ponit hic ſcholaſtica
hiſtoria. Iuge ſacrificiū veſpertinum pinguius Hyſtoria
erat q̄ matutinū. Cuius cauſa erat (vt ait) quia ſcholaſtica.
multi ponebāt de die ſacrificia in altari,vnde ſa=
crificiū pinguius reddebat. ¶ Sic etiā ſacrificiū Moralitas.
noſtrū veſpertinū.i.bona opera ſenectutis de=
bent eſſe meliora,⁊ ꝑ elcemoſynas pinguiora q̄
opera matutina iuuētutis. Quia ſcꝫ quāto plus
ad veſperā ſenectutis ꝓperamus,tanto meliora
opera exercere debem⁹:vt in nocte mortis odo=
re virtutū noſtrarū dñm delectem⁹,⁊ ipe crema=
tionē noſtre pnie ſpiritualiter odoret. Ps. Ele= Ps.140.a
uatio manuū mearū ſacrificium veſpertinum.

## ¶ Caplm xxx. Textus.

Narrauitq̄ moyſes filijs iſrael omnia
que ei dominus imperarat. Moralita=
tum Capitulum xxiij.

Mulier non pote=
rat votū facere. Si vero ipa ſi=
ue filiafamilias votū faceret: B
ſtatim qñ vir vel pater votum
audiebat,ꝯtradicere poterat:
⁊ ſic votū qđ fecerat non tene=
bat. Si vero vir vel pater ſta=
tim nō cōtradiceret,ſed taceret,⁊ quaſi vota aſſo
ciando aliquātulū expectabat:ipm ampli⁹ tolle=

re non valebat. ¶ Filia vero vidua vel repudiata que in patris poteſtate nõ erat, ſi votũ vouebat, neceſſario obligata manebat: et ipm votũ pater
Moralitas. ſuus nullo modo tollebat. ¶ Iſtud ſi vis allega moraliter: ⁊ dic ꝙ pater et mater eſt animus rationalis: filia vero ⁊ vxor eius ſenſualitas carnalis. Igitͬ dico ꝙ qñ talis filia ſeu vxor ſcilꝫ caro vel ſenſualitas/vult aliquod votũ facere. i. vult ex voluntate ſua agere: neceſſe habet viri ſeu patris ſui ſcꝫ animi rationalis cõſenſum et conſiliũ requirere: ⁊ ſi cõtradicat/debet quieſcere ⁊ ceſſare. Iſte etiã vir vel pater/qñ filiam illam ſcꝫ carnem/videt votũ emittere. i. aliquid mali concupiſcere: poteſt in principio ſibi reſiſtere/et votũ ipſius refrenare. Qđ ſi aliquãtulũ tardauerit/et a cõtradicẽdo et carnali appetitu repugnando paulatim ſemp ceſſauerit, ipſam amplius a tali voto. i. a tali malo deſiderio retardare non poterit: q: ſcꝫ mala carnis vota ⁊ deſideria: dũ adhuc ſunt in principio. i. in cogitatione, poſſunt p rationẽ reprimi et auferri. Si aũt cõualeſcere permittunt: vix aut nũꝙ poſſunt deſtrui vel auelli,
C Unde dr. Niſi preueneris eos, paulatim maiora
Aliter. his faciẽt: ⁊ nõ poteris obtinere eos. ¶ Uel dic ꝙ vir vel pater eſt deus: filia vel cõiunx eſt anima: quã pro certo a fatuis votis ſuis reprimit: ⁊ tribulando vel inſpirando ipſam a malo cuſtodit. Illud tamẽ fallit in repudiata vel vidua. i. in anima reprobata et dãnata: q: talẽ ſolet pater ſuus ſcꝫ deus, ⁊ a malis votis ſuis nõ trahere, ſed eam proprie volũtati dimittere: et tanꝙ correctione indignã ſibi in ſuis malis deſiderijs nullatenus
Ozee. 4. obuiare. Unde. Non viſitabo filias veſtras cum
Aliter. fuerint fornicate. ¶ Uel dic ſi vis de prelato, qui bonos ſubditos corrigit, et eorum malis deſiderijs contradicit: repudiatos vero et proteruos tanꝙ incorrigibiles ſue volũtati dimittit. Pſal.
Pſal. 80. c Dimiſi eos ſm deſideria cordis eorum ibunt in adinuentionibus ſuis.

## ¶ Capl'm xxxj. Textus.

**Locutus quoqꝫ eſt dñs ad Moyſen dicens. Ulciſcere prius filios iſrael. Moralitatum Capitulum xxiiij.**

CUm filij iſrael de madianitis triũphaſſent, et quinqꝫ eorũ reges occidiſſent, mulieres ⁊ viros captiuos ad caſtra duxerunt. Quibus ait Moyſes p hec verba. Cur mulieres reſeruaſtis? Nonne iſte ſunt que peccare fecerũt iſrael. Uiros igitͬ ⁊ mu-
D lieres corruptas occidit, et ſolũ virgines reſer-
Moralitas. uauit. ¶ Per madiã qđ interpretatͬ cõtradictio, intelligitͬ caro, que ſemp contradicit ſpiritui. Et per quinqꝫ reges eius intelligo quinqꝫ ſenſus: p mulieres corruptas/intelligo malas delectationes et cogitationes. Per virgines vero intelligo puras ⁊ ſanctas affectiones. Igitͬ moraliter loquendo ſepe cõtingit ꝙ filij iſrael. i. filij ſpirituales cõtra madian. i. cõtra propriã carnẽ militãt: et ipſam cũ quinqꝫ ſuis regibus, id eſt cũ quinqꝫ carnalibus ſenſibus vincunt/ſuperant et expugnãt: mulieres vero cuſtodiũt ⁊ reſeruãt. Iſtos vero dñs reprehendit: ⁊ tales corruptas mulieres. i. cogitationes ⁊ delectationes occidi et deſtrui pcipit: ſolas vero virgines. i. puras et mũdas affectiones reſeruari permittit. Nonne inquit iſte ſunt que peccare fecerũt iſrael? q: p certo male cogitationes ſunt ille/que iſrael. i. virũ iuſtũ vel etiã rationalẽ animã faciũt peccare: q: puerſe cogitationes ſeparãt a deo: et propterea ipſas oportet deſtruere. ¶ Predã quã filij iſrael Capi. 1. a
madianitis tulerãt: pcepit moyſes purgare: au- Eodẽ ca. b
rum et omnia talia que ignẽ ſuſtinere poterant igne pcepit purificari. Illa vero que ignẽ ſuſtinere non poterãt ſicut veſtes et ſimilia/precepit
aqua expiationis mũdari. ¶ Preda iſta ſignificat Moralitas.
alas/que a madian. i. a diabolo per penitentiam
ſubtrahunt: ⁊ quotidie p dñm ⁊ ei' platos ⁊ pdi E
catores ſpũaliter rapiunt. Sed reuera de iſtis ſic raptis/⁊ ad fidẽ vel pniam cõuerſis/duo ſunt gña: q: ſcꝫ quidã ſunt infirmi ⁊ debiles/qui ignẽ tribulationis nequeũt ſuſtinere: quidã vo ſunt fortes/⁊ ignẽ iſtũ cõpetẽter tolerare poſſunt. Et ideo moyſes. i. deus/illos quos fortes ⁊ pfectos videt/p ignẽ dure tribulationis pbat, purificat
⁊ exercet. Pſal. Igne me examinaſti ⁊c. Et Eccli. Pſal. 16. a
In igne pbatͬ aurũ ⁊c. Illos vero quos debiles Eccli. 2. a
et infirmos videt, aqua expiationis. i. dulcedine ſue miſericordie lauat: et cũ ipſis miſericorditer agendo, eos ab igne tribulationũ pſeruat: ſicut patet in quibuſdã quos per martyrũ ſicut per ignẽ ad ſe vocat: ⁊ in alijs quos per ſimplicẽ cõ-
feſſionẽ ſicut per aquã expiat atqꝫ purgat. Pſal. Pſal. 65. c
Tranſiuim' p ignẽ et aquã/⁊ eduxiſti nos in re-
frigeriũ. ¶ Uel ſi vis dic ꝙ aqua expiatiõis eſt la Aliter.
chrymoſa cõpunctio ⁊c. ſicut ſupra. ¶ Uel dic qđ Aliter.
ignis ⁊ aqua ſignificãt duplicẽ baptiſmũ. ſ. flaminis ⁊ fluminis: quorũ ſcꝫ altero neceſſe eſt animã purgari ⁊ purificari, priuſqꝫ a madian. i. a diabolo abſtrahi vel auferri poſſit. Allega vt ſupra.

## ¶ Capi. xxxij. Textus.

**Filij aũt Ruben ⁊ Gad habebãt pecora multa. Moralitatum Ca. xxv.**

TRibus Gad et F
Ruben ⁊ Manaſſe, vidẽtes terram Seon regis amorreorũ: ⁊ Og regis baſan, q̃ erat circa iordanẽ, ꝙ ipſa paſcuis abundabat, et ꝙ ipſi multa pecora poſſidebãt: illã terrã pro hereditate pro alendis ſuis gregibus a moyſe petierunt: ⁊ totã aliã que erat vltra iordanẽ penitus
quittauerũt. ¶ Sic vere tres trib'. i. tria genera Moralitas
hoim ſcꝫ Ruben, q̃ patris cubile fedauit. i. luxurioſi. Gad qui interpretatͬ accinct'. i. auari: qui ad laborandũ pro mundo ſemper ſunt accincti. Manaſſes qui interpretatͬ obliuio. i. ſuperbi: qui dei et ſui pximi ⁊ ſuippſius ſunt obliti: nõ curant vltra iordanẽ. i. vltra fluuiũ iudicij. i. vltra mortem. ſ. in paradiſo poſſeſſionẽ accipere: immo ſumme curãt hic habere citra iordanẽ. ſ. in hoc mũdo, diuitias et poſſeſſiones: quib' poſſint pecora ſua, id eſt vxores ſuas ⁊ filios alere ⁊ ditare. Iſtã ergo terrã a Moyſe. i. a deo videntͬ per portionẽ ⁊ hereditatẽ accipere/⁊ terrã promiſſionis. i. paradiſum, qui vltra iordanẽ mortis latitat, prorſus dimittere et quittare, ⁊ cõtenti preſentibus, de perpetuis temporibus non curare.

## ¶ Capi. xxxv. Textus.

**Hec quoqꝫ locutus eſt dñs in cãpeſtribus moab. Moralitatum Ca. xxvi.**

ORdinauit dñs qđ G
certe vrbes leuitarum pro refugio illorum qui homĩnẽ occiderant ordinarentur: ⁊ ꝙ ibi tranſfuge ab occiſi amicis ſaluarentur, quouſqꝫ ſummus ſacerdos moreretur: ⁊ tunc liberi penitus eſ-

ficiebantur: ſi tamē non volūtarie, ſed a caſu ho
Moꝛali-tas. minē occidiſſe reperiebātur. ¶ Sic vero ſi quis
hominem .i. rōnem, vel etiam Chꝛiſtū, vel etiam
gratiam in ſeipſo occiderit per peccatū: cōſtitu-
te ſunt ſibi ciuitates refugij .i. diuerſi penitētie
ꝛ religionis ſtatus: ad quos fugiens liberatur:
ne ab amicis occiſi (id eſt) a deo ꝛ ab āgelis pen-
niter occidatur. ¶ Uel dic ꝙ ciuitas refugij eſt
eccleſia: qꝛ ſcilicet ille qui ē homicida ſuūpſi9 ꝑ
peccatum, non habet remedium niſi ad ciuitatē
Aliter. refugij .i. eccleſie fidem ꝛ diſciplinam: ꝛ ad moꝛtē
Pſ.45.c. ſummi pontificis .i. Chꝛiſti paſſionē et moꝛtem.
Aliter. Pſ. Domine refugiū fact9 es nobis. ¶ Uel dic ꝙ
homicida non habebat niſi tria remedia .ſ. pacez
cuz amicis, ciuitatē refugij, ꝛ moꝛtē pontificis.
Sic vero peccatoꝛ qui ſuūpſius (vt dictū eſt) eſt
homicida, non habet remediū niſi tria .ſ. ciuita-
tem refugij hoc eſt beata virgo: moꝛtē pontificꝫ
.i. Chꝛiſti paſſio: pacem cū amicis, hoc eſt penitē-
tie ſatiſfactio, ꝛ chꝛiſti ꝛ ſanctoꝛum per peniten-
D tiam placatio. Penitentia enim iudicem placat:
paſſio ſemper ſaluat: Maria tranſfugam ꝓtegit
atqꝫ ſeruat. Unde canitur. Sub tuum preſidiuz
confugimus ſancta dei genitrix ꝛc.

## ¶ Capitulū triceſimum ſextū. Text9. Acceſſerunt autē ꝛ principes familiarum Galaad. Moꝛalitatum Capitulum xxvij.

Moꝛali-tas.

AD finem quod
ſoꝛtium diſtributio non con-
funderetur: precepit domin9
occaſione filiaruz Salphaad,
ꝙ quilibet de tribu ſua vxoꝛē
acciperet: ꝛ quelibet mulier i
tribu ſua nuberet: ꝛ ſicut diſti
cta tribus, ſic ꝛ hereditas in ſuis famili is per-
maneret. ¶ Hoc ſi vis applica contra illos qui
in alijs tribub9 id ē in alienis eccleſijs: vxoꝛes .i.
beneficia cupiunt accipere: et non contenti pꝛo-
pꝛia tribu id eſt pꝛopꝛia dioceſi, religione vel col
legio, vxoꝛem id eſt beneficium alibi vendicare
non verentur. Precepit ergo dominus ꝙ nemo
aliunde coniugem accipiat, et quod ꝑ ambitio-
nē ad aliaz tribum, id eſt ad aliam eccleſiam vel
collegium ſe ſine cauſa non transferat, ſeu vxo-
4. Regum. rem vel beneficiū ibi querat. Unde dicitur. Cō-
14.c. tent9 eſto gloꝛie tue: ꝛ ſede in loco tuo. De vxo-
B ribus etiā id eſt de dignitatibus, officijs et bene
ficijs vult, ꝙ de tribu ſua .i. de gremio pꝛopꝛio
vir vel pꝛelat9 vel rectoꝛ ipſis aſſignetur: ꝛ ꝙ de
aliena patria vel eccleſia ipſis nullatenus oꝛdi-
netur. Quod tamen hodie male ſeruatur: qꝛ ſcꝫ
illi q ſunt de pꝛopꝛia tribu .i. de collegio vel de
patria: ꝛ qui ſunt ꝓpꝛij filij eccleſie, hodie repel-
luntur. Alij vero q aliunde veniūt ſcꝫ nepotes ꝛ
familiares pꝛelatoꝝ: talib9 vacātib9 vxoꝛib9 .i.
bñficijs dotant. Uñ illi de pꝛia poſſunt dicere il-
lud Eſaie. Hereditates noſtras coꝛā oculis nr̄is
Eſaie.1.b. alieni deuoꝛāt. Quia reuera ſicut dicitur in euā
gelio. Multi veniūt ab oꝛiēte ꝛ occidēte .i. aliun-
Mat.8.b. de, ꝛ recūbunt cū Abꝛaā Iſaac ꝛ Jacob .i. cū pꝛin-
cipib9 ꝛ pꝛlatis: filij aūt regni eijciunt foꝛas. Qd ē
cōtra multos pꝛincipes nr̄os: q in domib9 ſuis, ſer
uitijs ꝛ officijs, alienos de alienis terris ꝛ tribu
bus aduocāt: filios aūt regni .i. hoies terre ꝛ pa-
trie ſue eijciūt ꝛ repudiāt, ꝛ nō amant. De hiſto
ria Deutero. pauca pono: ꝓ eo ꝙ ꝑ maioꝛi pte
nō facit niſi q ſupꝛa poſita ſunt recapitulare: ꝛ ꝓ
eo ꝙ coiter nō ſolēt vba ſua iductiue vel ſaliter
recitari ꝛc. ¶ Moꝛalitatū ſup libꝛū Nūeroꝝ finꝫ.

## ¶ Liber quintus moralitatum libri Deuteronomij.

## ¶ Capitulū ſeptimū Textus. Cū vero introduxerit te dominus de9 tu9 in terrā Moꝛalitatū Cap. j.

PRecepit domi
n9 filijs iſrael, ꝙ ſeptē popu
los de terra pꝛomiſſionis
eijciant et ſubuertant: ſcili-
cet Etheū, Jebuſeū, Amoꝛ-
reum, ꝛ Phereſeum, Cha-
naneum, Eueum ꝛ Serge-
zeum: ꝛ ꝙ ipſos penitus in-
terimant ꝛ cōfundant: ꝙqꝫ
cum eis pacta non teneant: nec coniugia ſimul
faciant: necnon ꝙ filijs ſuis illoꝛum filias nō ac-
cipiant: ꝛ ꝙ filios ſuos cum eoꝛum filiabus nu-
bere non permittant: ſed potius ꝙ aras eoꝛum
deſtruant: et ꝙ lucos eoꝛum ſuccidant, et idola
conterant et euertant. Et cauſam ſubiungit ibi-
dem: popul9 (inquit) ſanctus es domino deo tuo
te elegit dominus deus tuus. ¶ Moꝛaliter lo-
quendo iſti ſeptem populi ſignificant ſeptez vi-
tia. Si vis vide interpꝛetationes infra, et appli-
ca ſingulos populos ſingulis vitijs. Filij iſtoꝝ Moꝛali-tas.
maloꝛum populoꝛum ſignificant malos actus ꝛ
operationes. Filie vero ſignificant malas cogi-
tationes: populi autem iſrael ſunt viri iuſti. Fi- C
lij eoꝛum ſunt boni affectus. Filie autez ſunt bo
ne ſpirituales delectationes et conſenſus: iſtud
eſt verum ꝙ populus iſraeliticus id eſt popul9
fidelis et eccleſiaſtic9: debet de terra pꝛomiſſio-
nis id eſt de mente ſua: ſeptem populos id eſt ſe-
ptem genera vitioꝛum moꝛtalium eijcere: et cum
eis familiaritatem ſeu coniugium male cōſuetu
dinis non debet contrahere: nec filias eoꝛum id
eſt malas delectationes debet filijs ſuis id eſt in-
terioꝛibus effectibus copulare: nec etiam con-
tra filias ſuas id eſt mentis ſpirituales delecta-
tiones debet cum iſtoꝛum filijs id eſt cum malis
vitioꝛum operibus maritare: quinimo aras eo-
rum id eſt malas cogitationes, idola eoꝛū: id ē
malas operationes, lucos vmbꝛoſos id eſt ma- Ge.35.a.
las excuſationes debet totaliter extirpare. Un-
de dicit. Abijcite deos alienos qui ſunt i medio
veſtri, ꝛ mūdamini: ꝛ veſtimenta veſtra mutate. Aliter.
Quia em̄ chꝛiſtiani ſancti ſunt et ꝛ electi: ideo de
bent eſſe a talibus conſoꝛtijs alieni. ¶ Uel dic
ꝙ terra pꝛomiſſionis eſt eccleſia vel religio: a q
ſcilicet eijciendi ſunt ſeptem populi id eſt ſeptē Pſ.13.b.
genera hominum peccatoꝛum. Etheus enim qui
interpꝛetatur ſtupid9, ſignificat imbecilles et ti
moꝛoſos: de quibus dicitur ꝙ trepidauerunt ti- Job.24.h.
moꝛe vbi non erat timoꝛ. Sergezeus qui interp- D
tatur colonum eijciens, ſignificat raptoꝛes et
vſurarios, qui pauperes eijciunt de domibus Job.10.a.
et poſſeſſionibus eoꝛum. Unde Job. Uulgum
pauperem ſpoliauerūt ꝛc. Amoꝛreus qui ama-
ra loquens interpꝛetatur, ſeu amaricans ſigni-
ficat inuidos qui de pꝛoſperitate alioꝛum ama-
ricantur, et contra alios libenter eloquuntur.
Unde dicitur. Loquar i amaritudine anime mee.
Chananeus qui interpꝛetatur poſſidens vel ne-
gociatoꝛ, ſignificat auaros qui poſſident male
ſeruando, et negociantur male acquirendo. Eze
chie. In multitudine negociationis tue impleta
ſunt interioꝛa tua iniquitate. Pherezeus qui in- Eze.28.d.
terptat ſepans, ſignificat detractoꝛes, q ſepant Pꝛ.16.d.
amicitias alioꝝ. Pꝛo. Uir ꝑuerſus ſepat pꝛincipes.

Jebuſeus qui interpretaṫ ꝓſepia vel conculcati/
ſignificat luxurioſos ⁊ guloſos:qui ſcȝ beſtijs.i.
motib⁹ ⁊ delectationib⁹ carnis ſunt pabulū ⁊ ꝓſe
Zach.11.b pe.Unde Zach. Paſce pecora occiſionis. Eueus
ꝙ interpretaṫ ferus vel peſſimus/ſignificat cru-
Gen.16.d deles ⁊ ſupbos:de quib⁹ dr Gen. Hic erit ferus ⁊
figet tabernacula e regione fratrū ſuorum. Iſta
ergo eſt veritas ꝙ ppl's iſrael.i.viri iuſti:nō de-
bent talib⁹ malis ppl'is.i.peccatorib⁹ ꝯfederari:
nec eorū cōſortia/familiaritates vel cōnubia di-
ligere vel ſectari/ſed potius tales debēt de terra
ꝓmiſſionis.i.de eccleſia eijci:et are et idola.i.vi-
tia eorūdem deſtrui ⁊ ſubuerti:vt ⁊ ſic filij iſrael.
Levi.19.a i.viri eccleſiaſtici ſint ſancti dn̄o ⁊ electi.Unde dr
Aliter. Levi. Sancti eſtote/quoniam ego ſanctus ſum.
¶Vel dic ꝙ etheus eſt timor/gergezeus eſt rapi-
na:amorreus eſt inuidia:chananeꝰ eſt auaricia:
E phereſeus eſt ira vel detractio:iebuſeus eſt lu-
xuria:eueus eſt ſuperbia/qui ſcȝ populi ſunt de
terra promiſſionis mētis noſtre eijciendi:⁊ ibidē
filij iſrael id eſt virtutes et merita ſubſtituenda.

## ¶Capl'm viij. Textus.

Omne mādatum quod ego precipio ti-
bi. Moralitatum Capitulum ij.

## SIcut dicitur

Deute.viij.filiorꝫ iſrael nō
fuerūt veſtimēta conſum-
pta:⁊ calciamēta non ſunt
attrita.Et diciṫ ꝙ terra ꝓ-
miſſionis eſt terra frumē-
ti/olei et mellis et vinearū
in cuius campis fluunt flu-
uiorū abyſſi:cuius lapides
ferrei ſunt:et de cuius montib⁹ eris metalla fo-
diunṫ:in qua abſqꝫ penuria viuiṫ:et rerū omniū
Moralitas. abundantia cumulaṫ.¶Dic ſi vis/ꝙ talis dȝ eſſe
hieruſalem tunc temporis nullius valoris repu-
Allegoria. tabatur: cum lauri ſumma copia haberet̄. ¶Iſta
poſſunt exponi allegorice de chriſto. Conſtat em̄
ꝙ ſalomon.i. chriſtus claſſem ſeu nauium multi
tudinē.i. diuerſoꝝ ſtatum eccleſie turbam in ma-
ri penitentie ſtatuit: ⁊ ibi cum ſeruis ſuis.i. cum
ſanctis ⁊ catholicis viris ſeruos hyram regis gē
tilis.i. ſeruos mundi videlicet philoſophos vi-
ros ⁊ nauticos ⁊ maris.i. nature rerum fluxibi-
lis ſapientes ⁊ gnaros, qualis fuit dionyſius ad-
iunxit: inquantum ipſos ad fidem conuertens
ſuis fidelibus ſociauit. Iſti igitur ꝑ mare penitē
tie nauigantes de ophir.i. de mundo ad ipſum ſa
lomonem.i. chriſtum multas diuitias ſpūales ad
ipſum detulerunt: ⁊ ipſum ⁊ ciuitatem hieruſalē.
i. eccleſiam tam militātē ꝙ̄ triumphantem multi
pliciter bonis perſonis, virtutibus ⁊ ſcientijs di
tauerunt. Conſtat enim ꝙ iſti naute tā hyram ꝙ̄
b alij adiuncti attulerūt ad chriſtum aurū.i. ſapiē
tiā: ⁊ argentū.i. eloquentiā: dentes elephantorū:
hoc eſt ebur.i. caſtimoniā, pauones ſcꝫ aues pi-
ctas.i. honeſtā apparētiā: ſimias, beſtias ſumme
Aliter agiles.i. laborum ⁊ operum diligentiam. ¶Uel
alio mō iſti naute attulerunt chriſto: inꝙ̄tum ſcꝫ
eos ad fidem conuerterunt: aurum ideſt philoſo
phos ⁊ ſapiētes: argentū.i. poetas ⁊ eloquentes
dētes elephantorum.i. crudeles tyrannos ⁊ prin
cipes omnia deuorantes: pauones curioſos ⁊ in
pennis.i. in exteriori pulchritudine ſeu proſperi
tate gloriantes: ſimias.i. hypocritas: hoc eſt ho-
minum rationabilium ⁊ ſanctarum perſonaꝝ nō
rē, ſed effigiē.i. ſimilitudinem pretendentes. Sic
igit̄ Salomon noſter fuit in eccleſia ditatus: ⁊ ſu
per oēs reges.i. ſuꝑ oēs deos magnificatus. Pſ.
Pſ.96.b. Nimis exaltatus eſt ſuper oēs deos. Sibi enim
quotidie offeruntur munera ideſt boni religioſi:
qui voluntarie deo donantur. Ueſtes, ideſt viri
miſericordes: qui alios fouere ⁊ calefacere dino
ſcuntur: arma bellica ideſt viri ſcientifici q̄ corp⁹
eccleſie maculis hereticorum protegere compro
bantur: equi.i. boni obedientes, qui ſuperne diſci
pline ſubijciuntur: ⁊ muli.i. boni ruſtici ⁊ laici, q̄
omnibus laboribus ſecularibus exponunt̄: vaſa
etiā argētea ⁊ aurea, ideſt viri qui ſapientiā ⁊ elo
quentiam profitentur. Talibus igitur munerib⁹
chriſt⁹ ditatur: ⁊ in hieruſalem, ideſt eccleſia ſpi-
ritualiter fecundatur: et ſic verificatum eſt illud
Pſ.71.b Pſal. Reges tharſis ⁊ inſule munera offerent ⁊c.
Aliter ¶Uel dic ꝙ quando Salomon, id eſt ſapiens pre
latus regnat in hieruſalem.i. in eccleſia: tunc ve
re ab hominibus honoratur ⁊ diligitur: ⁊ a regi
bus ⁊ nautis.i. maioribus ⁊ minoribus donis ⁊

diuitijs fecundatur. Unde Job. Sternet ſibi au- Job.41.d
rū quaſi lutū. ¶Uel dic ꝙ ꝙ̄diu Salomō.i. xp̄s: Aliter
in hieruſalē, ideſt in regiōe vel eccleſia ꝑ deuotio
nē regnauit, ſcꝫ in eccl'ia primitiua: tāta copia au
ri, ideſt bonoꝝ ſpūaliū ibi fuit: ꝙ argentū ⁊ ardēs
gentē.i. diuitie mūdane nihil ibidē reputabant̄: ⁊
a viris eccleſiaſticis ꝓ nihilo habebant̄. Quapro
pter tūc reges terre ⁊ naute.i. principes ⁊ popula
res, ipſi chriſto ⁊ ciuitati ſue hieruſalē: ideſt eccle
ſie vndiqꝫ munera offerebant redditus ⁊ ꝓuētus
dabāt: ⁊ ſic eccl'iam diuitūs cumulabant eo ſcꝫ ꝙ
ipſas nō amare nec reputare diuitias tunc vide-
bant̄. Nūc v̄o ecōtrario: q: apud nos argentū di
uitiarum diligit̄: iō a regibus ⁊ a nautis, ideſt ab
ipſis ſecularib⁹ nō ſolū nihil nobis offert̄: immo
etiā qđ p̄deceſſores ſui nobis dederūt, ꝑ eos ſurri
pit̄. Eccl'ia em̄ diuitijs qn̄ ipſas nō diligebat, ſole
bat abūdare: nūc aūt cū ipſas appetit, ad ſufficiē Eccl'i.11.b
tiā non pōt de eis inuenire. Uñ Eccl'i. Si ſecutus Aliter.
fueris, nō apprehendes ⁊c. ¶Uel dic ꝙ Salomon
cū eſſet ditiſſimus oēs offerebāt ſibi. Sic vere ho
die illis q̄ plus habent vt cōmuniter magis dat̄. Mat.25.c
Ideo dicitur, Habenti dabitur ⁊ abundabit ⁊c.

## ¶Capitulū x. Textus. B

### Sed ⁊ regina ſaba audita fama Salo- monis. Moralitatum Capi. viij.

HIc dicit ꝙ cuꝫ
ſalomon eſſet ſapiētiſſimus
vniuerſa terra deſiderabat
videre faciē eius, ⁊ audire
ſapientiā eius. Unde ⁊ regi
na ſaba venit in noīe dn̄i au
dita fama ipſius, tētare eū
in enigmatibus ſuis. Intra
uitqꝫ hieruſalē cū comitatu
multo ⁊ cū infinito auro ⁊ lapidibus p̄cioſis: aro
matib⁹ ⁊ camelis. Et inſtructa a rege ſuꝑ oīb⁹ q̄
petiuit: vidēs ſapiam ei⁹, cibos menſe ſue, habita
cula ſeruorū ordinē miniſtrantiū, veſteſqꝫ eorū ⁊
pincernas: domumqꝫ quam edificauerat, ⁊ ho-
locauſta que offerebat, nō habebat vltra ſpm̄ p̄
ſtupore: quapropter admirādo dixit ad regem.
Uer⁹ eſt ſermo quē audiui. Nō credebā narrāti-
bus mihi Ipſa veni ⁊ vidi. Maiora ſunt opera
tua, ꝙ̄ rumor quē audiui. Beati ſunt ſerui tui q̄
ſtant corā te ⁊ audiunt ſapiam tuā. Deditqꝫ ſalo Moralitas
moni aurū ⁊ aromata ⁊ lapides p̄cioſos. ¶Illud
exponunt doctores de eccleſia de gentilitate col
lecta: q: ſcꝫ regina ſabba que gentilis erat.i. ipſa
gentilitas: vbi per fidem venit ad ſalomonē xp̄m,
cū comitatu plurimo ⁊ multitudine ꝯuerſoꝝ: ⁊ fi
dei ſecreta cognouit ꝙ̄ plurimū mirata eſt de ſa
piētia eius.i. de verbo incarnato, qđ eſt ſapientia C
dei patris: vel de ſapiētia ⁊ ſciētia ſacre ſcripture
⁊ de doctoꝝ eccleſie ſagacitate p̄clara mirata eſt
⁊ de cibis mēſe ſue. ideſt de ſacramento euchari-
ſtie: de veſtibus ſeruoruꝫ.i. de honeſtate virtua
lis apparentie: de habitaculis ſeruorum, ideſt de
diuerſis ſtatibus eccleſiarū: de ordine miniſtro
rum, ideſt diuerſis eccleſiaſticorum gradibus:
de pincernis qui vina ſcientiaꝝ ꝓpināt.i. de eccle
ſie doctoribus: de domo edificata.i. fidelium con
gregatione: de ſacrificijs oblatis.i. de bonorum
operum executione. Hoc enim videns ⁊ conſide-
rans hec gentilitas.i. populos de gentilitate cō-
uerſos: obſtupuit: ⁊ ſtatim in dei laudem exultan
do prorupit. Non credebam inquit narrantibus
mihi, donec ipſa veni ⁊ vidi: quia ad literam gen-
tiles non poſſunt credere bonas virtutes ⁊ perfe
ctiones q̄ ſunt apud chriſti fideles, donec veniāt
credāt: ⁊ videāt vniuerſa: ⁊ tunc ꝓ certo chriſto

dicūt. Beati ſerui tui qui ſtant corā te. ℭ Tūc etiā
etiā iſta regina, ſ. gētilitas, per fidē a ſolomone
chriſto edocta, aurū philoſophie ei obtulit: ⁊ la=
pides pcioſos diuerſarū virtutū ſibi cōtulit: et
aromata ſanctitatis ⁊ bone fame in hieruſalē. i.
in eccleſia militante protulit ⁊ diffudit: ſiue etiā
ab ipſo vice reciproca dona ⁊ munera gratie et
Luc.6.f glorie reportauit. Vñ dr. Date ⁊ dabitur vobis.
Aliter. ℭ Uel dic ꝙ iſta regina eſt aīa que a vitijs purga
D ta, ad Salomonē chriſtū in hieruſalē celeſtē cum
comitatu multo. ſ. angeloꝝ: necnō cū auro ⁊ lapi
dibus pcioſis diuerſarū virtutū finaliter ingre
ditur: ⁊ regis chriſti ſapientiam, ac miniſtrorū. i.
ſanctoꝝ ⁊ angeloꝝ ordinē: ciboꝝ mēſe. i. eterne re
fectiōis plenitudinē ⁊ dulcedinē: veſtiū. i. corpo
rū glorificationē: pulchritudinē domꝰ. i. celi magni
tudinē: ſacrificioꝝ. i. dei laudū multitudinē nō imme
rito admirat: ſe nō potuiſſe credere ꝙ oculus vi
dit aſſerit: ⁊ ſeruos dei: q. ſ. faciē eiꝰ videt ⁊ corā
ipo p immortalitatē ſtant ⁊ manēt beatos ⁊ glorio
ſos pdicat ⁊ fatet. Beati inqt ſerui tui. i. ſancti q
ſtāt corā te: ⁊ vident faciem tuā ⁊ audiūt ſapiam
Pſ.143. tuā: qꝛ ſicut dr. Beatum dixerūt populū cui hec
ſunt: btūs populus cuius dñs deus ⁊c. ℭ Fecit
Eodem.c.c Salomon rex thronū de ebore: ⁊ veſtiuit ipſum
auro fuluo nimis: ⁊ fecit ſublimitatē throni ro
tundā a parte poſteriori: ⁊ duas manus hinc in=
de tenentes ſedile: ⁊ duo leones iuxta ſingulas
manus ſtabāt: ſex quoqꝫ gradibus aſcendebat
ad thronum: ⁊ duodecim leūculi ſuper gradus:
Moralitas et ſex hinc ⁊ ſex inde ſedebāt. ℭ Per iſtum thro=
num poteſt intelligi beata virgo: quā ſolomō pa
cificus dei filius ſibi edificauit: ⁊ in ea perſonali=
Ezech.1.g ter habitauit ⁊ ſedit. Unde Ezech. Super ſimili=
tudinē throni ſimilitudo hominis deſuper. Iſta
enim dicitur eſſe de ebore, qui ſignificat caſtita=
tis candorem: operta qꝫ fuit auro: quod ſignificat
ſanctitatis ſplēdorem: vnum ſedile in ſe habuit:
E quod ſignificat humilitatis decorem: qꝛ ſcꝫ humi
litas fuit propriū ſedile: quo mediāte dei filius
Pſ.46.b ſedit in virgine. Pſal. Deus ſedet ſup ſedem ſan
ctam ſuam. Habuit igitur iſtas duas manus, ſcꝫ
timorem ⁊ amorem: que ſedile humilitatis tenue
runt: habuit duos leones, ſcꝫ Joſeph ⁊ ioannē: q
iſtum thronum cuſtodierunt: habuit duodecim
leunculos. i. duodecim apoſtolos: q ſibi obſequē
do ſubſeruierunt: habuit ſex gradus. i. ſex pie=
tatis opera, q ipſam in altū pⁱ perfectionis ſan=
ctitudinē eleuauerūt. In poſteriori vero pte, ſcꝫ
poſt hāc vitam: rotūditatē. i. coronā eterne glo=
rie: quā ſibi angeli pparauerunt, accepit. Unde.
2.Para.9.b Fecit rex ſoliū eburneū grande: ⁊ veſtiuit illud
Aliter. auro mundiſſimo. ℭ Uel dic ꝙ iſte thronus ſigni
ficat celſitudinē, eccleſiaſtice dignitatis, vel ſub=
limitatem cuiuſlibet iuridice poteſtatis: in quo
ſcꝫ Salomon rex. i. prelatus ſiue princeps vel iudex
Pſ.9.a habet ſedem ⁊ iuſtitiā facere ⁊ tenere. Pſal. Se=
diſti ſuper thronum qui iudicas equitatē. Igit
dico ꝙ in throno multa debēt concurrere: ſcili=
cet ebur mundū ⁊ candidū, hoc eſt munda inten
tio vel innocentia. Aurū, hoc eſt clara diſcretio
vel ſapientia. Sedile, ideſt mentis tranquilitas
et temperantia. Manus he ſunt, porrecta largi=
F tas et munificentia. Leones hi ſunt, fortis ſeueri
tas ⁊ iuſtitia. Sex gradus hi ſunt operū ſex pie=
tatis, benignitas atqꝫ clementia. Duodecim leū=
culi hi ſunt, bonoꝝ officialiū ⁊ filiarioꝝ ſocietas
⁊ cōcomitantia. Poſterior vero rotūditas hec
eſt, finalis, breuis et rotunda expeditionis cele=
ritas ⁊ feſtinantia. Oia iſta debent in throno pre=
lature ſeu poteſtatis iudiciarie cōcurrere: et ille
qui in throno ſedet, debet his oībus ppollere: et
ſic de tali iudice vel prelato dicet dominus illud
Pſ.88.f Pſal. Thronus eius ſicut ſol in cōſpectu meo: et

ſicut luna perfecta in eternū: ⁊ teſtis in celo fide=
lis. Et ſi vis dic ꝙ manꝰ iſtius dicantur eſſe due:
qꝛ ſcꝫ munificentia prelati ad duo ſe extendit. ſ.
ad indulgendū, ⁊ ad tribuendū. Leones aūt iſti
dicuntur duo: qꝛ iuſtitia prelati in duobus con=
ſiſtit: ſcꝫ in abſoluendo ⁊ condemnando. Duode
cim leunculi eſſe feruntur: qꝛ ſcꝫ officiales ⁊ ad=
uocati, qui ante thronum. i. in curia dominorum
in diuerſis officijs ſedent: debent duodecim arti
culos credere: ⁊ doctrinā duodecim apoſtoloꝝ
tenere: duodecim fructus ſpiritus portare: ⁊ co
ronā duodecim ſtellarum pmereri ⁊ expectare:
qꝛ ſcꝫ de eis debet dici illud Apoc. Sine macula Apoc.14.b
ſunt ante thronū dei. ℭ Uel ſi vis, dic ꝙ duo leo= Aliter.
nes magni ſunt duo aſſeſſores: leunculi vero iu=
dices inferiores. ℭ Uel ſi vis dic in malo: ꝙ thro Aliter.
nus curie ⁊ ſtatus prelatorum, iudicum ⁊ princi
pum modernorum, eſt hodie deauratus per di=
uitiarum cumulationem: qꝛ ſcꝫ hodie non queri=
tur niſi aurum. Eſt etiam ibi ſedile vbi ſedet Sa
lomon manibus ſuſtentatum per multiplicē adu
latorum obſecutionem. Eſt a duobus leonibus
aſſociatum, per crudelem conſiliatorum atqꝫ aſ= G
ſeſſorum ambitionem. Ibi ſunt diuerſi gradus
⁊ oſtia multa intermedia per que tranſire opor
tet: qui faciunt aditus difficultatem: ⁊ hoc qꝛ ibi
ſedent leunculi, ideſt officiales balliui: qui auari
ciam diligunt et rapacitatem. ℭ Uel etiam diuer= Aliter.
ſi gradus ſunt diuerſa inferiora officia huiꝰ cu=
rie: in quibus ſcilicet leunculi ſedent, ideſt crude
les iudices, qui omnimodam ſectantur iniquita Pſ.103.e
tem. Pſal. Catuli leonum rugientes vt rapiant:
et querāt a deo eſcam. Quia breuiter circa thro
nos et curias dominorum, tria genera perſona=
rum in diuerſis gradibus ⁊ officijs habitare no
ſcuntur: ſcilicet manus, leones et leunculi, ideſt
adulatores falſum ſuſtentantes: magni conſi=
liarij cuncta leonice deuorantes: inferiores ⁊ ma
iores balliui et leunculi, quicquid poſſunt cru=
deliter rapientes: vt ſic de tali iudice in tali thro
no ſedente, vel de tali malo prelato in prelatio=
nis culmine preſidente exponatur illud Ezech. Ezec.19.a
Mater tua leena cubauit inter leones: in medio
leunculorum nutriuit catulos ſuos. Unde etiam
talis prelatus ſic aſſociatus poteſt dicere illud
Daniel. Qui ſedebat in medio leonum, ideſt Dan.14.g
in medio crudelium ſeruitorum. Iudex enim
vel prelatus deberet dici mater iſta, cum mater
hodie ſit leena ⁊c. ℭ Uel dic quod thronus in Aliter.
quo ſedet rex noſter chriſtus, eſt eccleſia: que de=
bet habere ebur, ſcilicet viros caſtitate nitētes:
aurum, ideſt viros ſanctitate fulgentes: ſedile, H
ideſt viros equitate pollentes: manus, ideſt vi=
ros bonis operibus abundantes: leones, ideſt
viros virtute et gratia preeminentes: et gra=
dus, ideſt ſtatus ſuos cuſtodientes, et eccleſiam
defendentes. Unde dicitur. Sculpſit inter coro= 3.reg.7.b
nas ⁊ plectras, leones, boues ⁊ cherubin. ℭ Uel Aliter.
dic ꝙ thronus iſte ſignificat eterne glorie ſedem
⁊ dignitatem: ad quam ſcilicet per gradus ſex
operum miſericordie aſcenditur, et in quo in au
ro eterne ſapientie et ebore mundicie ſedetur: et
cum leonibus ⁊ leunculis, ideſt cum ſanctis ma= Aliter.
ioribus et minoribus habitatur. ℭ Uel dic quod
ad thronum prelature non cito quis prouehen=
dus eſt: ſed per gradus diuerſorum officiorum
ſuperius eſt trahendus. ℭ Uel dic quod thro= Aliter
nus dei eſt viri iuſti conſciētia: que pro certo de=
bet habere ebur continentie, aurum ſapientie,
ſedile iuſtitie, leones fortitudinis ⁊ conſtantie.
Manus bone operationis, gradus prudentie et
ordinationis, leunculos obedientie ⁊ ſubiectio=
nis, rotunditatem ſimplicitatis ⁊ virtutis ſeu
carentiam omnis anguloſitatis ⁊ deceptionis:

et ſic de tali ſolio ſiue ſede poteſt dici illud Apo
apo.22.a cali. ꝙ ſedes dei ⁊ agni eſt in illa/ſcilꝫ in aia viri
iuſti. Quia ſicut dicit ſapiẽs. Aia iuſti ſedes eſt
Eſa.66.a ſapientie. Ita ꝙ tũc dicet dominus illud Eſa. Ce
Eodẽ ca. lum mihi ſedes eſt: terra autem ſcabellum pedũ
meorũ. ¶Uel ſi vis dic/ꝙ ad altare domini pro-
hibebatur aſcenſus per gradus: ad thronum ta
A men ſalomonis regis habebať aſcenſus. ¶Sic
Morali- vere dico ꝙ licet ad promotiones et dignitates
tas. ſecularium principum per gradus cõſanguini-
tatis ⁊ affinitatis, id eſt per acceptionẽ perſona
rum habeatur acceſſus: ad altare tñ xpi. i. ad di-
gnitates eccleſie/nõ debent inueniri tales gra-
dus: ſed nulla cõſanguinitatis affectione ſerua
ta/omnibus iuſtis indifferẽter facilis dꝫ patere
ingreſſus. ¶Fecit ſalomon ad magnificẽtiã re-
Eodẽ ca. c gni ſtatus arma aurea/et vaſa aurea/et ſupelle-
ctilem aureã. In domo eñ ſaltus fecit ducẽta au
rea ſcuta/⁊ vaſa aurea: ⁊ quodlibet ſiclorũ ſexcẽ
torũ/trecẽtas plectas aureas põderũ laminarũ
auri per ſingulas/ducẽtas lãceas aureas: vt dr
1.paral.9.d in li. Para. Iuuenes igitur flaui iſta arma flaua
atq; aurea añ regẽ qñ equitabat/ad decorẽ por-
tabãt: ⁊ poſt in domo ſaltus ipſa ponebãt. Scu-
tis igiť aureis ſalomõ ſuã ciuitatẽ muniuit: ſed
3.re.11.g ſicut infra dr. Filius eius roboam iuuenis ⁊ fa-
tuus poſt ipſum regnauit: contra quem aſcen-
dit rex egypti ſeſach et depopulatis theſauris
1.reg.14.g domus domini/etiam ſcuta aurea inde tulit: lo-
co quorũ roboam ſcuta erea fabricauit: peccaue
rat eñ populus iuda domino: ⁊ fecerat ſibi ſta-
2.para.12.a tuas/lucos effeminatos: et cultores cybele qui
erant in terra: propter quod deꝰ aduerſus eos
B ſeſach ſuſcitauit: q̃ in hieruſalẽ intrans cuncta
Comeſtor. diripuit ⁊ vaſtauit. Etiã vt ponit Comeſtor ſicut
aiunt hebrei/auis per quinquaginta annos ſu-
per hieruſalem nõ volauit: ita ꝙ fere populus
iudaicus deſperauit. ¶Salomõ eſt bonus pre-
Moralitas. latus/ſapiens ⁊ fidelis et pacificus: qui reuera
quando regnat in hieruſalem: id eſt in eccleſia
ſancta dei: ipſam ſolet in omnibus bonis tempo
ralibus ⁊ ſpiritualibus ditare: et vaſa aurea et
veſtes aureas. i. ſcientias ⁊ virtutes ibi fabrica-
re: ⁊ arma aurea: id eſt ſanctos ⁊ fortes virtuo-
2.par.9.c. ſos viros ibidem cõſtituere ⁊ locare. Unde dicit
Cuncta vaſa domus ſaltꝰ libani erant ex auro
puriſſimo. Sed pro certo ſepe fit ꝙ populus iu-
da: id eſt populus eccleſiaſticus cõtra deum pec
cat: et ſtatuas ⁊ mundi bona per auariciã: lucos
ſeu alta nemora/hoc eſt mundi honores per ſu
perbiã adorãt: ⁊ ſe per luxuriã effeminãt ⁊ ener
uant: quapropter deus ſalomone. i. bono prela-
to ipſos priuat: ⁊ loco eius roboã/qui interpre
tať ineptꝰ vel diſſipans populos. i. malũ vel im-
petuoſum prelatum eorũ peccatis creat. Unde
Job.34.d Job. Regnare facit hominẽ hypocritã propter
peccata populi. Talia igitur vidẽs deus/manũ
ſuã ſolet laxare: ⁊ regẽ/populũ et ciuitatẽ hie-
ruſalem. i. prelatos/ſubditos ⁊ totam eccleſie ci
uitatẽ ſolet in manu ſeſach regis egypti qui in-
terpretať tenebre. i. manꝰ regis tenebrarũ. i. dia
boli ſolet dimittere: quia ſcꝫ mediante exercitu
vitiorum et tyrannorum theſauros domus do-
mini/id eſt virtutes ſpeciales ⁊ diuitias tempo
C rales eccleſie ſolent diripere: arma aurea/id eſt
bonas et aureas perſonas: que reuera arma
eccleſie ſunt/ſolet ſurripere et auferre: ita quod
iam ceſſat auis/id eſt vir contemplatiuus et ſpi-
Hie.4.f ritualis, ſuper hieruſalem / id eſt totam eccle-
1.mac.1.e ſiam volitare. Unde Hiere. Omne volatile ce-
li iam receſſit. Unde de Anthiocho dicitur: qd
ipſe accepit altare / vaſa aurea: et ornatum
aureum et theſauros occultos de domo domi-
ni. Quid igitur? Pro certo quia diabolus ar-
ma aurea. i. viros ſanctos de eccleſia ſuſtulit: iã
videmus ꝙ Roboã, id eſt mali prelati arma nõ au
rea, ſed erea faciunt: id eſt malas perſonas inſuf-
ficientes/nõ gnaros in eccleſia conſtituunt atq;
ponunt: ⁊ loco bonorũ hoim ereos id eſt imbecil-
les, clamoroſos, litigioſos et impatiẽtes, rubigi
noſos in hieruſalẽ, id eſt in officijs ⁊ dignitatibꝰ
eccleſie promouent ⁊ extollũt. Et breuiter (ſicut
actũ eſt) ꝙ diabolꝰ ⁊ vicia ꝓ magna parte bonas
ꝑſonas de eccleſia ſuſtulerũt: etiã ꝑlati loco bo-
norũ impias ſubſtituerũt ꝑſonas. Nõ etiã apud
principes cernimꝰ: q: ſcꝫ de eoꝝ officijs ⁊ curijs
boni quotidie euelluntť: mali vero cõſtituuntť, ⁊ ꝓ
eis i officijs erigunť. Uñ dicit Pſal. Retribuebãt Pſ.34.b
mihi mala ꝓ bonis, ſterilitatẽ aie mee. ¶Uel dic Aliter.
ꝙ Roboã, id eſt malus eccleſiaſticus: ſi cõtigerit
ꝙ Seſach: id eſt diabolus arma aurea, id eſt virtu
tes ⁊ ſciẽtias: q̃ ſcꝫ arma Salomõ, id eſt boni ꝑla-
ti antiquitus in eccľia fabricabãt: ⁊ eã talibꝰ ar-
mis cõtra hoſtes ſpũales muniebãt (dicẽtes illd
Apoſtoli. Nõ ſm carnem militamus, ſed ſm ſpm. 2.Cor.10.a
Arma eñ militie noſtre nõ ſunt carnalia) ſibi au
ferat, ⁊ inde ipſuꝫ euacuet: ⁊ hieruſalẽ, id eſt eccle
ſiã ſuã talibꝰ ſpoliet ⁊ denudet: nõ ſtudet nec cu-
rat talia arma aurea, ſcꝫ virtutes ⁊ ſcias refice-
re, nec eas in ſua eccľia reſtituere: ſꝫ potiꝰ ſtudet
arma erea, id eſt era pecuniaꝝ recolligere, ⁊ obli
tis ſpũalibus tẽporalia cõgregare. Et ſic procul
dubio hodie videmus in hieruſalẽ, id eſt in eccľi-
es ꝓ auro/bona terrena ꝓ ſpũalibꝰ, diuitias pro Eſa.3.e
virtutibus abundare. Uñ dicit. Et erit pro ſuaui
odore fetor ⁊c. Ideo bene dicit hodie ſapiẽs illd Eccľi.3.c
Eccleſiaſtes. Uidi in loco iudicij impietatem, ⁊ in
loco iuſticie iniquitatem.

## ¶Capitulũ xi. Textus.

Rex autem Salomon adamauit mu-
lieres alienigenas. Moralitatum Capi
tulum ix.

C Um ſalomon
in ſumma ꝓſperitate vixiſ-
ſet, ⁊ iam ad ſeniũ declinaſ-
ſet, adamauit mulieres alie
nigenas, q̃ traxerũt eũ ad
deos ſuos, ⁊ auerterũt cor
eius cũ iã ſenex eẽt: ⁊ ado
rauit deos alienos: ⁊ fecit
eis phana ⁊ altaria in excel
ſis: ſcꝫ altare dee ſidoniorũ, q̃ interpretať ꝑſepe:
Chamos deo amonitarũ, qui interpretať congre
gãs: ⁊ Moloch deo moabitaruꝫ, qui interpretať
rex. Quapropter, ipſo adhuc viuente, hoſtes ſi-
bi dominꝰ ſuſcitauit ⁊ poſt mortẽ eius regnũ eiꝰ
diuiſit: ⁊ filio eius ſolã decimam partem dedit.
¶Sic vere ſepe fit hodie, ꝙ illi qui maiori ꝓſpe- Moralitas
ritate fruuntur, ⁊ ampliori mundi ſapientia do-
tantur: quandoq; facilius per luxuriam deci-
piuntur, ⁊ per mulieres ad mala plurima trahũ-
tur. Quod etiam facilius accidit quando homi-
nes ſenectute corporali premuntur: vel ſenectu-
te ſpirituali, id eſt mala cõſuetudine ac diſcretio
nis hebetatione grauantur: quia ſcilicet tunc ad
adorandum altare dee ſidoniorum. i. preſepe lu-
xurie: chamos. i. congregationem auaricie: mo-
loch id eſt regnuꝫ ſuperbie facilius inclinantur.
Bene igitur dicit ipſemet in Prouer. Mulier pre Pro.6.c
cioſam viri animã capit. ¶Uel iſta allega, ꝙ nul- Aliter
lus ꝓ tempore vite huius de propria ſanctitate
debet preſumere: ſed potius occulta dei iudi-
cia debet formidare: quãdo ſcilicet videt ſalomo
nem poſt infuſam ſapientiã a deo: poſt executam

VERSITARIA

contra malos iuſticiā: poſt domū dei edificatā: ⁊
poſt diuini cult⁹ latriā dilatatā/tā enoꝛmiter ca
dere: vt etiā ꝯtra legē alienigenas diligēs/deos
F eoꝝ nō abhoꝛruit adoꝛare. Ita ꝙ tā ꝑpt pctm̄
qđ cōmiſiſſe legit̄: ⁊ cōtra ꝓſperitatē quā habuit
viuēs/tā abundāter affluxiſſe dinoſcit̄: ⁊ ꝓ eo ꝙ
de ei⁹ pnīa nihil penit⁹ inuenit̄: neceſſe ſit de dāna
i. coꝛ. 10. c tiōe ipſi⁹ dubitare. Vñ igit̄ dt aplš. Qui ſtat vi-
Eodē ca. e deat ne cadat. ¶ Abias ꝓpheta idut⁹ pallio no-
uo/hieroboā de hierl̄z exeūti obuiās coꝛā eo pal
liū ſuū ſcidit in duodecim ptes: diuidēs decimā
ptē hieroboā dedit ⁊ regnū iſrl̄ diuidēdū/⁊ decē
trib⁹ ſibi dādas ex pte dñi nūciauit. Qđ vti꜃ fa
ctū eſt: qꝛ poſt moꝛtē ſalomonis decē trib⁹ a ro-
boā ſalomōis filio receſſerūt/⁊ hieroboā adhe-
ſerūt. Nā cū ppl̄s cōueniſſet moꝛtuo ſalomone:
ip̄m꜃ regē ꝯſtituere vellet: ⁊ ſibi paululū rela-
xari de iugo p ſalomonē īpoſito poſceret: ⁊ ro-
boā ſenū ſpꝛeto cōſilio/qui ſibi cōſulebāt ppl̄o
acq̄eſcere: ⁊ iuuenū q̄ ſecū nutriti fuerāt cōſilio
vſus: petitionē ppl̄i nō audiret: ſ; grauius iugū
cōminat⁹ v̄ba dura poti⁹ reſpōderet. Pr̄ me⁹, in-
quiens cecidit vos flagellis: ego autē vos cedā
ſcoꝛpionib⁹. Minoꝛ digit⁹ me⁹ groſſioꝛ eſt doꝛſo
pr̄is mei. Ppl̄s decē tribuū idignat⁹ ab eo receſ
ſit: et emulū ei⁹ hieroboā regē ſup ſe cōſtituit ⁊
Moꝛalitas. elegit. Que inquiunt nobis ps i dauid: aut q̄ he
reditas i filio iſai? Nūc vade i tabernacula tua
G iſrl̄: ſicut ifra ca. ſequēti reperit̄. ¶ Iſta pñt alle-
gari/ꝙ iuuenes pncipes/atq꜃ reges magis dili-
gūt iuuenes q̄ ſenes: ⁊ illos q̄ ſecū ſunt nutriti/
q̄ puectioꝛes q̄ ſenſu ⁊ fide a ſuis pncipib⁹ ſunt
ꝓbati: quapꝛopter qñ꜃ talib⁹ male accidit: ita
ꝙ ꝓpter tale iuuenile cōſiliū/ppl̄s cōtra eos in-
ſurgit: ⁊ ab ipſis fugit ⁊ recedit. A ſenib⁹ igit̄/nō
a iuuenib⁹ ꝯſiliū eſt petēdū: ⁊ ab ipſis q̄ ſteterāt
coꝛā dauid. i. ab illis q̄ ſapiētib⁹ adheſerunt et
Tob. 4. d q̄s pr̄es nr̄i fideles ⁊ pꝛudētes cōpererūt, eſt ꝯſi
Aliter. liū ⁊ auxiliū inquirendū. Vñ Tob. Cōſiliū a ſa-
piēte require. ¶ Vel illud allegari pōt cōtra du-
riciā ⁊ crudelitatē pꝛincipis vel pꝛelati: et cōtra
minas ⁊ iactātiā eoꝛūdem: que qñ꜃ odiū ppl̄i
generat: ⁊ cōtra ſe ppl̄m ſubditoꝛū excitat: ita
ꝙ ad eū dimittendū ⁊ deponendum, et ad alium
ſubſtituēdum anhelat: ſicut videmus quotidie
ad literam fieri contra crudeles iudices ⁊ pꝛe-
latos: qui tamen ſi minus agerent, et de rigoꝛe
ſuo aliquid pꝛetermitterent: pacifice viuerent,
et honoꝛifice imperarent. Ideo bene dicitur. Mi
Pꝛo. 3. a ſericoꝛdia et veritas cuſtodiunt regem.

## ¶ Cap. xij. Textus. Venit roboā in ſichē: illuc enim congregatus erat. Moꝛalitatū Capi. x

Hic dꝛ qđ cū roboā
miſiſſet ad adurā pncipē tributoꝝ
b ad ppl̄m reducēdū, occiderunt eū.
Lapidauit eñ eū ois popul⁹ iſrl̄
⁊ moꝛtuus eſt. ¶ Illud pōt allega-
Moꝛalitas. ri de btō ſtephano: q̄ fuit pꝛinceps. i. pꝛimo inci-
piens: qꝛ pꝛim⁹ martyꝛ. Qui cū vellet filios iſrl̄,
iudeos, q̄ a rege chꝛiſto receſſerāt: pdicando et
diſputādo ad ipſum reducere ⁊ conuertere: ab
ipſis fuit crudeliter lapidat⁹. Ipſe v̄o iſraelita
rū. i. iudeoꝛū ppl̄s a ſuo rege chꝛiſto penit⁹ ſe-
gregat⁹: ⁊ alteri regi ſc; hieroboā, q̄ iterp̄tat̄ di-
i. pa. 10. d uiſio ppl̄i. i. diabolo ē colligat⁹. Vñ dr̄. Lapida-
Aliter. uerūt adurā filij iſrl̄, ⁊ moꝛtu⁹ eſt. ¶ Vel expone
i. Io. 4. a alr̄: vt ad ꝓpoſitū. Noli credere oi ſpiritui: ſ; ꝓ-
Aliter. bate ſpūs ſi ex deo ſint. ¶ Vel expone aliter ſicut
Eodē ca. f ſupꝛa ca. x. de lapidibus ⁊c. ¶ Hic dicit̄ ꝙ cū filij
iſrl̄ recedentes a domo dauid, hieroboā inūxiſ-
ſent in regē: timuit ipſe rex ne occaſiōe tēpli ſ po-
pulus oꝛationis ⁊ oblationis cauſa in hieruſalē
reuerteretur: ⁊ ab eius dominio ꝯlaberetur. Fe
cit ergo duos vitulos aureos ⁊ cōflauit: ⁊ ipſos
in bethel facto altari conſtituit: ⁊ conuocato po
pulo dixit. Nolite inquit in hieruſalē aſcēdere:
ecce dij tui iſrl̄ q̄ eduxerūt te de terra egypti. Et
facta ſolēnitate, hoſtias immolauit: ⁊ ſic populū
ad idolatriā traxit: ⁊ ne regnū amitteret, ſe; ſub
ditos ſuos demonib⁹ ſubdidit: ⁊ a vero ⁊ deo et Moꝛali-
tēpli frequētia deuiauit. ¶ Iſtud allega, quō do tas.
mini pꝛo terrenis regnis et diuitijs acquirēdis
vel ſeruādis/qñ꜃ nō verent̄ hoꝛrēda crimina cō A
mittere: ⁊ deo dimiſſo demonib⁹ obedire. Ideo ephe. 5. b
bene dicit aplš ꝙ eſt idoloꝛum ſeruitus. ¶ Vel ſi Aliter.
vis dic ꝙ hieroboam ſignificat demones vel he
reticos: qui ſc; de pallio nouo/ſeu de regno iſrl̄
h. de eccleſia decem trib⁹ ſeu decē ſciſſuras tol-
lunt: qñ cultoꝛes decalogi a dño ſuo ſc; a deo ꝑ-
uertūt: vna v̄o ſola ps regi remanet: ꝓ eo ꝙ ele-
ctoꝛū modic⁹ numer⁹ cū xp̄o remanet et adhe-
ret. Vñ dꝛ. Multi ſunt vocati: pauci vero electi. Mat. 20. b

## ¶ Cap. xiij. Textus. Et ecce vir dei venit de iuda in ſermōe dñi in bethel. Moꝛalitatum Cap. xi.

Cum hieroboā in
bethel ſup altare nouū vitulis
aureis ſacrificaret: ecce vir dei
venit de iuda: ⁊ exclamauit i ſer
mone dñi cōtra altare dicēs: ꝙ
de domo dauid filii⁹ ioſias noīe
naſceret̄: q̄ ſacerdotes excelſo-
rū ſup eū immolaret: ⁊ oſſa humana cōbureret.
In ſignū cui⁹ dixit/ꝙ ſtatim altare frangeret̄: ⁊
cinis de ip̄o caderet: qđ ⁊ factū ē. Rex v̄o extēſa
manu cōtra ꝓphetā ip̄m capi iuſſit: man⁹ v̄o ei⁹
extēſa ſtatim aruit: ſ; p p̄ces viri dei ad ſanitatē
pſtinā redijt. Tādē v̄o lapſu tpis/oia iſta cōple-
ta fuerūt: qꝛ ſicut dꝛ infra: oſſa ſacerdotū baal ⁊ i. Reg. 23. d
excelſoꝛū/deſup iſtud altare cōbuſta per ioſiā Moꝛalitas.
regē iuda fuerūt. ¶ Iſtud pōt allegari: ꝙ i quo Sap. 11. c
peccat q̄s/in hoc ⁊ punit̄. Qꝛ eñ ſacerdotes in Aliter.
altari p idolatriā peccauerūt: ideo i eodē p ioſie
iuſticiā perierūt. ¶ Vel dic ꝙ altare iſtud ſigni
ficat curiā pꝛincipū vel pꝛelatoꝛū: in quo ſc; vi-
tuli aurei. i. ipſi laſciuiētes diuites adoꝛantur/⁊
ab omnib⁹ honoꝛantur: ſacerdotes qui iſta ido
la in altari iſto colunt ſunt taliū officiales ⁊ ſer-
uitoꝛes: q̄ ſc; in altari ⁊ curia idoli ſui. i. mali do
mini ſui hoſtias. i. pauperes immolāt/⁊ eoꝛum
carnes ſeu ſubſtātiā tēpoꝛalē ſuis idolis. i. ſuis
malis dñis offerūt ⁊ pꝛeſentāt: ⁊ de rapinis ſub-
ditoꝛū oblationes largas ⁊ conuiuia ſuperflua
eis parāt. Vñ iſti ſunt de quib⁹ dicit̄. Qui offert Eccl̄i. 34. d
ſacrificiū de ſubſtātia paupis: quaſi qui offert
filiū in cōſpectu patris. Et bene dicit/filiū in cō-
ſpectu patris: qꝛ mali officiales offerunt patri-
bus deuoꝛandos filios: qñ magiſtris ſuis exhi-
bent ſubditos depꝛedandos: carneſ꜃ pꝛopꝛio-
rum filioꝛū eis offerunt/qñ de ſubſtantijs ſubdi
toꝛū ſuoꝛū que rapiunt eos paſcūt. Sed quid?
Pꝛo certo ſepe occulto dei iudicio/⁊ ioſie. i. ali-
cui⁹ boni viri miniſterio: qñ꜃ fit ꝙ iſti verſa vice
in eodem altari in quo pecudes immolauerunt:
ꝙ etiā ibidem eoꝛum oſſa. i. eoꝛum foꝛtitudo et
diuitie per rapinam poſtea cōcrementur. Iſtud
eñ quotidie videmus/ꝙ ſacerdotes vituloꝛū ⁊ C
idoloꝛū. i. mali officiales ⁊ ballini maloꝛū pꝛin-
cipū ⁊ dominoꝛū: poſt꜃ in ipſoꝛū altari: id eſt in
eoꝛum officio ⁊ curia cui pꝛeſidebāt multas pe-
cudes. i. multos pauperes occiderint ⁊ depꝛeſſe-

rint ⁊ vaſtauerint:⁊ per falſas accuſationes et
actiones deuorandos et exheredandos magi=
ſtris ſuis obtulerint: ipſi ſimili cauſa ab alijs
poſtmodū immolent̄: qꝛ ſcꝫ quādoꝗ ſimili caſu
venit aliqs ioſias.i.aliquis iuſtꝰ iudex/ꝗ ipſoꝝ
iniquitates reperit:⁊ ſic ipſos deponi/depreda=
ri ⁊ tribulari in eodē altari.i.i eodē officio ⁊ cu=
Eſa.33.a ria vbi alios moleſtauerūt ꝓcurat. Ideo bene di
cit Eſa. Ve ꝗ predaris nōne et ipſe predaberis?
Eodē ca.b qꝛ cū cōſummaueris depdationē/depredaberis.
¶Hic habes ꝙ ꝓphete qui venit de iuda ad in=
crepādum hieroboam/fuerat a domino prohi=
bitum: ꝙ illic non comederet/nec aquā biberet:
nec per viam qua venerat rediret. Cū igitur per
aliā viā in hierl'm recederet: audiuit quidā fal=
ſus ꝓpheta qui in bethel ſenex in lecto iacebat/
ꝗ vir dei dixiſſet:⁊ qualiter oſſa ꝓphetarū ⁊ ſa=
cerdotum concremanda pdixiſſet:⁊ quō altare
fractū eſſet decidētibus cineribus: manus vero
regis exaruiſſet:⁊ ad preces eiꝰ ſana facta eſſet.
Aſinū ſibi ſterni fecit/vadēs poſt virū dei/ipſum
ſubter terebinthū inuenit:⁊ ad reuertendum et
D comedendū in domū propriā inuitauit. Cui cū
rūderet ſe nō poſſe cum a dño ſibi eſſet prohibi=
tum: ſuperaddidit ꝓpheta/dicēs. Et ego ꝓphe=
ta ſum ſicut ⁊ tu:⁊ precepit mihi dñs ꝙ comedē
di gratia te reducā. Igitur vir deceptus poſt eū
redijt. Et dū comederet/apud eum ſermo dei ad
ipſum malū prophetam factus eſt:⁊ viro dei ſic
intulit ac dixit. Quid inquit inobediens fuiſti
verbo dñi:⁊ reuerſus panem in hoc loco come=
diſti? Ecce non inferet̄ cadauer tuū in ſepulchꝛū
patrū tuorū. Quod ⁊ factum eſt: qꝛ ſcꝫ dum poſt
prandiū recederet/a leone occiſus fuit:⁊ in be=
thel delatꝰ extitit ⁊ ſepultus. ¶In his poſſunt
Morali= multa notari. Et primo quidē, ꝙ nulli eſt cito cō
tas. ſentiendū maxime illi quantuncūꝗ ꝓpheta vel
ſanctus appareat/contra dei precepta et ꝓhibi=
tiones credendum: cuius tñ contrariū faciunt
illi/qui hypocritis ⁊ hereticis credunt:⁊ ſimpli=
citer dei mandata propter eorum ſuggeſtiones
ptereunt ⁊ a veritatis itinere retrocedūt:⁊ ipſis
credūt fatue/qñ ſeipſos eſſe ꝓphetas dñi: id eſt
iuſtos ⁊ catholicos eſſe dicūt: quapropter ſepe
fit ꝙ proinde a diabolo deuorantur:⁊ ꝙ triſtitie
premium inde recipiunt ⁊ acquirunt. Ideo bene
1.ioā.4.a dicitur. Nolite credere omni ſpiritui: ſed proba=
te ſpiritus ſi ex deo ſint. Sic enim videntur dece
pti ſchiſmatici p hereticos: qꝛ ſcꝫ ipſos eſſe pro=
phetas ⁊ dei nūcios eſtimauerūt: propter quod
E ipſis ſimpliciter crediderunt. Sic etiā quotidie
Aliter. decipiuntur ſimplices per hypocritas ⁊ innocē=
tes ⁊c. ¶Vel dic ꝙ iſte vir dei ſignificat pdicato
rem: qui ad redarguendū idolatras.i.peccato=
res: et ad oſtendendum eis penā futurā mittit̄:
et ꝙ hic non comedat ſeu bibat.i.de mūdi diui=
tijs nihil cupiat: ꝙꝗ p viā qua venit/nō redeat
i.ꝙ a via ſumpte ꝓfeſſionis ⁊ penitētie nullate=
nus retrocedat/ſibi in ſcriptura a dño ꝓhibet̄/
Lu.17.g dicēte, Qui in agro eſt, non reſpiciat retro. Me=
mores eſtote vxoris loth. Sed quid? Pro certo
talis bonus propheta ⁊ predicator quādoꝗ in=
uenit falſos ꝓphetas et predicatores, bonorum
huius ſeculi amatores: qui ſcꝫ comedere ⁊ bibe=
re: id eſt bona temporalia diligere ſibi ſuggerūt
⁊ ſic a via perfectiōis ipſum retrocedere faciūt:
⁊ peruertunt: et ſic in manus leonis diaboli fina
liter ipſum tradunt: et a ſepulchꝛis patrum ſuo
rum: id eſt a gloria paradiſi ipſum priuant occa=
ſionaliter ⁊ repellunt. Igitur tali modo ſugge=
ſtori non eſt credendum Unde. Non audies ver
Deu.13.a ba illius prophete aut ſomniatoris. ¶Vel iſta
allega ad oſtendendum quanta eſt ſeueritas di=
uine iuſtitie: que iſti prophete propter ſimplici=
tatem non pepercit: ſed propter inobedientiam
ipſum leoni occidendum conceſſit. Quid ergo
vbi non ex tentatione vel ex ſimplicitate delin=
quitur: ſed ſciēter mādatum dñi preteritur? Si F
eñ in viridi hoc faciūt, in arido quid fiet? ¶Vel Lu.23.d
iſtud allega ꝙ ſpiritus ſanctꝰ qñꝗ p os malorū, Aliter.
ſicut hic patet per iſtum malum prophetam/
pena viri dei ꝓphetatur: vt ſcilicet ꝗ per os eius
deceptꝰ fuerat, per os eius etiā puniret̄. ¶Vel Aliter.
iſtud allega ſm gloſſam Gregorij: qđ iſte vir de
inobediendo grauiter peccauit: quod ſubſecu=
ta pena monſtrauit. Inobedientia tamē eiuſdē
prophete in morte eiꝰ purgata fuit: qđ ex hoc
apparet vt ait: quia poſt mortē leo non comedit
de cadauere/nec aſinū leſit. ¶Vel iſtud allega/ꝙ
modica ſunt apud deū mors vel afflictio iuſtorū
in vita iſta: dum tamē ſpūale cōmodū ſubſequat̄:
qñ ſcꝫ ꝓpter vnā inobediētiā dei/virū leoni oc=
cidendū voluit tradere: vt ipſum poſſet a reatu
cōmiſſe inobedientie: ꝗ etiā nō ex malicia cōmiſ= Heb.10.f
ſa fuerat/extirpare. Bene ergo dicit̄: ꝙ horrēdū 1.Cor.5.b
eſt incidere in manus dei viuentis. Tradidi eū Aliter.
ſathane in interitum carnis/vt ſpūs ſaluus fiat.
¶Vel illud allega cōtra inanē gloriam: qꝛ ſcꝫ ſm
quoſdā iſte vidēs miracula p ſe facta/inani glo=
ria intumuit: quapropter deꝰ manū ſuā laxauit
vt inobediens fieret:⁊ ſic ipſum poſtea puniuit. Aliter.
¶Vir dei recedens de bethel ſuper aſinū leonē
in itinere obuiam habuit: qui in eū irruens mox
occidit: poſtꝗ vero occidiſſet eū/cadauer eiꝰ non
tetigit: imo iuxta corpus ſedēs: nec de eo come=
dit/nec etiam aſinum leſit. Quod videns malus
propheta qui eū deceperat/vt predictū eſt:⁊ qui G
ſm Joſephū pnceps ſacerdotū idolorū erat: ca=
dauer eiꝰ in ſepulchꝛo ſuo ſepeliuit:⁊ filijs ſuis
ꝙ ſe cū moreret̄ in eodē ſepelirent/diſtrictiꝰ im=
perauit. Cū mortuꝰ inquit fuero/in ſepulchꝛo
in quo vir dei ſepultꝰ eſt me ſepelite. Predixerat
eñ vir dei/ꝙ oſſa ſacerdotū idolorum de ſepul= 4.re.23.d
chꝛis ſuis extracta ſup altare ꝯburent̄ finaliter
per ioſiam/ſicut predictū eſt. Cōtra qđ iſte malꝰ
propheta voluit ſibi prouidere. Quod ⁊ factum
eſt: qꝛ ſicut dicit̄ infra. Joſias oſſa malorū pro=
phetarum ⁊ ſacerdotum in altari bethel in quo
idolis ſacrificauerāt/cōbuſſit. Uerūtamen oſſi=
bus iſtius mali prophete/pro eo ꝙ cum oſſibꝰ
viri dei ſepulta erant pepercit: ipſaꝗ nec tetigit Moralitas.
nec combuſſit. ¶Iſte vir dei qui propter leuem
culpā inobediētie ſeu vane glorie fuit leoni tra=
ditus: ſignificat ꝓprie ſanctos martyres, qui ſcꝫ
vel ad maiorē cumulū meritorū, vel ad purga=
tionem aliquorum que preceſſerāt delictorum:
leoni.i.mundi tyrānis occidendi a dño traditi
ſunt. Sed in multis ſic factū eſt: ꝙ poſt mortem
eius viſis miraculis, ipſi leones ⁊ tyranni ipſos
perſequi ceſſauerūt: quinimo iuxta eos per fidē
ſederūt:⁊ quos viuētes pſecuti ſunt mortuos
honorauerūt:⁊ eiſdē a ſe occiſis, necnon eorum
aſinis.i.ipſorum deuotis et ſeruitoribus obſe=
quium ⁊ cuſtodiam prebuerunt: ſicut patuit de H
multis, qui ad honorem eorū eccleſias edifica=
uerunt:⁊ religiones etiā dotauerūt. ¶Vel iſtud Aliter.
allega ad cōmendationē animi generoſi: qui ſcꝫ
non dignatur ſeuire in hominē mortuum, ſed in
viuum.i.in inimicū ſuū pauperem ⁊ depreſſum:
ſed potius ꝗdiu videt eum viuum.i.potentem
ſe defendere vel robuſtū: quinimo ſic debet eſſe,
ꝙ poſtꝗ leo id eſt aliquis generoſus homo ali=
quem dum viuit.i.dum inuenit ipſum potentem
⁊ rebellē ⁊ recalcitrantē, impugnauerit: ſi cōti=
git ꝙ eum occidat.i.ꝙ eum ſuperet atꝗ vincat:
ſtatim debet ab impugnatiōe ceſſare:⁊ in ipſum
amplius non ſeuire. Quod eſt contra multos:
qui nō ſolum ſeuiunt in viuos, imo etiā in mor=

tuos inimicos. Et hoc qꝛ cadauer eoꝝ.i.filios ꝛ
ſuperſtites eoꝝ dē: et aſinū.i.bona eoꝝ tēpora-
lia: vel ſeruitores ꝛ familiares deuorāt.i.eos
rapinis et moleſtijs lacerant atqꝫ grauāt. Unde
dr. Quē pſequeris rex iſrael: quē pſequeris? Ca
nem mortuū ꝛ pulicē vnū? Quaſi diceret. Nō eſt
Aliter. gloria pſequi hominē impotētē. ¶ Uel ſi vis dic/
ꝙ leo eſt bonus princeps vel prelatus: qui reue
ra nō debet de cadauere vel aſino comedere vel
ledere.i.non debet pauperes rapiēdo ledere vel
Eſa.11.b grauare: ſed potiꝰ iuxta eos ſedere ꝛ eos defen
dere, regere ꝛ iuuare. Uñ Eſa. Leo et agnꝰ ſimul
morabūtur. Quia breuiter/dato ꝙ leo.i.pnceps
leoninꝰ inuadat viuos.i.diuites ꝛ potētes: cada
uera tamē ꝛ aſinos.i.depreſſos ꝛ pauperes mi-
A ſeros nunqꝫ dꝫ grauare/ſed potius defendere ꝛ
facere liberos ꝛ immunes. Qd tñ eſt cōtra igna-
ros principes/qui ſcꝫ ſunt ad inuadendū hoſtes
ſuos ꝛ potētes deſides: cōtra tñ miſeros ſubdi-
Aliter. tos ſunt rapaces. ¶ Uel ſi vis allega iſta de bona
ſocietate: qualr pficit. Sepe eñ fit ꝙ deꝰ pter
bonoꝝ ſocietatē malis parcit: ꝛ ioſias oſſa mali
Geñ.18.q prophete non tetigit: quia ipſum cum ſancto vi-
ro tumulatū inuenit. Sicut etiā ptꝫ: vbi propter
act.7 decem bonos ſi inuenirent in ʒodoma/toti ciui-
tati dñs ſe parcere pmittit. Sicut etiā in paulo
apparuit: pter quē dominus oēs animas que
erāt in naui/a ſubmerſione ſaluauit. Bonum eſt
igitur bonis aſſociari: ꝛ cū ipſis perſonaliter co
pulari: qꝛ ſcꝫ exinde homo bonus efficitur: ꝛ eo-
rum orationibus adiuuatur. Pſal. Cum ſancto
pſ.17.b ſanctus eris/et cū peruerſo puerteris ꝛc. ¶ Uel
Aliter. etiā de ſepulchris allega: qꝛ ſcꝫ bonum eſt in ec-
cleſijs et cemiterijs vbi ſancti homines ſepulti
ſunt ſepeliri: vt cum ioſias rex.i.xps iniquos in
iudicio cōburet: ſibi ex ſocietate ſanctoꝝ ꝛ pci-
bus poſcit parci. Uñ dr. Proiecerūt mortuum in
4.re.13.d ſepulchꝝ heliſei. At vbi tetigit corpus prophe-
te/reuixit homo ꝛ ſtetit ſupra pedes ſuos.

## ¶ Capitu.xiiij. Textus.

B In illo tēpore egrotauit abia filius hie-
roboam. Moralitatum Ca. xij.

## Hec cap.xiiij.et.xv.

ponit quomodo ſeſach rex egypti
cōtra roboā aſcendit: ꝛ ſcuta au-
rea abſtulit: loco quoꝝ roboam
erea fabricauit. Sꝫ de hoc vide ſu
3.re.14.g pra: vbi plene de hoc dixi. ¶ hic ponitur de vxo-
Eodē ca.a re hieroboam/que habitū cōmutauit: ꝛ de filio
moribundo abiam prophetā interrogauit. Qui
qꝫuis videre nequiret/ipſam tñ in ſpū ſtatim co
gnouit: ꝛ ſibi filij mortem ꝛ domus deſtructio
nem predixit. Ingredere inquit vxor hieroboā.
Quare te alienā ſimulas? Ego autē ad te miſſus
Moralitas. ſum durus nunciꝰ. ¶ Iſtud poteſt allegari cōtra
hypocritas: qui ſcilꝫ habitum conuerſationis
ſue mutant: et alios qꝫ ſint ſe eſſe ſimulant/ vt
alios decipiant et ſeducant: prophetam tamen
chriſtum decipere nequeunt: quia ſcꝫ nō ad ve-
ſtes/ſed ad perſonā.i.nō ad cōuerſationem/ſed
ad conſcientiam: nō ad famam/ſed ad vitā ſolet
aſpicere: et ideo ipſos aperte cognoſcit, ipſiſqꝫ
durum mortis eterne nuncium ſolet finaliter re-
portare. Nihil enim valet apud eū diſſimulatio
heb.4.d qualiſcūqꝫ: qꝛ ſicut dicit Apoſtolꝰ. Omnia nuda
Ca.xv.a ꝛ aperta ſunt oculis eiꝰ. ¶ hic ca.xv. fit mentio
de bello abie regis iuda contra hieroboam: ſed
2.paral.13.a de hoc plenius vide.ij. Paral. Ibi etiam dicitur
ꝙ hieroboā octoginta milia hominum contra
abiā congregauit: ſed abia ad dominum recur-
rēs/etiam de cultu diuino qui in templo fiebat/
ꝛ de candelabro altaris ꝛ miniſtris gloriās ꝛ ipꝫ C
hieroboā ꝛ ppłm eius q̇ a deo receſſerat vilipen-
dēs, bellū ɔmiſit: ꝛ octogita milia iterfecit. ¶ Qd Moralitas
ad hoc allegari pōt: qd illi q̇ in multitudine exer
citus gł'iant: faciliter ab illis q̇ cōfidūt in dño (qꝫ
uis pauci ſint) ſuperant. ¶ Ibidem ꝛ hic ſupra. 2.pa.13.a
xliij.ca.dicit qd q̇cunqꝫ ipſi hieroboā regi iſrael
munera apportabat, ſacerdos idolorum fiebat.
¶ Sic vero hodie apud malos reges, ideſt apud Moralitas
malos prelatos: iſti q̇ manus ſuas implent.i.qui
manibus plenis nō vacuis ad eos veniūt, ac mu
nera offerūt ꝛ pmittūt ſacerdotes ꝛ beneficiati ab
eis fiunt. Uñ Luc. Date ꝛ dabit vobis. Uñ ſimo- Luc.6.f
niaci plati vident dicere illud apoſtoli. Si ſpūa- 2.cor.9.b.
lia ſeminauimus vobis: nō magnum eſt, ſi veſtra
carnalia metamus, ideſt ſi beneficia, officia ſpiri-
tualia ꝛ eccleſiaſtica conferimus, etiam munera
carnalia vel temporalia habeamus.

## ¶ Capitu.xvi. Textus.

Factus eſt aūt ſermo dñi ad Iehu filium
Anani. Moralitatum Ca. xiij.

## Baaſa occidit

Nabad filiū hieroboā regē
iſrael, ꝛ omnē domū hiero-
boā vſqꝫ ad mingentem ad
parietē: ꝛ regnauit pro eo.
Tādē vero qꝛ iſte peſſimus A
fuit, ꝛ quendam pphetā ſi-
bi ɔminantē occidit. Idō ʒam
bri filiū eius hela q̇ poſt ipꝫ
regnauit, ebriū ꝛ temulētū occidit: ꝛ p eo in iſrael
imperauit: ꝛ totā parētelā Baaſa iterfecit. Uerū
tñ ſatis cito poſt cū ppl's pter occaſionē necis
dñi ſui ɔ eū inſurgeret: ad palatiū fugit ꝛ ſe cuꝫ
palatio cōcremauit. ¶ Iſta poſſunt allegari quō Moralitas
deus punit malos p malos: ꝛ quō deꝰ vtit mini-
ſterio maloꝝ hoim ad malos alios puniēdos: q̇n
immo ꝛ deꝰ vt cōiter iudicia ſua rōnabilia p ma-
los angelos exequit: ꝛ ſic hō malus p malū ange
lū punit. Idō de punitione egyptioꝝ dr in Pſalm. pſ.77.c
quod dominus miſit in eos irā indignatiōis ſue:
immiſſionē ꝛ irā per angelos malos: ſicut etiam
hic patet: vbi domum hieroboam fuiſſe deſtru-
ctam: ꝛ deus domum baaſa per ʒambi deſtruxit. Aliter
¶ Uel allega quod iuſticia dei quandoqꝫ punit fi
lios pro peccato patrum: ꝛ maxime quando ſunt
paternorum criminum ſucceſſores: ſicut patet
de hieroboam ꝛ Baaſa, quibus dominus com-
minatus eſt: ꝛ tamen non ipſos, ſed eorum filios Tre 5.b
diſſipauit. Patres noſtri peccauerunt, ꝛ nō ſunt: Aliter
ꝛ nos iniquitates eorum portauimus. ¶ Uel dic
quod dato ꝙ deus aliquem puniendum decer-
nat: ꝛ ex hoc in manus alicuius peſſimi ipm tra- E
dat: ipſe tñ malus q̇ eū occidit propter hoc non
minus punitur: qꝛ ſcꝫ deus malā volūtatē occidē
di ſibi nō dedit: cum deus non ſit autor mali: ſed
male volūtati ſue ipſum occidendū applicat atqꝫ
tradit. ſicut patet ꝙ dato ꝙ ex dei iudicio hela ce
ciderit, ꝛ a ʒambri occiſus fuerit: tamen ipſe ʒam
bri ex hoc nō excuſat: qꝛ ſcꝫ ad dominū ſuū occi-
dendū nō amor diuine iuſticie: ſed regni ambitio
ipſum mouit: deus ꝟo malicia ꝛ pditione ipſius
ad occidendū aliū vſus fuit: ꝛ ideo iſte in tali re-
gno proſperitatē nō inuenit, ſed turpiter per-
ijt ꝛ deceſſit. Et ſic duo in iſto actu concurrunt,
ſcꝫ dei iuſticia, que occulte ordinat iſti mortem: ꝛ
mala volūtas alterius/que vlterius aliam inue-
nit ſibi cauſam. Unde dr. Erunt duo molentes in Lu.17.g
mola vna, ſcꝫ deꝰ ꝛ homicida: vnꝰ aſſumet.i.excu-
ſabit: ꝛ alter relinquet in culpa, ſcꝫ homo malus. Aliter
¶ Uel dic ꝙ iſta pñt allegari: ꝙ in quo peccat q̇s Sap.11.c

in hoc ⁊ punit̃: q2 vcȝ ſepe fit ꝙ ille qui aliū ledit, eodē gladio leſionis ꝑ aliū tādē perit: ſicut ptȝ hic ꝙ baaſa domū hieroboā deſtruxerat: ⁊ multos iniuſte occiderat. Ideo iuſto dei iudicio factum eſt: vt alter domū eiꝰ deſtrueret, ⁊ amicos
Mat.7.a ⁊ filios enecaret. Ideo bene dr. Eodem iudicio quo menſi fueritis, remetiet̃ vobis. Uñ quotidie videmꝰ ꝙ ambitioſi q̄ cōtra regē iſrael. i. cōtra aliquē p̄latū vel beneficiatū inſurgūt: vt regnent loco eius: ⁊ vt obtineāt ſtatū eius, ipſumq̄ occi-
F dūt. i. accuſant, infamāt ⁊ deponi ꝓcurant, ⁊ ſic locū eoꝝ malicioſe occupāt ⁊ vſurpant: ſicut fecit baaſa de nadab. Tādem inueniūt in ſe vel in ſuis q̄ ſilr̃ eis faciāt, ⁊ q̄ de regno vel officio eos expellant ⁊ inſurgāt: vt ptȝ hic de zābri q̄ regnū baaſa ipſo occiſo poſſedit. Ideo bene dicit Seneca in prouerb. Ab altero expecta qđ alteri fe-
Aliter. ceris. ¶ Uel iſta cōtra ambitioſos gn̄aliter: qui ſcȝ nō ceſſant. i. more zābri cōtra regē iſrael. i. cōtra aliquē bonū p̄latū inſurgere: vt ſic poſſint regnū ⁊ p̄lationē ipſius obtinere. Qđ cū obtinere poſſint, ſcȝ regnū ⁊ p̄lationem ipſius: tñ vix aut nunq̄ ibi proſpere viuunt: quinimo palatiū ſuū eccleſiā vel officiū vel cellariū ſibi cōmiſſum, rapinis ⁊ exactionibꝰ cōburūt: ſeipſos per auariciā ⁊ luxuriā in p̄nti, ⁊ per gehennā perpetuā in futuro ſuccēdūt. Et etiā ad literā q̄nq̄ fit ꝙ talis pp̄ls ſubditoꝝ cōtra tales inſurgit: ꝓpter quod
4.Reg.9.g etiā tēporales penas habēt. Uñ dr. Nunq̄d pax pōt eſſe zambri, q̄ interficit dn̄m ſuū? Dieſq̄ ſuos
Eodē.c.d in triſtitia ⁊ dolore finiūt ⁊ cōſumūt. ¶ Cū enim in populo iſraelitico ageret̃ de rege eligendo populus diuiſus eſt in duas partes: ⁊ vna pars ſequebatur zambri, alia vero ſequebatur Thebin: finaliter tamen zambri qui interpretatur amaricans, p̄ualuit: Thebin vero q̄ interpretat̃ bonꝰ
Moralitas mihi, ſuccubuit. ¶ Sic v̄o quotidie fit in electionibus prelatorū: q2 vcȝ populus eligens in duas
G partes diuiditur: ⁊ vna pars vnum, alia aliū ſequitur. Ita ꝙ vix aut nunq̄ in vnum conſentire
1.Reg.11.c videnṫ. Unde. Diſperſi ſunt, ita ꝙ nō inuenirent̃ duo pariter. Uerū tñ ſic fit finaliter ꝙ amaricās i. ille qui eſt amarus ⁊ malus preualet: thebin vero. i. ille qui bonus eſt aliis, dimittitur impromotus: q2 ꝑ certo ſepe fit ꝙ deteriores plures pro parte ſua reperiunt: meliores vero deficiunt et
Gen.25.c ſuccumbūt. Unde in Gene. Maior ſeruiet minori.
3.reg.16.g hic agitur de reedificatione hierico: ſed hoc quō factum eſt vide.

## ¶ Capi. xvii. Textus.

**Et dixit Helias theſbites de habitatoribus galaad ad achab. Moralitatum**

### Capitulum xiiii.

**Cum Jezabel** vxor achab prophetas domini occidiſſet: ⁊ ip̄e achab rex iſrael idolū baal feciſſet: ꝓpter quod Helias ſiccitatē triū annoꝝ futuram in terra iſrael predixit: et dominꝰ volēs eū ab impietate achab ⁊ iezabel ſeruare, v̄ba talia ſibi dixit. Recede hinc (inquit) ⁊ vade cōtra oriētem: ⁊ abſcondere in torrēte carith, qui eſt cōtra iordanē: ⁊ de torrēte ibi bibas: coruiſq̄ p̄cepi vt paſcāt te. Quod factum eſt. Quia ſcȝ cū illic abſconditus moraretur, corui offere-
H bāt ſibi panem ⁊ carnes mane ⁊ veſpere: ⁊ bibebat de torrēte. Poſtea vero ſiccatus eſt torrens nō enim pluerat dominꝰ ſuꝑ terrā: ⁊ ideo neceſſe habuit de loco illo recedere: ⁊ in ſareptā ſydonioꝝ vt ibi nutriret̃ a muliere vidua pertrāſire. Quā ſcȝ colligentē duo ligna inuenit: q̄ ipſum in domo ſua recepit ⁊ de mādato dn̄i ipſum pauit. Uade (inq̄t dn̄s) in ſareptam ſydonioꝝ: ibi enim
precepi mulieri vidue vt paſcat te. ¶ Iſtud exponunt aliqui allegorice. Dicunt enim ꝙ Helias eſt Allegoria.
chriſtus: torrens carith qui interpretat̃ cōciſio, diuiſio vel cognitio, chriſti paſſionē deſignat: in qua etiam trans torrentem legitur acceſſiſſe: et in qua caro ſua fuit cōciſa: ⁊ ſynagoga ab eo diuiſa: ⁊ charitas eius ad nos, quāta fuerit cognita eſt ⁊ viſa. Igitur chriſtus verus Helias, ſcȝ ab iſto mūdo receſſit: ⁊ ad torrentē. i. ad fluctus paſſionis, ⁊ ad fluxum noſtre mortalitatis acceſſit: vbi ſcȝ abſconditꝰ extitit, inquantū diuinitatis ſue potētia ibidē ſub mortalitatis imagine latitauit. Abacuk. Ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Abac.3.a
Et ibi etiam de torrente noſtre mortalitatis ⁊ fluxibilitatis guſtauit. Pſal. De torrente in via bibet. Tūc vero corui. i. peccatores ad eū per fidē Ps.109.b
venerūt: ⁊ eū pane ⁊ carnibꝰ. i. proprijs elemoſynis ⁊ bonis operibus, necnō euchariſtie fide ⁊ ſacrificio pauerūt ⁊ recreauerūt: ⁊ ipſum ꝑ deuotionem ꝓpriā nutriūt. Qualis coruus vnq̄ fuit A
paulus, q̄ prius carnes martyrum deuorauit: et poſtea ipſas p̄dicādo alijs per fidē comedendas tradidit: ⁊ deo carnes immaculati agni obtulit. Uel carnes. i. carnales: panes. i. iuſtos ad fidem eius cōuertit: ⁊ ſic pane ⁊ carnibus iſte coruus heliā xp̄m pauit. Qđ etiā ad elemoſynarios referri pōt ꝑ quos in ꝑſona pauperū dn̄s ſe nutriri dicit. Unde Eſa. Reficite laſſum: ⁊ hoc meū refrigeriū. Itū etiam alius coruus. ſ. ethiops, q̄ ꝑ Eſa.28.c
Philippū credidit, ſicut dr in Act. ap̄lo. Proprijs carnibus ipſum pauit: inquātū ꝓpriā vitā carnalē eius fidei ⁊ ſeruitio ſubiugauit. Unde Job. Act.8.f
Quis det de carnibus ſuis vt ſaturemur? Uel de alienis carnibꝰ. ſ. carnalibꝰ peccatoribꝰ: quos tādem idē ethiops ad fidē dicit̃ cōuertiſſe. Finaliter tñ iſte helias xp̄s, ſiccato torrente mortalitatis ꝑ reſurrectionē ad viduā gentilē. i. ad gentilitatē iam diu a gratia dei viduatā: ſicut dr. Heu Job.31.d
mulier vidua ego ſum: mortuus eſt em̄ vir meꝰ: 2.reg.14.b
ꝑ fidē tranſiuit: q̄ ipſum ⁊ fidē eiꝰ recepit: ⁊ duo ligna. i. crucem ⁊ paſſionē collegit ⁊ credit: ⁊ eū fide ⁊ operibꝰ in domo. i. in cōſcia vel patria aluit
et refecit. Unde iſta ſydoniſſa videtur fuiſſe illa Mat.15.c.
que a finibus tyri ⁊ ſydonis egreſſa clamabat (et intellige mulierem de illa ꝓgenie.) Miſerere mei
fili dauid. Dicq̄ iſta mulier gētilis eſt aīa peccatrix: quā ꝑ certo cū verus helias xp̄s colligentē B
ligna. i. habētem memoriā ⁊ deuotionem ad crucem ⁊ ad paſſionem reperit: libenter ad eam per gratiā venit: et de farina ſue deuotionis, et de oleo ſue cōpaſſiōis comedit, ⁊ ipſam in lecytho cordis multiplicat et cuſtodit: quouſq̄ deus pater pluuiam eterne conſolationis eidem tribuit atq̄ mittit. Hydria inquit farine non deficiet, nec lecythus olei minuetur quouſq̄ deſuper detur
pluuia. ¶ Uel iſta exponantur myſtice: ⁊ dicatur Aliter.
ꝙ helias propheta qui ſe ſtare in conſpectu domini dicebat. Uiuit inquit dominus in cuius con 4.Reg.3.b
ſpectu ſto ſignificat eccleſiaſticum bonū vel religioſum: qui ſcȝ Achab peſſimum regem diabolū, ⁊ Jeſabel peſſimam mulierem, ſcȝ carnem vel mūdi proſperitatem, que ſcȝ prophetas domini. i. ſanctos viros non ceſſat ſpiritualiter occidere: formidans et metuens, ex domini mandato ad torrentem deuotiōis ⁊ religionis in clauſtro vel cauerna humilitatis latibulo ſe abſcondit: et a mundi gloria et turba negotiorum ſecularium ſe ſubtrahit et ſuſtollit: vbi proculdubio ex diuina prouidentia ſibi non deficit aliquid; quia

ſcꝫ per ipſos coruos.i.per ipſos ſeculares ⁊ pec
catores,⁊ per ipſos etiam crudeles p̄ncipes ſecu
lares aliquotiēs eos deus nutrit inquantū ſcꝫ
ipſos malos hoīes ad ꝓuidendū ⁊ cōpatiēdum
C ſuis ſanctis ſeruitoribꝰ occulte inſpirat ⁊ indu-
Exo.3.g cit. Ad qđ facit exemplum de egyptijs: qui filijs
Sap.10.d iſrael nutu dei vaſa aurea accōmodauerunt, ⁊
eos de theſauris ꝓprijs ditauerunt. Et in libro
Sap. Juſti tulerunt ſpolia impiorū. Multa enim
monaſteria fundauerūt multi peſſimi vſurarij:
eleemoſynas ⁊ lautas pitantias religioſis dede-
runt:⁊ corui Heliam latitantem in dei nutu ſpiri
tualiter nutriuerūt. Non timeat igitur aliquis
ꝓpter inopiā in religione ſe abſcōdere: qꝛ potēs
eſt deus ⁊ per coruos ⁊ per viduā ſareptanā. i.
per malos ⁊ bonos eidē neceſſaria miniſtrare.
Ideo de abſconſione noſtra a mūdi gloria dr. La
Ruth.3.a uare igitur ⁊ vngere, ⁊ induere cultioribꝰ veſti-
mentis, ⁊ deſcēde in areā booz. Nō te videat hō.
Eodē.c.b ¶Sicut dr hic, vidua ſareptana cui p̄ceperat do
minꝰ ꝙ Heliā nutriret: non habebat niſi modicū
farine in hydria, ⁊ modicū olei in lecytho, q̄ nimo
ſicut in textu dr: ipſa duo ligna colligebat, vt pa
nē ſubcinericiū faceret, ⁊ inde vna cū filio mādu
caret. En inquit colligo duo ligna, vt faciā illud
mihi ⁊ filio meo, vt comedamꝰ ⁊ moriamur: quaſi
diceret. Neceſſe erit mori iſtis conſumptis, cū nō
habeamus amplꝰ: qđ comedamus. Igitur He-
lias qñ venit ⁊ inuenit ipſam primitus aquam
petijt. Da mihi inquit paululum aque vt bibā.
Ad quam apportandā vidua ꝓperante, clamās
poſt eam ſubiungit. Affer mihi inquit et bucel-
D lā panis in manu tua. A quo cū ipſa ſe excuſaret,
ꝙ illud qđ habebat, ſibi ⁊ filio ſuo nō ſufficiebat.
Reſpondit. Primum inquit mihi de ipſa farina
fac ſubcinericium panem: tibi autem ⁊ filio tuo
poſtea. Hoc enim dicit dñs, ꝙ hydria farine non
deficiet: ⁊ lecythus olei non minuetur, quouſqꝫ
dederit dñs pluuiam ſuper terram. Quo audito
vidua ſubcinericiū panem ꝓphete fecit: ⁊ extunc
q̄diu durauit ſterilitas, tā farina q̄ oleū non de-
Moralitas fecit. ¶Iſta poſſunt allegari exēplariter ⁊ myſti
ce ad plura. Et primo exēplariter ad hoc pōt in-
duci, ꝙ ſi facis ſtulto aliquam gratiam: nō cōtē-
tus ipſe, ſtatim importune petit aliā. Sic hic fe-
cit Helias, cui non ſuffecit impetraſſe ſolā aquā
quā petierat: imo ⁊ bucellā panis protinus po-
ſtulauit. Ideo inter ruſticos eſt ꝓuerbium. Si
datis ſtulto caſeū, q̄rit a vobis panem. Et in hoc
etiam qđ ſequitur, tales importuni helie cōparā
tur: qꝛ ſcꝫ non curant quantum hoi remaneat: dū
tñ ſibi ante oia qđ appetunt, concedat. Fac mihi
primū inquiūt: tibi autē ⁊ filio tuo poſtea facies:
cū tñ nullus ab alio debet petere illud qđ neceſ-
ſariū videt ſibi eſſe: quinimo in omni gratia ſem-
per eſt ratio ne egeat attendenda. Contra quos
importunos dicit Sene. Nihil petas qđ negatu-
Aliter. rus fuiſti. ¶Uel etiam iſta exemplariter poſſunt
allegari: ꝙ qñ aliqua vidua. i. aliqua perſona He
liā. i. bonos religioſos ⁊ ſanctos viros, ſeu xp̄m
in pſona pauperū nutrit: et in vſu pietatis bona
E ſua: farinā ⁊ oleū. i. cibos ⁊ victualia liberter ex-
pendit: ⁊ q̄uis parū habeat: manū tñ ad miſerē
dū alijs pſonis clementer extendit. Et ergo diui
na prouidentia ſibi non deficit: ſed potius bona
Luc.3.f ſua ex hoc multiplicat. Ideo bene dr. Date et da
Prou.28.d bitur vobis. Et Prouer. Qui dat pauperi nō in-
digebit. Sicut de Joanne eleemoſynario legit,
ꝙ cū oia pauperibus tribuiſſet: ita ꝙ nihil in ar-
cis remanſiſſet ſibi: nihilominus ſperans in deū,
in craſtinū ad arcas redijt: et ipſas plenas fru-
mentis inuenit: ⁊ ideo nunq̄ dꝫ virū miſericordē
penuria bonorū terrere: ſed potiꝰ debet paupe-
ribus largiter dare: qꝛ potens eſt deus ⁊ ipſi bo
na ſua modica multipliciter facere abundare.
Uñ in Prouer. dr. Qđ alij diuidunt ꝓpria et ditio Prou.11.d
res fiunt: alij vero rapiunt non ſua: et ſemper in
egeſtate ſunt. Uñ Apl's. Potens eſt eīm deus oēm 2.Co.9.b
gratiam abundare facere in vobis ⁊c. Et iterum
Hilarē datorem diligit deus. ¶Uel dic myſtice, ꝙ Aliter.
iſta vidua eſt eccleſia vel aīa: que ſcꝫ duo ligna. i.
crucē xp̄i: que cōſiſtit ad minus ex duobꝰ lignis,
p deuotionē colligit farinā ſacre ſcripture, oleū-
qꝫ diuine gratie habet in hydria ⁊ in lecytho cor-
dis: cuſtodit ⁊ filiū ſuū. i. fidelē populū inde nu-
trit. Ab iſta igit helias. i. xp̄s plura petit. ſ. primo
aquā que faciliter ſorbetur. i. opera facilia: dein
de ſi adhuc ipſam obediētem videat: petit ab ea
panem qui cum difficultate maſticatur. i. opera
magis perfecta ⁊ difficilia: que ſcꝫ ſubcinericia F
debent eſſe ⁊ ſub cinere. i. ſub conſideratione no-
ſtre inquinationis ⁊ mortis, debent eſſe repoſita
⁊ decocta. Infra eodē. Reſpexit heliās: ⁊ ecce ad 3.Reg.19.a
caput ſuum ſubcinericius panis. Helias enim in
pluribus locis panem ſubcinericium comediſſe
legitur: ad denotandū ꝙ Helias noſter xp̄s i ope
ribus ſubcinericijs. i. in illis que fiunt cauſa mor
tis memorie q̄plurimū delectatur. Dicat igitur
quilibet illud Job. Ago pniam in fauilla ⁊ cine- Job.42.a
re. Sic igitur talia xp̄s imperat: cum farinam et
oleum. i. ſcientiā ⁊ gratiā bonaqꝫ ſpūalia augmē
tat, ⁊ continuat quouſqꝫ pluuia eterni refrigerij
ſuper ipſam veniat ⁊ deſcendat. Illud eīm eſt verū
ꝙ qui bene obedit deo in aqua. i. in minoribus:
dignus eſt exerceri in pane. i. in difficilioribus: ⁊
ſi bene ſe habeat inquantum ad ſpūalia: ⁊ tpalia
multiplicantur: ⁊ finaliter ipſe pluuia eterni re-
frigerij conſolatur. Iſta enim que hic vel ſpūa-
liter vel tpaliter a deo multiplicātur, ſolum vſqꝫ
ad deſcenſum pluuie durare permittuntur: quia
ſcꝫ adueniēte gloria, bona temporalia noſtra ex
toto pereunt: gratie vero ⁊ virtutes in meliꝰ cō-
mutantur. ¶Uel dic ꝙ mulier eſt eccleſia: que fa-
rinam ⁊ oleū, ideſt corpus chriſti ⁊ ſanguinē pro Aliter.
ſe ⁊ filio ſuo, ideſt ſubiecto populo nutriēdo: cū
duobus lignis, ideſt cum crucis memoria, deco-
quit, et i hydria ⁊ lecitho cordis cuſtodit: ipſum
quoqꝫ helie, ideſt bono ſacerdoti communicat et
diffundit. Huius igitur farine et olei, ideſt corpo G
ris ⁊ ſanguinis chriſti tanta eſt virtus, ꝙ dato
quod continue comedatur, ſine defectu, perpe-
tue tamen continuū et integrū reperitur. Ideo
in proſa canimus. Sumit vnus: ſumunt mille,
quantum iſti, tantū ille ⁊c. Illud etiam nunc vſqꝫ
ad tempus nobis datur: ſcilicet ſolum pro tem-
pore huius vite: quouſqꝫ pluuie eterne glorie di
ſtillentur: tunc enim adueniente lumine, ceſſabit
vmbra: ⁊ habita veritate figura penitus ſuſtolle
tur. Unde Joſue. Defecit manna poſtq̄ comede- Joſue.5.c
runt de frugibus terre. ¶Mortuus eſt filius vi- Eodē.c.c
due mulieris apud quam Helias hoſpitabatur:
cuius mortem in Heliam retorquens: furibunda
mater incepit dicere viro dei. Quid mihi (inquit)
et tibi vir dei? Ingreſſus es ad me, vt rememora-
rentur iniquitates mee: et interficeres filium
meum. Quod videns helias: filium vidue mor-
tuum in cenaculū vbi manebat, detulit: ipſumqꝫ
ſupra lectulum ſuum poſuit: ⁊ ſe ſupra puerum
tribus vicibus expādit: ⁊ ſic rogando dominū
ipſum a mortuis ſuſcitauit: ⁊ viuū matri ſue cō-
mendauit. Iſta poſſunt exēplariter allegari pro Moralitas
quadam opinione quorundam: qui ſcilicet ſecū
nollent habere viros perfectos ⁊ iuſtos: timen-
tes deum: ne ex comparatione ſue male vite ad
eorum ſanctam vitam Deus de ipſorum ini- H
quitatibus recordetur: ⁊ ad occidendum filium
eorum. i. ad puniendum eos amplius excitetur.
Unde etiam de quibuſdā nautis audiui ꝙ duos
religioſos

religioſos quos in naui ſua habebant:imminen-
te tēpeſtate in mare voluerūt proijcere/dicentes
ꝙ ꝓpter eorum iuſticiā deus volebat ipſoꝝ nau
Allegoria. taꝝ iniquitates puníre. ¶Dic allegorice,ꝙ ma-
ter iſta eſt ſynagoga:que ſcꝫ heliam nutriuit:in
aduentu tamē eius illius filius.ſ.populus q̇ an-
te viuus fuerat ꝑ gratiam:ꝓpter ſuam increduli
tatē mortē ſpūalem ⁊ eternā incurrit.Finaliter
tñ xp̄s in cenaculū eccleſie eos ducet:⁊ ſup lectū
fidei ſue ꝯſtituet:⁊ tribus vicibus.i.per ſidē trini
tatis quā eis inſpirabit,ſuper eos incumbet:⁊ſic
eos viuificabit ꝑ gratiam:⁊ matri eoꝝ.i.eccleſie
Ozee.6.a viuos reddet.Vñ dr̄.Viuificabit nos poſt duos
Aliter. dies:tertia die ſuſcitabit nos.¶Vel dic ꝙ mulier
eſt humana natura cuius filius,ſcꝫ adā cū poſte-
ritate ſua mortuus fuit:ſed helias deus filium
iſtū.ſ.hoiem,ꝑ icarnationē aſſumpſit:⁊ eū i cena
culo ſuo.i.hieruſalē ſup lectum crucis expandit
⁊ tribus vicibꝰ.i.tribus diebus ſuper eum in ſe-
pulchro incubuit:⁊ſic eum a culpa,que eum per-
Moralitas emerat,ſuſcitauit. Allega vt ſupra. ¶Vel dic
moraliter,ꝙ mater iſta eſt conſcientia:que filium
ſuū.i.cor vel animā videns mortuum ꝑ pctm̄:dꝫ
ad heliā.i.ad deū cōcurrere:q̇ ſcꝫ ſolet mortuos
tales in cenaculū portare.i.ſurſum ad bona eter
na porrigere:⁊ eos ſuper lecto ſuo.i.ſup requiē
A felicitatis eterne ꝑ deſideriū collocare:⁊ ſic ſem-
per ſolet gratiarū largitionē ſup tales expande-
re:⁊ tribus vicibus:ſcꝫ per ſpē ſidē ⁊ charitatem
ſe eis applicare:⁊ ſic ſolet eos a morte pcti ſuſci-
tare:⁊ viuos ⁊ ſctōs ꝯſciētie mādare:ita ꝙ tunc
Are.17.d poterit dicere illud ſupra.Filius meus viuit.

## ¶Capitu.xiiij. Textus.

Poſt dies multos factuꝫ eſt verbū dn̄i
ad heliam Moralitatū Cap. xv.

Volens helias
poſt ſiccitatem triennaleꝫ ⁊
ſemeſtrē pluuiā dare terre:
ꝓphetas lucoꝝ ⁊ idoloꝝ
vocauit:⁊ ſic cū ipſis coram
populo pactū fecit:ꝙ ſi tur
ba ꝓphetarū bouē occide-
ret:⁊ ſup ligna i altari pone
ret:⁊ ꝙ helias de alio boue
ſimiliter faceret:ita ꝙ ille de dn̄o ⁊ de baal dicere
tur,deꝰ,q̇ de celo ignē ad vocē ſuoꝝ ꝓphetaꝝ mit
teret,q̇ ſacrificiū deuoraret,Igit̄ prophete baal
ignē de celo impetrare nequiuiſſ,q̇nimmo ſe inci
dētes ⁊ ſanguinē ꝑfundētes,⁊deū ſuū inuocātes
inuanū laborauerūt.Helias ṽo oratiōe ſua ignē
de celo ꝓtulit:q̇ oblatū deo ſacrificiū deuorauit.
Moral ías ¶Helias ꝓpheta dn̄i ſignificat catholicos ⁊ vi-
ros ꝑfectos ⁊ bonos:ꝓphete ṽo baal ſignificāt
B hereticos ⁊ hypocritas hoies ⁊ malignos qui ſcꝫ
baal q̇ interpretat̄ deuoratio,ideſt ꝓprij ventris
q̇ guloſe deuorat prophete ſunt:⁊ eū tanq̄ deum
Phil.3.d reuerent̄ ⁊ colūt.Apoſtolus. Quoꝝ deus vēter
eſt.⁊c.Igit̄ ſi volumus ſcire q̇ iſtoꝝ ſunt boni
⁊ iuſti:videamus q̇ ſunt illi q̇ de celo faciūt ignē
deſcendere.i.q̇ ſpiritum ⁊ diuinā gratiā poſſunt
a deo pro ſe ꝓ alijs ſuis orationibus impetrare:
qꝛ pro certo illi qui de celo nihil impetrant:dato
ꝙ lanceolis.i.penitentijs ſe exterius incidant:⁊
dato ꝙ multis orationibus clament:⁊ ꝙ bouem
i.carnem ꝓpriam ꝑ auſteritatem immolent atq̄
macerent:ſicut ad lr̄am faciunt heretici ⁊ hypo-
crite:nō ſunt tñ boni ꝓphete:nec boni nec iuſti:ſꝫ
reuera helias.i.ſancti viri ⁊ nō ficti:q̇ ſunt fide-
les catholici:ignē ſpūſancti ⁊ charitatis de ce-
Ioā.9.f lo trahunt:⁊ ſic veri dei cultores ſe oſtendūt.Iō
Aliter dicitur.Scimus ꝙ deus pctōres non exaudit:ſꝫ

ſi quis dei cultor eſt,hunc audit.¶Vel ſi vis per
ignē intellige ſerenitatē tempoꝝ ad quē peten
dū ⁊ impetrandū ꝓceſſiones fiūt vt ſupra.¶Vo- Codē.c.f.
lens helias idem de celo a dn̄o obtinere:altare
de duodecim lapidibus fecit:⁊ bouem vnum per
fruſta concidens ſtrue lignoꝝ ſuppoſita,ſuper
altare mēbra cōpoſuit:⁊ in circūitu altaris duas
arunculas.i.aqueductū ꝑ duo loca(ſecundum
comeſtorem)etiā ordinauit:⁊ tunc quatuor hy-
drias aque nō ſolū ſemel,immo ſecundo ⁊ tertio
ſupra ligna ⁊ ſacrificium fundi iuſſit:ita ꝙ aque
ductum impleuit.¶Tunc ipſo orante ignis de C
celo cecidit:qui holocauſtum lignaq̄ et lapides
deuorauit:puluere mq̄ ⁊ aquam lambuit.Mox
vero prophetas baal,qui ignem de celo ipetrare
nequiuerant apprehendit:et eos ad torrentem
ciſon viriliter interfecit.¶Sic vero dico morali- Morali-
ter loquendo quando helias.i.animus vult bo- tas.
uem ſuum.i.ſuam carnalē vitam deo immolare:
⁊ ignem diuini amoris ⁊ ſuperne beniuolentie de
ſurſum a patre luminum impetrare:plura ſunt
ſibi neceſſaria:quia ꝓ certo ipſe debet de duode-
cim lapidibꝰ.i.de duodecim articulis fidei alta-
re ſue conſcientie conſtruere:⁊ duplicem aque-
ductum.i.duplicem lachrymoſam compunctio-
nem vnā ſcꝫ que nāt amore:⁊ aliā q̇ nā: timore,dꝫ
fabricare.Pſal.aſcenſiones in corde ſuo diſpo- Pſ.83.b
ſuit in valle lachrymarum.Debet ligna.i.ſancto-
rum patrum exempla apponere:⁊ bouem ſue car
nalis vite debet ſcꝫ confitendo per mēbra diuide
re ⁊ per iugem memoriā in altari cordis ⁊ cōſciē-
tie ſe ordinare.Unde Leui.Detracta pelle hoſtie Leui.x.b.
artus in fruſta concident:et ſubijcient in altari
ignem ſtrue lignorum ante compoſita:⁊ membra
que ceſa ſunt deſuper ordinantes.Tunc vero de
bet homo quatuor hydrias aque,ideſt quatuor
lachrymarum genera:ſcꝫ ꝓ malis commiſſis,⁊ ꝓ
bonis omiſſis,⁊ pro incolatu miſerie,⁊ pro dila-
tione glorie ſuperfundere:que ſcꝫ tribꝰ vicibus
hoc eſt dictu:ꝓ peccato cordis,pro peccato oris,
pro peccato operis debet ſacrificiū ſpūs cōtribu D
lati abluere:ita ꝙ cōductū cōſciētie etiā dꝫ humi
liter implere.Vñ dicitur.Implete hydrias aqua.
Quia ꝓ certo ſi iſta fecerit,ignis diuine charita Ioh.2.a.
tis ⁊ beneplaciti et grē de celo.i.de ſurſum a deo
deſcēdet:q̇ ſacrificiū ⁊ bouē carnalis vite conſu-
met:⁊ ligna bonoꝝ exemploꝝ,aquā lachryma-
rū,⁊ lapides fidei articuloꝝ,necnon puluerem,
ideſt ꝯſiderationē mortis ⁊ futuroꝝ que in hoc
ſacrificio adhibita ſunt cū beniuolentia recipiet
⁊ aſſumet.Placebit deo ſacrificium iuda.Etiam mala.3.a
ignis interioris charitatis cum de celo inſpira-
tur ⁊ mittitur,a quo omnes partes cordiales
ſacrificij conflagantur.Treñ.De celo miſit ignē Treñ.1.c.
in oſſibus meis.Et tunc etiam omnes prophete
baal/ideſt male cogitationes,preſumptiones ⁊
imaginationes ⁊ opiniones,de corde ſicut de ter
ra iſrael extirpantur.¶Cum helias aſcendiſſet Codē.ca.g
ad verticem carmeli:⁊ pronus in terram faciem
ſuam inter genua poſuiſſet:miſit puerum ſuum,
vt ſepties reſpiceret contra mare:ſeptima vice
vidit nubeculam paruam quaſi veſtigium ho-
minis aſcendentem de mari:et tunc celi obtene-
brati ſunt: et nubes et venti ſurrexerunt: et
facta eſt pluuia grandis valde.¶Nubes iſta cu- Moralitas
ius aſcenſus pluuiam miſit in mundum, chri-
ſtuꝫ ſignificat:qui ſcilicet fuit nubecula per puri
tatem,parua per humilitatem:quaſi veſtigium
hominis per aſſumptam humanitatem: aſcen-
dens de mari huius mūdi per ingreſſum ad eter
nam felicitatem :quia reuera ſeptem reſpectus
amare vite in eo fuerunt,q̇ aſcenſum huius com E
pleuerunt. Primus fuit natiuitas.Secūdus cir
cunciſio.Tertius baptiſmus. Quartus paſſio,

Quintus ad inferos deſcenſio. Sextus reſurre-
ctio. Septimus aſcenſio: quē; ſcilicet ſecut⁹ eſt
octauus. ſ. nubes et ventus. ſ. ſpiritusſancti fla
tus et inſpiratio: ꝛ pluuiarum. i. donoꝝ ꝛ chariſ
matū in pentecoſte larga donatio. Poſt aſcen-
ſum eī, hui⁹ nubis, pluuia gratiaru; multipli-
cium fuit ſecuta: per quā terra humani generis
Pſ. 146. b. fuit irrigata, ꝛ bonis fecundata. Pſ. Operit ce-
Aliter lum nubib⁹: ꝛ parat terre pluuiā. ¶ Vel dicſi vis
de aſſumptiōe vel aſcenſiōe glorioſe, vginis pu-
re, parue, humilis ꝛ dulcoroſe: q̄ ſcȝ poſt ſeptena
riā donorū et virtutū, celos aſcēdit: ꝛ nobis plu
uiarū. i. gratiarū ſpiritualiū copiā procurauit.
¶ Vel dic q̄ quādo per mādatū vel documentū
helie. i. boni predicatoris ꝛ p̄lati: puer. i. pecca-
Aliter tor q̄ eſt infirmus ꝛ ignar⁹: more pueri ad mare
i. ad cor ſuū amarū ꝛ cōpūctū reſpiciat: ꝛ ſepties
i. per ꝯſiderationē ſeptē pctōꝝ mortaliū faciē ibi
vertit: nubecula pure affectiōis ꝛ cogitatiōis in-
de ſurgit: ꝛ pluuiā lachrymarū generat: ꝛ fecū-
ditatē virtutū ꝑducit. Vñ dr. Pluuijs germinat
herba. ¶ Helias prophetas baal eſſe falſiſſimos
ꝛ mēdaces ꝓbauit: ꝛ poſtea ipos iterfecit. ¶ Sic
F p̄latus vel iudex primo dȝ malos ꝯuincere: ꝛ de-
mū ad eorū interfectionē ſeu punitionē debet ꝑ
3. re. 13. a. cedere. Quod vtiq̄ de falſis ꝓphetis. i. falſis he
eod. ca. g. reticis dȝ fieri: quos iudex debet poti⁹ q̄ alios
Moralitas. pctōres extirpare. Vñ. Maleficos nō patieris vi
uere ſuper terram.

## ¶ Capl'm xix. Textus.

exo. 22. c. Nunciauit autē achab iezabel oīa que
fecerat Helias. Mora. Ca. xvi.

Cum Helias vir
cōſtās ꝛ fortis eēt ita q̄ achab
impiū regem redarguere non
timuiſſet: et precib⁹ ſuis mor-
tuū ſuſcitaſſet: et de celo ignē
Mala. 4. b. et pluuiā impetraſſet: prophe-
tas baal occidiſſet: et ad puniē
dum iudicē a deo fuiſſet p̄ordinatus: ſicut patet
Mal. A facie tamē vnius mulieris vide iezabel
regine timuit: propter quod (relicto puero ſuo)
in deſertum fugit: vbi tedio affectus anime ſue
petijt q̄ moreretur: et mortem quam ſibi a ieza-
bele inferri timuerat a domino poſtulauit: obſe-
B cro inquit domine aufer animam meā: et in vm
bra iuniperi ſe ſubijciens obdormiuit. Angelus
vero domini eum dormientem inueniens a ſom-
no excitat: et ad comedendū panem ſubcineri-
cium: et ad bibendum aquā inuitat. Qui poſtq̄
comediſſet et bibiſſet, rurſum obdormiuit: ꝛ an-
gelus iterum ipſum tangit: ꝛ ad amplius come-
dendum ipſum inuitat fortius et inducit. Sur-
Moralitas. ge inquit comede: grandis enim tibi reſtat via.
Hic igitur ſurgens iterato comedit et bibit: et
quadraginta diebus et noctibus vſq̄ in montē
dei oreb in ipſius cibi fortitudine ambulauit.
Exponendo moraliter, Helyas ſignificat virum
ſanctum: Achab rex impius diabolū ſignificat:
iezabel que fuit eius vxor, ſanguinem, carnem
ſeu luxurie ſignificat fluxum: deſertum vero, pe
nitentie vel religionis ſenſum ſignificat ſtatum.
Iuniperus arbor pungitiuarum difficultatum
ſignificat ſtimulū: vmbra vero que delectabilis
eſt, honores et excellentias denotat: angelus
autem peccatorem, vel diuinam inſpirationem,
vel ſacram ſcripturam: vel timorem, vel circun-
ſpectionem ſignificat: panis vero ſubcinericius
mortis ſignificat cōſiderationem: aqua lachry-
marum compunctionem: mōs oreb paradiſi cō-
ſolationē. Interpretatur enim oreb menſa. Igi
tur iſta eſt veritas, q̄ dato quod helyas id ē ho-
mo iuſtus et virtutibus perfectus, multis pol-
leat virtutibus: ita quod habeat conſtantiā ad
achab id eſt ad ipſos principes redarguendum:
prudentiam ad falſos prophetas et hereticos
confutandum, et ad ſuperandum: ſanctitatē ad
ignem diuini amoris, et pluuiā beneficioꝝ celi-
tus impetrandum: eloquentiam ad peccatores D
mortuos de morte culpe reſuſcitandum, nihilo-
minus tamen reſtat q̄ debet ſummopere formi-
dare: hoc eſt debet fugere et vitare perſecutionē
iezabel ſcilicet meretricē id eſt carnē propriam
vel luxurie molliciem et charitatem, et ſangui-
nis corruptelā. Iſta eſt enim que ſanctos viros
perſequitur: et cum omnia vicerint, ab hac tan-
q̄ a regina potentiſſima ſuperantur. Unde Apo.
Permittis mulierem Iezabel ſeducere ſeruos
meos, et docere fornicari et manducare. Et ideo Apoc. 2. f.
cum contra iſtam vnicum ſit remedium, ſcilicet
lugere et occaſiones vitare: ergo iſte Helias id ē
eſt homo iuſt⁹: relicto puero id eſt quacūq̄ pue-
rili imbecillitate, et ignorantie: deſertum peni-
tentie vel ſtatum religionis quandoq̄ ingredi-
tur: vt ibi ſub iunipero id eſt ſub punctionibus
diuini timoris, et diſcipline regulis degens: a Ie Iob. 30. a.
zabel id eſt a luxuria vel carnis periculis exua-
tur: ſicut ad literam fecerunt heremite: de quib⁹
dicitur, quod egeſtate et fame ſteriles redibant
in ſolitudine: et manducabant herbas et arborū
cortices, id eſt radix iuniperorum erat cibus il-
lorum. Sed quid? Pro certo ſepe fit q̄ poſtq̄ ho-
mo ad deſertum religionis confugit: et difficul-
tates, et diſciplinas, obſeruantias, obedientiā,
et alia graua reperit, et etiam tentationes et ſti-
mulos carnis ſentit: quandoq̄ tedio affectus et
quaſi de ingreſſu penitens, mortem ſibi expoſtu A
lat et requirit, dicens cum filijs Iſrael carnalib⁹ exo. 16. a.
illud Exodi. Utinā mortui eſſem⁹ in egypto: vbi
ſedebam⁹ ſup ollas carniū ꝛc. Et ideo talis ſic
affectus, vmbram iuniperi id eſt ſtatum eminen-
tie ꝓſperitatiſq̄ refrigeriū, p̄latiōis officiū in re
ligiōis deſerto aliquotiens ſibi querit. Quod cū
obtinere poteſt in delitijs ꝛ ſolatijs dormire in-
cipit: et ſic deſertū penitētie qḋ elegerat, in deli-
tias ſibi vertit. Vñ Eſa. Ponit deſertū quaſi deli Eſa. 59. a.
tias, et ſolitudinē quaſi hortū dñi. Sed reuera
tali ſic dormiēti, angel⁹ dñi. ſ. bona inſpiratio vl'
cōſideratio, vel bona ſacre ſcripture lectio: vel
bona predicatoris vel p̄lati, vel alicuius alteri⁹ Act. 12. b.
viri iuſti monitio: ſtatim debet adeſſe q̄ ipſum dȝ
excitare, ꝛ a ſomno corpis diſcutere ꝛ vrgere.
Unde dicitur, q̄ angelus percuſſo latere Petri, Apo. 2. b.
excitauit eū dicens: ſurge velociter. Qui ſibi dȝ
dicere q̄ ſurgat et q̄ panem ſubcinericium id ē
ſue mortis memoriā pre oculis habeat: ꝛ aquā
lachrymarum bibat: ꝛ q̄ cauſam quare intrauit
deſertū penitentie attendat: ꝛ q̄ ad obſeruātiā
diſcipline quā ꝓtermiſit, redeat et accedat: dicēs
illud Apoc. Memor eſto vñ exceris: et prima
opa fac. Igitur ſepe fit q̄ homo ſic excitat⁹ ꝛ mo
nit⁹, a ſomno torporis ſurgit: dicēs illud Roma.
Hora eſt iā nos de ſomno ſurgere. Et ad ſubci-
nericiū panem et aquā. i. ad mortem cogitandū
ꝛ ad pctā ſua plangenda ſe humiliter vertit. Ro. 13. c.
Pſal. Cinerē tāq̄ panē māducabā: ꝛ potū meū
cū fletu miſcebā. Sȝ ꝓ certo fit, q̄ ex fragilitate Pſ. 101. b.
propria homo iterū obdormit: ꝛ iterum ad vm- B
brā. i. ad mūdane proſperitatis dulcedinē, q̄ ſi-
cut vmbra fluit, ſe cōuertit: et ideo angel⁹ ſuus
id eſt ꝯſideratio mētis, ipſū debet excitare: ꝛ q̄
longa ſit ſibi via, ſcilicet eūdi de hoc mundo ad
patrē, ſibi debet oſtendere, ꝛ eū ad dietā priſtinā
inuitare. Surge inq̄t comede: grādis eñ tibi re-
ſtat via: q̄ ſ. tūc ex toto ſuo conatu ſurgere tenet̄

et panē et aquā ſibi oblatos ſcꝫ mortis memoriā
et lachrymoſam cõpunctionē comedere: vt ſic ꝑ
quadraginta dies.i. per laborē vite p̄ſentis/ que
in numero deſignat̄/ poſſit ad montē dei oreb.i.
Eſa.1.a ad menſam paradiſi fortiter ambulare. Vñ Eſa.
Aliter. Uenite aſcēdamus ⁊c. ¶ Uel ſi vis ꝑ angelū intel
lige prelatū vel preſidē vel etiā quēlibet virum
iuſtū, et dic per oīa ſicut ſupra: q2 iſte debet ſub-
ditū deſidē excitare, ⁊ ad penitentiā ⁊ diligentiā
Aliter. inuitare. ¶ Uel dic ꝙ helias eſt bonus prelatus
religioſus: q̄ Jezabel.i. carnis pericula fugiens,
ad deſertū religionis venit: vbi ꝓ certo quatuor
inuenit: quibꝰ mediātibꝰ ad montē dei oreb.i. ad
paradiſum ꝑtingit. Iſta igit̄ quatuor ſunt vm-
bra iuniperi cuius cineres ſeruāt ignē inextingui
bilem per annū ſm Joſephū hoc eſt crucis pun-
gitiua memoria et compaſſio: per quā in corde
C noſtro ſeruat̄ ignis.i. diuinus amor et dilectio.
Cant.1.a Unde in Cant. Sub vmbra illiꝰ quē deſiderabā
ſedi. Itē panis ſubcinericius eſt mortis ⁊ incar-
Job.24.a nationis noſtre memoria et recordatio. Vñ Job.
Ago penitentiā in fauilla ⁊ cinere. Itē vas aque
Pſal.79.a eſt lachrymarū fletus ⁊ inūdatio. Pſal. Potū da-
bis nobis in lachrymis in menſura. Itē angelus
incitans.i. boni prelati correctio/ vel bonorū ſo-
ciorū monitio et exhortatio/ vel ſacre ſcripture
inſtructio, ⁊ deuotiōis ⁊ contēplationis medita-
Tob.5.a tio. Unde Tob. Angelus eius comitet̄ vobiſcū.
Iſta enī ſunt quatuor que cōcomitant̄ heliam in
deſerto.i. religioſum in clauſtro: ꝑ que ſcꝫ citius
ꝑtingit ad montē paradiſi in celi ſupercilio, vel
etiā ad montē cōtemplationis in perfectionis fa
Pſal.23.a ſtigio. Pſal. Quis aſcēdet in montē dñi ⁊c. ¶ Uel
Aliter. dic ꝙ helias in deſerto nō legitur dormiuiſſe niſi
ſub iunipero pungitiua, nec bibiſſe niſi de aqua,
nec comediſſe niſi de ſubcinericio pane: nec locu-
tus fuiſſe niſi cū angelo. In quibꝰ ſcꝫ inſtruit̄ re-
ligioſus ꝙ nō debet delicias querere: nō ſocieta-
tes ſeculariū vel vaniloquia frequentare: quin-
imo panē ſubcinericiū, id eſt mortis memoriā et
humiliationē, ſuiipſius cōſiderationē: aquā la-
chrymarū ⁊ cōpunctionē debet comedere: ⁊ cum
angelo.i. cū deo ⁊ angelis per orationē, vel cum
mēte ſua per meditationē debet colloquia ſua fa
cere, et alꝰs ſilentiū obſeruare. Et ſi ipſum ꝑ ali-
quas cōſolationes et delectationes aliqualiter
D dormire cōtingat: hoc ſemꝑ debet eſſe ſub iunipe
ro.i. ſub punctione diuini timoris per penarum
infernaliū cogitationem: vel ſub iunipero.i. ſub
memoria crucis et paſſionis per cōpaſſionē ⁊ de-
uotionē: q2 pro certo religioſus in clauſtro de-
bet in abſtinētia viuere: ſilētiū ſeruare: ⁊ ſi quid
conſolationis habuerit/ ſemꝑ debet illud ſub iu-
nipero.i. in timore dñi et in cōpunctione contri-
tionis/ ⁊ in cōſideratione infernaliū tormentorū
Ezechi.12.c exercere. Unde Ezechi. Fili hominis in cōturba-
Aliter. tione comede. ¶ Uel dic ꝙ helias ſignificat pecca
torem: qui in vmbra mūdane proſperitatis dor-
miens: qñ ab angelo.i. a p̄dicatore angelico ex-
citatur: faciliter redormire, ⁊ in torporē et negli
gentiā recidere cōprobatur: quapropter ille an-
gelus.i. predicator vel prelatus ipſum iterū te-
netur tāgere: ⁊ ad ſurgendū de peccato, ⁊ de tor
pore negligētie ipſum cōcutere/ et panē et aquā,
id eſt deliciarū abſtinentiā ſibi iniungere: ⁊ lon-
gam viā ⁊ difficilē quā poſt mortē facturus eſt:
ſibi intimare: vt in cibi illius fortitudine vſq3 ad
montē dei oreb: id eſt ad paradiſum venire poſ-
ſit: qui ꝓpterea mons dei oreb, id eſt mēſa interpre
tatur: pro eo ꝙ ibi eterne refectionis mēſa bonis
Pſal.22.a ⁊ laborioſis hominibꝰ preparat̄. Pſal. Paraſti in
cōſpectu meo menſam/ aduerſus eos qui tribu-
Aliter. lant me. ¶ Uel dic ꝙ panis iſte ſubcinericiꝰ ſigni-
ficat ſacramētum altaris: vbi panis qui de celo
deſcendit/ ſub cineribus accidētiū continet̄: qui E
ſcilicet peccatori a ſomno peccati per penitētiā
ſurgenti ab angelo.i. a ſacerdote porrigit̄: vt in
fortitudine eiꝰ in quadragenario huius vite la-
borioſe ambulet et ad montem dñi ſcilicet para
diſum attingere ⁊ progredi mereatur. Pſal. Pa- Pſal.103.c
nis cor hominis confirmet. ¶ Cum helias eſſet in Eodē ca.d
monte dñi oreb/ et ſiciret in ſpelūca: dictū eſt ſibi
ꝙ exiret: et coram dño foris ſtaret. Quid inquit
agis helia? Egredere et ſta coram dño in mon-
te. Ipſo igitur ad oſtium ſpelunce egrediente et
ſtante, et ecce ſpiritus fortis ⁊ grandis cōterens
petras/ et ſubuertēs montes: tranſiuit ante do-
minum coram eo: ſed non in ſpiritu dñs. Poſt ſpi
ritū vero cōmotio: et nō in cōmotione dominus.
Poſt cōmotionē ignis: ſed non in igne dominus.
Poſt ignē vero tranſit aura lenis, ⁊ tunc in aura
fuit dominus: propter quod helias faciem ſuam
pallio cooperuit: ⁊ ſic domini locutionē audiuit. Moralitas.
¶ Iſta poſſunt exponi diuerſimode. Helias enim
in ſpelunca ſignificat peccatorem latentē in ſpe-
lunca carnalitatis/ vel in cauerna mūdani amo-
ris: qui vere eſt ſpelunca latronum. Deus enim
inſpiratiue loquitur quandoq3 peccatori: et ad
exeundum de ſtatu peccati ipſum arguens/ exci-
tat et hortatur. Quid inquit hic agis helia, id eſt
quid facis in ſtatu peccati: necnon in cauerna, id
eſt in affectione bonorū ſeculi? Egredere et ſta
foris in monte coram domino, id eſt egredere pe
nitendo: et ſta in monte paradiſi celeſtia affectā- F
do. Iſte igitur qui ad oſtium ſpelūce egreditur,
quādoq3 ad cogitandum de propria ſalute ali-
qualiter inclinatur: ſed reuera ſtatim ꝓpter hoc
ſibi non adeſt dominus: nec ſtatim redit ad ſta-
tum gratie: quinimo tria ſunt que precedunt in
corde hominis aduentum eius, id eſt gratie dei.
Primo enim oportet ꝙ veniat ſpiritus cōterens
petras: iſte eſt timor dei qui petrā, id eſt obſtina
tionem et duriciā cordis frangit. Et tandē venit
cōmotio: et hoc eſt quādo de penitēdo ⁊ ſe de ma
lo ſtatu amouēdo cogitat et diſponit. Poſt vero
venit ignis: et hoc eſt quādo incipit fieri in cor-
de aliqualis ad dei amorē calefactio, ⁊ de pecca-
tis cōtritio: ſed pro certo nec in ſpiritu timoris,
nec in cōmēdatione cogitationis, nec in igne im-
perfecte dilectionis adhuc eſt deus. Sed reuera
finaliter venit ſibilus aure tenuis, id eſt mentis
dulcedo et deuotio: et ipſius dei per inſpiratio-
nem allocutio: et ad confeſſionē ipſorū vitiorum
ſibilatio et reuelatio: ⁊ tunc ibi eſt dñs: quia pro
certo tunc eſſe deus cum penitēte percipit̄: quā-
do peccator propria ſua peccata confitet̄. Unde
in libro Regum. Tranſibit per eum et ſibilabit ⁊ 3.Reg.9.b
dicet. Quod autem dñs prope ſit cum hoīe quā-
do erga eum ſibilus confeſſionis auditur: patet
per Eſa. vbi dicit̄. Clamabit et dicet: ecce aſſum. Eſa.58.c
Et tunc debet homo cum pallio humilitatis fa-
ciem ſuam abſcondere: ⁊ quaſi indignum gratia
ſibi facta et preſentia dñi ſe putare: dicens cum G
Petro illud Luce. Exi a me dñe: quia peccator Luce.5.b
homo ſum. ¶ Uel dic ſm Gregorium/ ꝙ ſpelunca Aliter.
eſt noſtre mortalitatis corruptio a qua pro cer-
to homo obuiā dño ad oſtiū egreditur/ quādo
corporeas vires tranſcendēs ad cōtemplationē
ſpiritualiū eleuat̄. Ille igit̄ tunc percipit ꝙ tria
ſunt in quibus nō inuenit̄ dñs, ſcꝫ ſpiritus cōte-
rens petras/ ⁊ ſubuertens montes.i. ſuperbia q̄
ſcilicet duros ⁊ obſtinatos cōterit, id eſt altos ⁊
eleuatos ſtatus ſubuertit. Itē cōmotio/ hoc eſt
auaricia: que ſcꝫ hominē per ſollicitudinē cōmo
uet: ⁊ ipſum quieſcere nō permittit. Pſal. Turba Pſal.106.c
ti ſunt et cōmoti ſunt ſicut ebrius. Itē ignis iſte
eſt luxuria: que ſcilicet more ignis omnia cor-
da ꝙꝙ dura ⁊ ſtabilia, ſuccendit et mollit. Unde

Job.31.b Job.Ignis eſt vſq ad fundamēta deuorās.Sed
ꝓ certo quartū eſt vbi dn̄s reperit̄.ſ.ſpirit⁹ aure
tenuis.i.ſpūs agilitatis:aura puritatis et tenui=
tatis.i.humilitatis:in quo dn̄s loquit̄:⁊ a nobis
Aliter. ſpiritualiter inuenitur.¶Uel ſi vis iſta allega,
ꝙ deo nō placēt iſta tria genera iudicū ſeu ꝑla
toꝝ correctoꝝ maloꝝ/vel hoim iniquoꝝ:nec
apud eos dn̄s inueni̇t ſcȝ ſpiritus cōterens pe=
tras:iſti ſunt ſuperbi ⁊ crudeles furioſi:qui ſine
diſcretione oīa volunt conterere ⁊ ſubuertere,⁊
ſine moderamine punire:q: ꝓ certo apud illos
nō eſt dn̄s:quā ſic nunꝗ placet dn̄o deo crudeli=
b tatis exceſſus nec exinde ſequit̄ aliquis vtilita=
Amos.2.b tis fructus,nec emēdationis prouētus.Unde de
talib⁹ dr̄,ꝙ ipſi cōterūt ſuper puluerē terre capi
ta pauperū:⁊ viā humiliū declināt.Secūdi ſunt
cōmotio.Ipſi ſunt inſtabiles ⁊ ambitioſi:qui de
ſtatu ad ſtatū ſe volūt cōtinue mouere:et nūꝗ in
eodē ſtatu ⁊ gradu cōſiſtere vel manere: ſed nec
Hiere.14.b apud iſtos eſt dn̄s.Unde Hiere. Dilexit mouere
pedes ſuos:et dn̄o nō placuit. Tertij ſunt ignis:
et iſti ſunt auari ⁊ luxurioſi:q̇ ſcȝ igne cupidita=
Puer.30.c tis ⁊ carnalitatis ardēt:et ideo per exactiones
ſubditos incendūt et cremant. Unde in Prouer.
Ignis nūꝗ dicit ſufficit.Sed nec apud iſtos eſt
Amos.9.a dn̄s:quinimo de talibus dr̄ illud Amos. Auari=
cia in capite oim atꝗ nouiſſimū eoꝝ gladio in=
terficiā.Sed reuera quarti ſunt ſibilus aure te=
nuis.i.viri dulces conſolabiles ⁊ benigni deo,et
hominibus humiles.Et pro certo apud iſtos eſt
dn̄s:q:.ſ.tales dn̄s diligit:et apud iſtos hoſpita
tur ⁊ venit. Pſ. Diligēs māſuetos dn̄s humiliās
Pſal.146.a aūt peccatores vſꝗ ad terrā.¶Hic habemus,ꝙ
Eodē ca.b dn̄s locutus eſt helie in oſtio ſpelunce:et ſtatim
Gen.18.a ſicut ante apparuerat abrae in oſtio tabernacu=
Moralitas. li cōmoranti.¶In quo notari pōt,qn̄ quis de ca
uerna male cōſcientie ⁊ peccati egredit̄:ꝗ ſtatim
ad oſtiū id eſt ad bonā cogitationē peruenit:do
minus manū adiutricē porrigit et ſibi per inſpi=
rationē vt vlterius ꝓcedat,loquit̄:et ei per gra=
Apoca.3.d tiam ſe oſtēdit:dicens illud Apocalip. Ecce ego
ad oſtiū ſto et pulſo. Si quis aperuerit mihi in=
Eodē ca.c trabo ad eum ⁊c. ¶Hic dicit̄ ꝙ cum helias cre=
A dens ſe ſolū prophetā in iſrael,dixiſſet dn̄o:zelo
zelat⁹ ſum ꝓ dn̄o exercituū:altaria tua deſtru=
xerūt:ꝓphetas tuos occiderunt:⁊ pactū tuū de
reliquerūt filij iſrael ⁊ derelictus ſum ego ſol⁹:
audiuit a dn̄o/ꝙ ſeptem milia hoim erāt in iſrl̄/
qui genua coram baal non curuauerunt:nec eū
Moralitas. adorauerūt.¶Quod vtiꝗ ad hoc pōt applica=
ri/ꝙ multi boni ſunt hoies:et inter hoies tales
neſciunt̄ eſſe:quos ſcȝ dn̄s ꝓſeruat/ne cū impijs
Aliter. ad facinora ruāt.¶Poteſt etiam allegari/ꝙ ſe=
pe ſit ꝙ aliqs de ſe preſumit ꝙ ipſe ſit ſolus ꝓ=
pheta dn̄i.i.homo ſufficiens literat⁹ vel ꝑfect⁹:
nec aliquos alios ſimiles ſibi eſſe credit. Quan=
do ergo in talibus ꝯtutib⁹ ſimiles ⁊ perfectio=
res reperit:⁊ vidit numerū alioꝝ bonoꝝ prō=
ptorum ad virtutem/tunc talis faſtum preſum
ptiōis deponit.Unde de talibus poteſt dici/qui
ſcȝ ſe bonos credunt illud Job.Ergo vos eſtis
iob.12.a ſoli homines:et vobiſcū moriet̄ ſapientia.Et mi
hi eſt cor ſicut et vobis:⁊ ſm̄ ſcientiam veſtram
ego noui.Helias reperit heliſeum inter duode=
Eodē ca.d cim iuga boum arantem:qui miſit pallium ſuū
ſuper ipſum : qui ſtatim bobus relictis,poſt eū
cucurrit.Ueruntamē licentiam oſculādi patrē
⁊ matrem petijt,et impetrauit. Oſculer inquit
oro te patrem ⁊ matrem:et ſic ſequar te.Cui il=
le dixit.Uade et reuertere:qđ meū erat,feci tibi.
Iſte igit̄ ſtatim vnum par boum in quibus ara=
uerat,mactauit:⁊ cum aratro ſuo coxit:⁊ ad co
mendum populo dedit:⁊ ſecutus heliam,ſibi de=
Moralitas. cetero miniſtrauit. ¶Illud poteſt allegari ad

apl̄os Petrū et Andreā et Mathiā/⁊ alios ſimi=
les ſcilicet qui antiquitus inter duodecim iuga
boum ſcȝ inter patres veteris legis/qui a duode
cim patriarchis deſcēderāt/arauerūt:inquantū
terrena cū alijs dilexerūt.Sed reuera vbi ab he=
lia.i.a chriſto fuerūt vocati/et pallio fidei indu=
ti:ſtatim poſt eū ſolēt currere:⁊ patri et matri.i.
cunctis amicis carnalibus valde ſtuduerūt face
re.Boues ſuos et aratrū.i.totā ſuam temporalē
ſubſtantiā populo ſcȝ pauperū diſtribuerunt:et
poſt iſtum heliā chriſtum ſequi:ſcȝ imitādo ⁊ cre
dendo:et eidem obſequi et ſeruire ſtuduerūt:vt
patet in euāgelio/vbi dicit̄.Relictis retib⁹ et pa=
tre/ſecuti ſunt dominū. Quod etiā ad quoſcūꝗ Mat.4.d
poteſt referri homines religioſos:qui ſcilicet vo
cari a deo/et pallio regularis habit⁹ indui/ſum=
mam gloriā debent reputare : parētes carnales
dimittere/boues ꝓprie carnalitatis per peni=
tentiam mactare:aratrum,id eſt animū igne cha
ritatis comburere:et ſic ſequi dn̄m/et in religio=
ne perpetuo miniſtrare. Unde dicitur. Reliqui= Mat.19.d
mus omnia et ſecuti ſumus te ⁊c.

## ¶Capitulum xx. Textus.

Porro benadab rex ſyrie congregauit
oēm exercitū ſuū. Moralita. Ca. xvij.

Hic habet̄ ꝙ be= C
nadab rex ſyrie ꝑ pueros prin
cipum/non per principes fuit
ſuperat⁹:quinimo in illo ꝓlio
nullus principū eſt inuentus.
In ſequēti etiā anno cōſilium
benadab fecit,ſcȝ ꝙ reges ab
exercitu tolleret/⁊ ꝙ loco eoꝝ principes pone= Moralitas.
ret/⁊ bellatoꝝ numerū inſtauraret. ¶Iſta poſ=
ſunt allegari/ꝙ qn̄ magni viri/reges ⁊ principes
et dn̄i ad prelia nō ſunt apti:⁊ ꝙ magis qn̄ꝗ no=
cent ꝗ proficiunt / qn̄ in exercitu ſunt immixti.
Forte igit̄ vtile eſſet ꝙ nullus taliū ad exercitū
veniret:ſed per pueros principū.i.per inferiorē
militiā preliū fieret:q: ſcȝ vt cōmuniter inferio=
res ⁊ pauperes milites/ſunt maioribus et ditio=
ribus fortiores et ad precioꝝ opera promptio=
res.Tales eīm reges et magnates quia pre cete=
ris ſunt delicijs dediti:prebebit delicias regib⁹:
ideo pre ceteris ſunt inertes et facilius poſſunt Gen.41.c
vinci. Pſal.Ad alligādos reges eoꝝ in cōpedi= Pſ.149.b
bus ⁊c. Que etiā de prelio ſpirituali poſſunt in=
telligi:vbi plus proficiūt pauperes ꝗ diuites/et Eodē ca.e
magis infimi ꝗ ſummi/⁊ magis ſubditi ꝗ ꝓlati.
¶Syri victi in montibus a filijs iſrael dixerūt:
ꝙ dij montiū dij eoꝝ erant:⁊ q: ideo ꝓliauerāt:
quapropter in anno ſequēti pugnare ꝯtra filios
iſrael in valle decreuerūt:et ſic ipſos ſupare dijs
eoꝝ in valle nihil valētibus/ſperauerūt. ¶Sic Moralitas.
vero ſyri qui interpretant̄ ſublimes id eſt demo=
nes qui ſublimia plus debito queſierūt:ante oīa D
nitunt̄ pugnare ꝯtra filios iſrael.i.ꝯtra fideles:
in montib⁹.i.in negocijs ⁊ rebus ſpiritualib⁹ ſcȝ
mouēdo eos ad ſuperbiā/⁊ ad errorē in fidei ar=
ticulis/⁊ in alijs ſacramentalib⁹:vbi pro certo ſi
vinci eos cōtingat/ſtatim nitunt̄ in valle pugna=
re.i.de peccatis inferiorib⁹/que ſcȝ tangunt cor=
poralia ⁊ terrena:ſicut ex luxuria ⁊ auaricia tē=
tare:⁊ ſic ſperāt cōtra bonos facilius preualere.
Iſta eſt eīm cautela demonū/ꝙ ſi in vno ꝓlio ten=
tatione vincunt̄:ſtatim ad tentandū de alio ſe cō
uertant:⁊ ſuperare in alio conātur. ¶Uel dic ꝙ Aliter.
benadab in primo ꝓlio victus,nō ꝓpter hoc de=
ſtitit,ſed ad ſequētis anni ſpaciū ſperat vincere.
¶Allega ꝙ dato ꝙ aliquis princeps ſemel vel Aliter.
pluries victus fuerit,nō ꝓpter hoc debet ceſſa=

re:ſed totiens bellum inſtaurare/ꝙ finaliter va-
leat ſuperare:ſicut ad literam romani antiqui-
tus faciebant:quia dato ꝙ ab eodē pluries victi
eſſent/nō propter hoc frangebantur:ſed iterum
atqꝫ iterum prelia inſtaurantes finaliter trium-
phabant. Unde dauid ioab principi exercitus
2. Reg. 11. d ſui/audita morte Urie/ſcripſiſſe legitur. Non te
frangat iſta res:varius eſt enim euentus belli:⁊
nunc hunc/nunc illum conſumit gladius. ¶Hic
habemus ꝙ rex iſrael de clementia reprehendi-
Eodē ca. f tur. Nam cum benadab regem ſyrie cepiſſet in
bello,et dato ꝙ eſſet nequiſſimus/ipſum non ta-
men occidiſſet/ſed ſub certo federe dimiſit: re-
E prehēſus eſt a propheta parabolice ſub figura.
Captiuus inquit datus eſt mihi in cuſtodiā ſub
pacto:ꝙ ſi lapſus fugeret/anima mea pro anima
ei⁹ eſſet. Quo fugiēte aīa mea petit̄:vt loco capti
ui perditi ſeruituti et periculo exponat̄. Quod
cū rex iuſtū fore diceret:mox ꝓpheta dimiſſionē
benadab/quē deus ſibi puniendū tradiderat/in
caput eius retorſit:animā eius loco anime alte-
rius future pene obnoxiā ſibi dixit: qꝛ dimiſiſti
virū dignū morte de manu tua/erit anima tua ꝓ
aīa eius. ¶Iſta poſſunt applicari cōtra iudices
Moralitas. ⁊ ſuperiores:qui ſceleratis ⁊ impijs parcunt:et
recepto federe.i. prece vel munere: illos de ſuis
carcerib⁹ liberos et impunitos abire permittūt:
quia pro certo iſti animas ſuas loco illorū peri-
culo dānationis exponunt:inquātum ipſos qui
morte vel punitione digni ſunt/dimittūt et qui a
dño per occultā prouidentiā ad ipſorū manus
puniēdi veniūt:et tñ nō puniunt/ſed dimittūt et
Nume. 35. d impie parcūt. Unde dicit̄. Non accipietis preciū
Eſa. 5. c ab eo qui reus eſt ſanguinis. Et Eſa. Ue q̄ iuſti-
Aliter. ficatis impiū ꝓ muneribus. ¶Uel dic ꝙ ꝓpheta
reprehendens regē/parabolice loquit̄:ad deno-
tandū ꝙ reges ⁊ principes nō aperte:ſꝫ oblique
per circūlocutiones indirectas ſunt arguēdi:ne
forte ad deterius ꝓuocent̄/ſi aperte vel publice
F arguant̄. Sicut etiā nathan dauid legit̄ repre-
2. Reg. 12. e hendiſſe in parabola de oue pauperis. ¶Et ſi
Aliter. vis/vide ſupra. ¶Uel dic ꝙ illud qđ hic ſcribit̄:
cuſtodi virū iſtū:qm̄ ſi lapſus fuerit/erit aīa tua
pro aīa eius:pōt referri ad p̄latos:quib⁹.ſ. dati
ſunt ſubditi in cuſtodiā: qꝛ ꝓ certo ſi ꝓpter de-
fectum cuſtodie in dānationē labunt̄/aīe p̄latoꝝ
ꝓpter eos periculo exponunt̄: inquātum ſcꝫ de
aīabus ſubditorū reddere rationē tenent̄. Et er-
Pro. 27. e go bene dr̄ p̄lato illud Prouer. Diligēter agno-
ſce vultū pectoris tui:tuoſqꝫ greges conſidera.
Ezechi. 3. c Unde Ezechi. Ipſe impius in iniquitate ei⁹ quā
operatus eſt morietur:animā eius de manu tua
Aliter. requirā. ¶Uel illud ꝙ achab cōtra ſeipſum igno
rans ſententiā tulit:ſicut etiā dauid reſpondēs
nathan de oue pauperis ſubditi a diuite rapta,
2. Reg. 12. b dixerat. Uiuit dñs quia filius mortis eſt ⁊c. Po-
teſt allegari ꝙ illi qui male viuūt et bene iudicāt
et predicant/contra ſeipſos ſententias ordinant
atqꝫ dictant. Uel etiā quicūqꝫ mali eoipſo ꝙ ma-
le agunt/ſententiā damnationis ſue pertractāt.
Unde dicitur. Serue nequā ex ore tuo te iudi-
Luc. 19. d co. ¶Illud quod hic ponitur/ꝙ leo occidit ho-
minem/qui prophetā ex parte dñi ſe percuti pre-
cipientē vulnerare noluit/vel timuit:poteſt alle
gari ꝙ valde debemus prophetis,id eſt predica-
toribus vel prelatis in his que ex parte dñi.i. in
virtute obediētie nobis precipiunt obedire:al̄s
vero diabolus nos poterit deuorare. Quia dici-
1. Reg. 15. c tur. Melior eſt obedientia q̄ꝫ victima.

## ¶Capl'm xxi. Textus.

Poſt verba autē hec tp̄e illo vinea erat
naboth. Moralitatum Capi. xviij.

Naboth noluit vē- ᵇ
dere vineā ſuam achab regi ini-
quo:q̄ inde volebat facere hortū
olerū : quinimo eidē priſtino di-
xit. Abſit a me vt vendā heredi-
tatē patrū meorū. Quapropter
iezabel vxor achab/naboth ſubductis falſis te-
ſtibus lapidari fecit:⁊ ſic vineā eius achab cōti-
nuo occupauit. ¶Achab eſt diabolus. Iezabel Moralitas
vxor ſua eſt carnis cōcupiſcētia:naboth vero ſi-
gnificat virū iuſtū. Igit̄ ſepe fit/ꝙ dum achab.i.
diabol⁹ vineā.i. gratiā viri iuſti q̄ ſcꝫ ꝑ[?]tinet vi-
num eterne cōſolationis et glorie/nitit̄ emere:et
ab ipſo ꝑ pctm̄ tollere:et loco eius p̄ciū bonorū
tēporaliū ſibi dare:tū naboth.i. vir iuſt⁹ ad hoc
nō cōſentit:ſed hereditatē patrū ſuorū.ſ. gratiā
a deo iure hereditario dimiſſam/vēdere cōtradi-
cit. Quod vidēs iezabel mulier impudica.i. caro
falſos teſtes.i. mūdi fallaces delicias adhibens
lapidib⁹ tentationū ip̄m obruit:⁊ ſic ipſam vineā
ſibi tollit:⁊ ſic ꝑ luxuriā ip̄m caro interficit : quē
diabolus in tentādo de magis arduis ſuperare
nequiuit. Unde iſta eſt que dicit diabolo illud qđ
iſta Iezabel dixit Achab. Ego dabo tibi vineam
naboth. ¶Uel ſi vis dic exemplariter de malicia Aliter.
mulierū:que audaciores ſunt ad negocia impia, b
q̄ꝫ viri. Ideo dicit̄ Eccl'i. Breuis oīs malicia ſup Eccl'ia. 25. c
maliciā mulieris. ¶Uel allega exēplariter quō Aliter.
iudices officiales ad mādatū regū/reginarū vel
principū/non verent̄ falſa iudicia facere/⁊ inno-
centes occidere:vt ſic ipſis valeant complacere.
¶Uel etiā allega quō dñe et regine quādoqꝫ do- Aliter.
minis ſuis ignorantib⁹,ꝓcurāt fieri multa mala.

## ¶Capl'm xxij. Textus.

Trāſierūt igit̄ tres anni abſqꝫ bello in-
ter ſyriam et iſrael. Morali. Ca. xix.

Cum achab cōuo-
caſſet ꝓphetas ad ſciendū q̄d de-
beret accidere. Omnes vna voce
bona ſibi p̄dicarūt:⁊ ſibi ꝓſpera
ſuccedēda mēdaciter aſſerebāt:
quinimo vnus iſtorū falſorū ꝓ-
phetarū ſedechias noīe/cornua ferrea ſibi fecit:
⁊ ꝙ rex cum illis erat ventilaturus ſyriā ex par-
te dñi ſibi dixit. Igitur inter quadringētos pro-
phetas qui oēs vno ore regi proſpera dicebant,
vnicus erat verus.ſ. Micheas propheta dñi:quē
tamē rex iſrael non libenter audiebat:ſed eū po-
tius odiebat:quia non ſibi proſpera,ſed aduer-
ſa prophetabat. Odi (inquit) eum:quia non pro-
phetat mihi bonum/ſed malū omni tēpore. Iſte
igitur ſolus vera regi dixit:et cum in prelio mo-
riturū predixit:propter qđ ipſum ſedechias fal-
ſus propheta predict⁹ in faciē:percuſſit. Me ne Aliter.
(inquit) dimiſit ſpiritus dñi,et locutus eſt tibi?
Rex quoqꝫ ipſum quia cōtra voluntatē locutus
erat/in carcerē mitti iuſſit:et eū pane tribulatio-
nis ⁊ aqua anguſtie ſuſtētari p̄cepit. ¶Illud al- Moralitas
lega cōtra adulatores,qui ſunt in curijs princi-
pum et magnatū:quia reuera vt cōmuniter oēs
vno ore nitunt̄ ꝓſpera dicere:et mēdaciter bona
et placētia pretendere/veritatē ſupprimere:⁊ cū
cornibus/ferreis dominorū potentiā cōmenda-
re. Unde in perſona regum vel principū dicitur
ipſis adulatoribus. Loquimini nobis placētia: Eſa. 30. c
videte nobis errores: diuinate nobis ſomnia:
ceſſet a facie noſtra ſanctus iſrael. Et breuiter
illud eſt verum,ꝙ inter quadringentos cōſilia-
rios vel prophetas, vix eſt vnus qui ſit ꝓpheta
veritatis et qui veritatē dicere velit vel audeat:

vel qui vbi de correctione vel increpatione agi-
tur illud preſumat dicere quod ſibi dictat ratio:
quia reuera qñ aliquis talis eſſet ibi qui ſcilicet
ſit ſolitus veritatẽ dicere, non libenter a regib⁹
et magnatibus auditur: ſed potius cõtẽnitur et
oditur: et q̄d peius eſt aliquoties ab ſedechia,
id eſt ab adulatoribus quorum mendacia dete
git et fallacias, per falſas accuſationes pcutit:
Gal.4.c. et etiam ab ipſis magnatibus quibus verum di
cit, tribulationibus et carceribus mancipatur.
B Unde Apl's. Inimicus factus ſum vobis vera di
cens. Unde de duobus idolis legitur, in quib⁹
demones loquebantur: in quorum ſcilicet tẽplis
reponebantur plura: pro eo ſcꝫ q̄ ſi quis furare
tur ipſa, diabol⁹ protinus reuelabat. Legitur q̄
quidã iuuenis theſaurum a templo fuiſſet fura
tus, et hoc vnũ idolum reuelaſſet: propter quod
ille qui furtum fecerat, caput ipſi⁹ idoli cõfregiſ
ſet: accidit q̄ aliquis ali⁹ ibi poſtea aliquid per-
didit: ſed tñ de reuelatiõe furis nunq̄ reſpõſuꝫ
habere potuit: quinimmo poſt multas oblatio-
nes verba hmõi ſibi dixit. Tẽpora inquit mala
ſunt, et homines deteriorant̃: ſed et ſi quis loq̄-
tur verum, caput ei frangitur. Uñ Sene. in qua-
dam ep̄la dicit. Si monſtrabo tibi cui⁹ rei ino
pia laborent magnatũ faſtigia, eſt q̄ omnia poſ-
ſidentibus deſit vnum ſcꝫ qui verũ dicat: duꝫ ne
mo ex animi ſui ſentẽtia dicit aut ſuadet: ſꝫ adu-
lari vnum eſt omniũ amicorũ officium. ¶ Si vis
Aliter allega, q̄ bon⁹ hõ nec p̄ce nec timore debet a ve-
ritate deuiare: ſed illud quod dixerit ſibi dñs id
eſt ꝯſcientia vel rõ, dꝫ cõſulere et narrare: ſicut
fecit iſte micheas ꝓpheta: cui cũ oẽs ꝯſulerent,
q̄ bona regi cum alijs loquerer̃, reſpondit. Ui-
uit dominus, quia quecunq̄ mihi dixerit domi-
nus, hec loquar. ¶ Hic habes q̄ rex iſrael achab
nolens cognoſci in p̄lio: in quo ſcꝫ micheas pre-
Cod.c.c dixerat ipſum moriturũ: habitũ ſuũ mutauit: et
C ioſaphat rex iuda arma eius portabat: propter
quod factũ ſibi male ſucceſſit: q̄ cũ milites regꝭ
ſyrie ſolũ regem iſrael in prelio quererent, et de
alijs non curarẽt in ioſaphat qui indutus erat
armis regis iſrael, irruerunt fortiter et niſi cla-
maſſet, ip̄m ſub alieno habitu peremiſſent. Unus
vero militũ in incertũ ſagittã iaciens, achab in
curru percuſſit et occidit: ita q̄ mortu⁹ eſt veſpe
et canes linxerũt ſanguineꝫ ei⁹: ꝛ ſic verbũ ꝓphe
te veri q̄d audire noluerat verũ fuit: nec ordina-
tionem diuini iudicij ꝓpter mutationem habit⁹
Morali impediuit. ¶ Hic applica exemplariter, q̄ diui-
tas. na iudicia ꝓpter humanã induſtriã impediri nõ
poſſunt: q̄ a caſu et a fortuna qñq̄ ſagitta ia-
citur a qua ductus dei prouidẽtia ille q̄ ſe tueri
crediderat, trucidatur. Nec põt hõ ſe aliqua cir
Eccli.46. cunſpectione defendere, quẽ dñs decreuerit im-
D pugnare. Uñ Eccli. Pugnare cõtra dñm non eſt
Aliter. facile. ¶ Uel allega q̄ quãdo quis ad facta dicit̃
propter occultum dei iudiciũ, et ad infortuniuꝫ
ruit, non inde facile releuatur: nec propter dictũ
boni prophete id eſt per quodcunq̄ bonuꝫ cõ-
eccli.7.b. ſiliũ: q̄n vadat q̄ ipſum ducit impet⁹ ſpirit⁹, ꝛ nõ
Aliter reuocatur. Uñ Eccli. Uidi q̄ nemo põt corrigere
quẽ de⁹ deſpexerit ¶ Uel dic q̄ q̄ arma et habitũ
Aliter achab id ẽ cõuerſationẽ malorum portat: ſemp
eſt in periculo dãnationis et mortis, niſi per cõ-
Cod.c.f. feſſionem clamet. ¶ Uel allega q̄ periculum ma-
D gnũ eſt qñq̄ alienũ habitũ portare et aſſumere,
vel alienũ ſe fingere: q̄ ſub aliena ſpecie põt ali-
quotiẽs q̄s perire a ſeruis regis ſyrie. ¶ Hic di-
cit̃ q̄ rex iſrael mutauit habitũ, et ingreſſus eſt
bellũ: in quoquidem bello a ſeruis regis ſyrie in
curru ſuo ligneo ſagitta percuſſus, occũbẽte ſo
le interijt: quẽ ſerui ſui in domo ſua portauerũt
canes vero venientes ſanguinem ipſi⁹ linxerũt.

¶ Sic vero rex iſrael xp̄s aſſumpto habitu alie-
no. ſ. humanitate per incarnationem, ingreſſus Tropolo-
fuit locum certaminis huius mundi. Apl's. In gia.
ſimilitudinem hominum factus et habitu inuen
tus vt hõ. Quem ſub habitu alieno latentẽ, ſer- Phil.2.a.
ui regis ſyrie id eſt iudei ſerui diaboli in incer-
tũ ſagittam iacientes. ſ. in ipſuꝫ dominũ glorie:
ignorantes q̄ in propria venit, et ſui eum nõ re- Joh.1.a.
ceperunt: ſupra currum crucis occiderunt: ꝛ ſic
ſole iuſtitie occumbente: cuius tamen ſanguinẽ
i. cuius paſſionis fidem: non ipſi, ſed canes. i. gen
tiles lambuerunt et receperunt. Uñ Job. Pulli job.39.d.
eius lambũt ſanguinem. Et ſupra. Lambuerunt 3.re.21.e.
canes ſanguineꝫ naboth. Et ideo de iſto incerto
iactu ſagitte id eſt de iſta ignorantia qua iudei
xp̄ꝫ ignorãtes occiderũt: dixit ipſemet dñs. Pr̄
dimitte eis, q̄ neſciũt q̄d faciũt. Et Apl's. Si eñ
cognouiſſent, nũq̄ dñm glorie crucifixiſſent.

¶ Moralitatum tertij libri Regum finis.

# Liber duodecimus. Luc.23.f. 1.Co.2.b.

## Moralitatum quarti libri Regum.

## ¶ Caplꝫ. j. Textus. Preuaricat⁹ ẽãt moab i iſrael. Mora. Ca. j.

REx Iſrael Ochozias de C
cãcellis dom⁹ ſue cecidit, et
egrotauit: et tunc nuncios
ad cõſulendum beelzebub
deum acharon vtrum ſcilꝫ
de illa ſua infirmitate poſ-
ſet ſurgere, miſit: ꝛ recur-
rens ad demones dei iſrael
oraculuꝫ pretermiſit: pro-
pter quod indignatus dominus ſibi per heliam
dixit: q̄ de lecto ſuo ſuper quem aſcenderat, nõ
ſurgeret: ſed ibidem mortem incurreret, et ſubi- Morali-
ret. ¶ Sic vere ſepe fit qñ homo de cancellis tẽ tas.
poralium dignitatum per infortunium cadit nõ
ad deuꝫ iſrael per deuotioneꝫ recurrit: nec ſe ad
deum p̄ pctõruꝫ ſuoꝝ cõſiderationem ꝯuertit: ſꝫ
potius deũ beelzebub .i. diabolum per diuinos
et ariolos requirit: propter quod dominus indi
gnatus, mortẽ vel aliud infortuniũ mai⁹ ſibi mit Cod ca.b.
tit. ¶ Hic deſcribitur helias teſbites fuiſſe vir
piloſus, zona pellicea accinctus renibus: de ipſo
etiam dicit̃, q̄ regem iſrael viriliter reprehẽdit:
et q̄ veritatem de ſuis infortunijs ſibi demanda
uit ꝛ dixit. Farinam ꝛ oleum multiplicauit: ꝛ vi-
due filium mortuum ſuſcitauit: ꝓphetas baal
occidit: duos p̄cipes de principibus eius igne F
celeſti a domino impetrato ſuccendit: ſicut in li-
bro precedenti dictũ eſt: pluuiam ſubtraxit, et
ſubtractam iterum ſuis precib⁹ ip̄etrauit: igneꝫ
de celo mitti per ſacrificium obtinuit: et achab
regem impium viriliter increpauit: et ſtare ſe co
ram domino in locis pluribus probauit. Uiuit
(inquit) dñs in cuius conſpectu ego ſto. Ad de-
ſertũ etiã timẽs iezabel fugit: vbi primo ſub iu-
nipero dormiens: ꝛ tãdem panem ꝛ aquã come
dens ad mõtem oreb trãſiuit, deum iſrael audi-
uit et vidit: ſicut hec omnia patent ſupra. Tan-
dẽ vero ſicut dicitur hic in celũ curru igneo ra-
ptus extitit: ꝛ palliũ ſuuꝫ diſcipulo ſuo heliſeo 3.re.17.a.
dimiſit: in quo miracula multa fecit. ¶ Helias q̄ 3.re.18.a.
interpretat̃ robuſtus, ſignificat virum perfectũ: 3.re.19.a.
et maxime eccleſiaſticum vel prelatum: qui ſci Morali-
licet ſibi vel alijs debet dominari robuſte: qui tas.
etiam debet dici teſbites, qui interpretat̃ ꝯuer-
tens et feſtinus ad intelligenduꝫ: eo q̄ alios de-
bet p̄dicando ꝯuertere, ꝛ ad itelligẽdũ ꝟitatem
dei vel mãdata ſuperiorũ debet feſtin⁹ ꝛ diligẽs

Proúer.14.d ſemper eſſe. Unde in Prouer. Acceptus eſt regi
miniſter intelligēs. Iſte igitur debet habere auda-
ciā ad malos principes redarguēdos: ⁊ ad veri-
tatē eis dicendā: ⁊ ad oſtēdendū iuſticiā ad ma-
los prophetas: ⁊ ad quinquagenarios.i.ad here
ticos ⁊ officiales impios puniēdos/⁊ igne ſeue-
ritatis cremādos: clemētiā ad farinā ⁊ oleū inde-
ſinenter pauperibus ⁊ viduis miniſtrandū: ad cō-
ſtantiā coram dño perſeuerāter ſtandū: prudē-
tiam ad pluuiā beneficiorū tēporaliū vel docu-
mentorū ſpiritualiū loco ⁊ tpe dandū vel retra-
hendum: ſcientiā ad mortuos peccatores p pdi-
cationem ſuſcitandū: penitētiā in deſerto vel ſub
iunipero aſperitatis ad dormiendū: abſtinentiā
ad panē et aquā guſtandū: pſeuerantiā vſqꝫ ad
montē dei oreb.i.vſqꝫ ad paradiſum ambulādū
cōtemplationē ⁊ ſapiētiā ad deū videndū ⁊ allo-
quendū. Que ſcꝫ oia ſi habuerit, in curru igneo
charitatis in celū ad deum finaliter rapiet: ⁊ pal
liū bone fame et ſanctitatis ſue hic in mūdo re-
manens ſuis deuotis et diſcipulis relinquetur.
Apoc.12.b Unde. Raptus eſt filius eius ad deū ⁊ ad thronū
eius. Sic igitur quilibet vir pfectus helias poteſt
dici/qui helie virtutes voluerit imitari: ⁊ potiſſi
me iſta poſſunt applicari ad ſanctū Nicolaū: qui
ad literā farinā ⁊ oleum ⁊ frumenta multiplica-
uit: mortuos ſuſcitauit: abſtinens fuit et ieiuna-
Aliter. uit ⁊c. ¶Uel iſta poſſunt dici de beato Iohanne
baptiſta: qui ſcꝫ regem herodē impiū redarguit:
in deſerto in abſtinētia et penitētia vixit: aquas
Mat.11.b iordanis baptizādo diuiſit ⁊c. Unde ſaluator di
Mala.4.b cit de eo. Ipſe eſt helias q̄ venturus eſt. Et ſicut
helias pdicando ſicut dr/ſic iuſti faciē dñi anteqꝫ
p gratiā ad peccatores veniāt pueneruūt: inquā-
tum ſcꝫ pdicādo/exēpla dando et corrigēdo ſibi
Luc.1.b viā pparāt et cōponūt. Unde dicitur. Ipſe preibit
Eodē ca.b ante ipm in ſpiritu ⁊ virtute helie. ¶Hic habes
D q duo quinquagenarij regis Ochozie/helie p-
phete irreuerēter ⁊ quaſi imperatiue locuti ſunt
dicētes. Homo dei rex pcepit deſcendere te. Qui
igne celitus deſcēdente/ad helie imperiū periē-
runt. Si inquit homo dei ſum: deſcēdat ignis de
celo: ⁊ deuoret te et quinquaginta tuos. Ultimus
aūt et tertius quinquagenarius: qui dicitur fuiſſe
abdias ppheta/ad eum miſſus: iudicio et morte
aliorū territus/genua ſua corā eo curuauit, miſe-
ricordiā implorauit: ⁊ humiliter q ad regē deſcē
deret ſupplicauit. ¶Hoc exēplariter poteſt ex-
Moralitas. poni: q quinquagenarij.i.principes ſeculares,
D Hic habemus ꝙ ioſias rex terrã iuda et iſrael plenã idolis inueniens/⁊ altaria et excelſa idolorũ deſtruxit:et ſacerdotes idolorũ et excelſorũ occidit:et oſſa humana ſuper altaria combuſſit: currus ſolis cremauit:et equos ſoli dicatos abſtulit:et aruſpices et effeminatos/⁊ eos qui adolebant incẽſum baal/et ſoli/et lune/et duodecim ſignis,et vniuerſe militie celi abſtulit et amouit: cultũqʒ dei perditum reſtaurauit:et paſcha ſolenniſſimũ Moralitas. in hieruſalem celebrauit. ¶Hic ꝙ ioſias eſt bonus prelatus:qui reuera de hieruſalem,id eſt de eccleſia ſibi commiſſa debet cultum idolorum,id eſt ritum omnium vitiorum eradicare:et cultum dei et morum inſerere et plantare. Auferat igitur inde excelſa,id eſt ſuperbos et preſumptuoſos:idola,id eſt fictos et ſuperſtitioſos: currus ſolis,id eſt auaros volubiles et in mundi negocijs laborioſos: equos,id eſt laſciuos luxurioſos:incenſatores militie celi,id eſt diuitum adulatores:effeminatos,id eſt inconſtantes ⁊ imbecilles:ſacerdotes idolorum, id eſt malos familiares/fautores et officiales:tales enim de eccleſia debent ſubtrahi:et bone perſone que colant et timeant dominum/ſubrogari. Unde dicitur. Malos male perdet:et vineam ſuam alijs loca Mat.21.d bit,agricolis. ¶Hic habemus ꝙ pharao nechao Eodẽ ca.f rex egypti cum tranſire vellet per terram iuda ad preliandum contra regem aſſyriorum iuxta eufratem:exijt ei obuiam ioſias rex:nec voluit acquieſcere ꝙ non iret. Ab illo ergo occiſus eſt A ioſias in prelio in campo magedo:et filius eius ioacham:qui fuit malus eidem ſubſtitutus:quo a pharaone amoto/filius eius ioatham rex eſt factus: qui a Nabuchodonoſor victus ſeruus eſt effectus:quo mortuo/filius ipſius Joachim cõtra Nabuchodonoſor rebellis ab ipſo captus eſt:et cum vxore/et filijs et maioribus populi in babyloniam ductus et captiuatus:et ſolus populus pauperum/derelictus: ſuper quos fuit Zedechias patruus ipſius ioachim rex creatus: quo ſcilicet tandem cõtra Nabuchodonoſor repugnante/ſub ipſo iſrael capitur:et ipſe excecatus/et vniuerſus populus cum eo in babyloniã captiuatur:et ſic per diuerſas clades regnũ iuda terminať. Sicut enim dicit hic textus:deus omnino populum iſtum a facie ſua ſubmouere decreuerat:et maxime propter peccata manaſſes:qui cruore innocentium hieruſalem purpurauit: quapropter nec propter bonitatem ioſie fuit placatus:ſed potius propter peccata po 4.Reg.23.f puli/rex iuſtus fuit eis ſubtractus. Juſtus enim fuit ioſias/intantum ꝙ vt dicunt hebrei vbi cum iuxta arborem et fontem occiſus fuerit:fons et arbor protinus aruerunt. Similis illi non fuit ante eum rex/qui reuerteretur ad dominum ex omni corde ſuo,et in tota anima ſua,et vniuerſa virtute ſua, iuxta omnem legem moyſi: neqʒ poſt eum ſurrexit ſimilis illi: verumtamen non eſt auerſus dominus ab ira furoris ſui magni: B quo iratus eſt furor eius cõtra iudam/propter irritationes quibusꝰ prouocauerat eum manaſſes. Dixit itaqʒ dominus:etiam iudam auferam a facie mea ſicut abſtuli iſrael:et proijciam ciuitatem hanc quam elegi hieruſalem/⁊ domum de qua ego dixi. Erit nomen meum ibi ⁊c. Reliqua autem ſermonum ioſie et vniuerſa que fecerat, nonne hec ſcripta ⁊c. ¶Iſta ſi vis poſſunt exem Moralitas. plariter allegari,ꝙ rex vel prelatus ſunt quandoqʒ cauſa ruine populi: et econtra habemus hic de ioſia iuſto:qui propter peccata populi moritur,et eis ſubtrahitur. Et alibi. De morte po 2.Re.24.e puli iſrael, qui propter peccatum dauid regis, qui numerauit populum, ab angelo trucidať. ¶Uel allega,ꝙ vltimum infortunium ſolet mul Aliter. ta infortunia precedere:vt tribulatio precedẽs poſſit eſſe ſequẽtium ſignum:ſicut patet hic,vbi deſtructionem hieruſalem multe clades ⁊ infortunia preceſſerunt. Unde Greg. dicit in homil. ꝙ vltima tribulatio multis tribulationibus pre Aliter. uenitur. ¶Uel dic ꝙ fons miſericordie et gratie et arbor fructificationis et opulentie, in eccleſia vel patria ſiccatur: quando ioſias,id eſt iuſtus prelatus vel princeps ſubtrahitur,vel ab ea aufertur. ¶Uel quãdo videmus ꝙ ioſias,id Aliter.

eſt rex noſter Chriſtꝰ propter ĩpopulũ, moritur:
arbor et viror totius laſciuie, fons ⁊ humor car
nalis totius concupiſcentie, debet in nobis are-
ſcere et ceſſare: et pro morte eius debemus plã-
gere et dolere.

## ¶ Caplꝫ xxiiij. Textus.

c Jn diebꝰ eius aſcendit nabuchodono
ſor rex babylonis. Morali. Capi. xxj.

**Ex babylõis ve**
niens in hieruſalem trãſtulit
inde regem Joachim ⁊ matrẽ
eius, vxoreꝫ, ⁊ eunuchos illiꝰ,
iudices et viros robuſtos et
bellatores, artifices quoqꝫ et
incluſores in babylonẽ traxit:
omnes perſonas nobiles de hieruſaleꝫ ſuſtulit:
⁊ exceptis pauperibꝰ nihil in vrbe reliquit. Jbi-
qꝫ zedechiã peſſimũ regem ordinauit: quẽ tãdeꝫ
captiuũ excecauit: ⁊ filios ſuos añ eũ interfecit:
Moralitas. ⁊ eũ victũ ⁊ cecũ in babylonẽ deduxit. ¶ Rex ba
bylonis eſt diabolꝰ ꝗ eſt ſup oẽs filios ſuperbie.
ps.121.b hierl'm eſt eccleſia, q̄ dꝫ eſſe pacifica ⁊ q̇eta. Pſal.
Rogate q̄ ad pacẽ ſunt hieruſalẽ. Joachiꝫ q̇ iter
pretatꝰ ꝑparatꝰ dño, eſt bonꝰ ꝑlatꝰ, ad mandata
ps.118.b dñi ſemꝑ obediẽs ⁊ ꝑatus. Ps. Paratꝰ ſuꝫ ⁊ non
ſuꝫ turbatꝰ: vt diſcã mãdata tua. Zedechias ṽo
q̇ rex fuit malꝰ, malũ prelatũ ſignificat. Jgitur
iſta videtur eſſe ṽitas ꝙ hodiernis tꝑibus rex
babylonis diabolꝰ: de hieruſaleꝫ.i. de eccleſia vi
detꝰ trãſtuliſſe ⁊ amouiſſe ioachiꝫ.i. bonũ ꝑlatuꝫ
⁊ diligẽtẽ: matrẽ eiꝰ.i. pietatẽ oĩa nutriẽteꝫ: vxo
rem eiꝰ.i. charitatẽ oĩa ꝯiungentẽ: iudices eiꝰ.i.
iuſticiã oĩa iudicãteꝫ: eunuchos eiꝰ.i. caſtitatem
impudicitie repugnãtẽ: viros robuſtos eiꝰ.i. for
D titudineꝫ vitia debellantẽ: artifices eiꝰ.i. diſcre-
tionẽ prudenter oꝑantẽ: incluſores eiꝰ.i. humili-
tatẽ oĩa bona celantẽ ⁊ includentẽ: ⁊ ſolũ ibi di-
miſit (vt videtꝰ) pauperes populi.i. auariciã oibꝰ
indigentẽ: ⁊ ibi ꝑfecit zedechiã.i. malũ ꝑlatũ oĩa
ſubuertentẽ. Recedente enim et deficiente bono
Pro.18.b. prelato ab eccleſia omnia deficiunt: ⁊ ſuccedente
Aliter. malo: omnia mala ſuccedunt: et ſic creſcunt. Uñ
in Prouer. Regnantibus impijs ruine hominuꝫ.
¶ Uel dic ꝙ hieruſalem eſt aĩa: a qua ꝓ certo qñ
nabuchodonoſor diabolus captiuat ⁊ tranſfert
bonum regeꝫ ioachim domino preparatum.i. bo
num et bene morigeratũ affectum: et ſubſtituit
malum regem zedechiã.i. affectum malũ et inor
dinatum: tunc eſt neceſſe ꝙ ſimul tota virtutum
familia transferatur, ſicut ſupra: et ꝙ pauperes
Pro.11.b. i. vitia, ibi ſolũmodo relinquantꝰ. Ubi eñ nõ eſt
Aliter. gubernator, populꝰ corruet. ¶ Uel dic ꝙ rex iſte
i. diabolus videtur ab eccleſia abſtuliſſe ioachiꝫ
domino preparatum.i. bonos prelatos et diligẽ
tes: matres id eſt viros pios: vxoreꝫ id eſt viros
ſociales ⁊ charitatiuos eunuchos q̇ ſcꝫ ſe caſtra
uerunt propter regnum celoruꝫ.i. viros caſtos:
robuſtos.i. viros patientes: ſolidos bellatores.
E i. viros predicando vel docendo vel bene operã
do ſtrenuos: artifices.i. doctores ſcientificos:
Treñ.1.d incluſores.i. viros humiles et abſconſos: et bre-
uiter omnes notabiles virtuoſi et morales vidẽ
Treñ.1.g. tur ab eccleſia defeciſſe: et in babylonem id eſt in
peccatum captiui ducti fuiſſe: et operante rege
diabolo periſſe. Unde dicitur. Manum ſuam mi-
ſit hoſtis ad omnia deſiderabilia eius. Unde ec-
cleſia videtur iam lamentando dicere illud. Uir-
gines mee et iuuenes mei in captiuitatẽ abierũt:
ſacerdotes mei et ſenes mei in vrbe conſumpti
ſunt. Et breuiter nõ videntur ibi relicti niſi pau-
peres.i. viri virtutum vitijs carẽtes: et per aua-
riciam diuitijs temporalibus indigentes. zede-
chias rex.i. cetus malorũ prelatoꝝ ſubſtituitꝰ: q̇
a diabolo diuerſis vitijs capitur: et propter ſuũ
defectũ in ꝑſentia ſua filij ſui.i. ſubditi ꝑ diuerſa
pctã occiduntꝰ. Jpſe ṽo ꝑ obſtinationẽ ⁊ ignorã
tiã excecatꝰ: et finaliter a diabolo in babylonẽ.i.
in infernũ captiuatꝰ ⁊ miſerabiliter moritꝰ ⁊ neca Eſa.42.c
tur. Unde Eſa. Quis cecus niſi ſeruus meus?

## ¶ Capl'm viceſimũquin-
## tũ Textꝰ. Factũ eſt aũt anno nono regni
## eiꝰ mẽſe decimo. Morali. Capi. xxij.

**Um zedechias**
rex Juda q̇ iuramentũ fecerat
regi babylonis, ab eo receſſiſ-
ſet: ⁊ ob hoc exercitꝰ caldeorũ
hierl'm obſideret: factũ ẽ ꝙ pre
ualeſcente fame in ip̃a ciuitate
hierl'm, interrupta eſt ciuitas:
⁊ viri bellatores fugerũt nocte ꝑ viã porte, q̄ ẽ in- F
ter duplicẽ murum ad ortum regis: fugit ⁊ zede
chias ꝑ viã q̄ ducit ad cãpeſtria ſolitudis: ⁊ cõ
prehẽdit eũ exercitꝰ caldeoꝝ: ⁊ bellatores q̇ erãt
cũ eo diſꝑſi ſunt, ⁊ reliq̄rũt eũ. Quẽ ꝯphenſuꝫ ad
regẽ babylonis in reblata duxerũt. Qui ſtati in
ꝯſpectu eiꝰ filios eiꝰ occidit: ⁊ oculos eiꝰ effodiẽs
ip̃ꝫ victũ catenis i babylonẽ captiuũ duxit Na-
buzardã ṽo ꝑnceps exercitꝰ caldeoꝝ hierl'ꝫ ſuc-
cẽdit: murũ eiꝰ i circuitu diſſipauit: colũnas tẽpli
ꝯtriuit: mare eneũ, baſes ⁊ luteres, vaſaqꝫ templi
q̄ fecerat ſalomõ, ſecũ i babylonẽ deportauit: et
ꝑpl'ꝫ q̇ inuẽtꝰ eſt in hierl'm captiuauit. ¶ Jſta poſ
ſunt allegari ad felicitatẽ vel infelicitatẽ falſoꝝ Moralitas.
amicoꝝ: qꝛ ꝓ certo q̄diu rex iuda.i. q̇cunqꝫ ꝑn-
ceps mũdi ẽ in ſuis palatijs, ꝓſperitatibꝰ ⁊ ſola
tijs: ꝑncipes ſui officiales, bellatores ⁊ amici cũ
eo libere morãtꝰ: ⁊ ip̃ꝫ ſibi aſſociãt: ⁊ comitiuã eiꝰ
ſectantꝰ. Si ṽo ꝯtingat ꝙ exercitꝰ caldeoꝝ.i. mũ- mat.26.f
di infortunia ꝯ ip̃ꝫ ꝑualeãt: tũc ſtatim fugiũt et
ip̃ꝫ ſolũ derelinquũt. vñ exẽplũ ẽ de apl'is q̇ dñm eccl.5.b
ſuũ xp̃m in cena aſſociauerũt: ⁊ cum a iudeis ca-
ptꝰ eſt: oẽs eo relicto fugerũt. Uñ Eccl'i. Eſt ami Aliter
cus ſociꝰ mẽſe: ⁊ nõ ꝑmanebit in die neceſſitatis.
¶ Uel dic ꝙ zedechias eſt petõr: q̇ infra muros G
ciuitatis ſue.i. infra ambitũ corꝑis reſidẽs, ⁊ ibi
in delicijs viuẽs, parũ curat de rege babylonis, Eſa.28.d
id eſt de diabolo rege inferni: quãuis peccando
promiſerit ei famulatũ: et ei obediẽdo viſus fue
rit cum ipſo contrahere quoddã pactum, iuxta
illud Eſa. Pepigimus fedus cum morte: et cum
inferno fecimus pactum. Sed pro certo dũm nõ
aduertit iſte rex diabolus contra iſtum exerci-
tum ſuum, ſcꝫ infirmitatem, mortem, ⁊ infortunia
mittit: et ciuitateꝫ vbi habitat, ſcꝫ corpꝰ, per mor mat.22.b
tem laniat et ſubuertit. Jgitur iſte exercitus vr
be iſta corporis diruta: iſtũ ad regẽ babylonis. Aliter
i. diabolũ in infernũ adducit: et viris bellatori
bus q̇ intrabant cum eo.i. cunctis amicis eius
⁊ ſocijs ip̃m dimittentibꝰ ⁊ ab eo fugientibꝰ: ip̃e
excecatꝰ, ⁊ lumine gl'ie et gratie priuatꝰ: et cate-
nis eterne dãnatiõis ligatꝰ: in babylonẽ.i. in in-
fernũ deſcẽdit. Unde dicitꝰ. Ligatis manibꝰ ⁊ pe-
dibꝰ mittite eum in tenebras exteriores. ¶ Uel
dic ꝙ rex et princeps babylonis diabolꝰ, mediã
te exercitu vitiorũ hieruſalẽ.i. eccleſiam vel reli
gionẽ, igne cupiditatũ icẽdit: muros obſeruan-
tie rl'aris ⁊ diuinoꝝ mãdatoꝝ in ip̃o deſtruit: et
eã ꝑ nabuzardã ꝑncipẽ militie ſue.i. ꝑ mũdi tyrã
nos ⁊ ipios, diuerſis tribulatiõibꝰ obſidet: ⁊ mul
tipliciter laniat ⁊ ſubuertit. Regẽ eiꝰ.i. prelatos
excecat: et catenis.i. diuerſis carnalibꝰ ꝯplacen
tijs ip̃os ligat: ⁊ final'r i babylonẽ.i. i infernũ cõ.

v plantat:et populũ ipſius ꝑ pctm̄ diſſipat ⁊ capti
uat.Etiā ab iſta eccleſia tollit colũnas,id eſt vi-
ros fortes et cõſtantes:mare eneũ.i.viros ama-
ros cõtritos et penitẽtes:vaſa altaris,id eſt vi-
ros deuotos dño ſeruiẽtes.Omnia iſta ſolet dia
bolus ab eccl'ia tollere:⁊ ipſam deſtructā dimit-
tere:ita ꝙ iam videt̃ quaſi de bonis ꝑſonis et de
Tren.i.d. virtutibꝰ nuda eſſe.Unde dicit̃.Porte eiꝰ deſtru
cte:ſacerdotes eiꝰ gemẽtes:virgines eius ſqua
Aliter. lide:et ipſa oppreſſa eſt amaritudine. ¶Uel dic
moraliter ꝙ hierl'm eſt aīa:quā pro certo qñ rex
babylonis.i.diabolꝰ capit:ſtatim domũ dei.i.de-
uotionẽ ad deũ:domũ principũ.i.deuotionẽ ad
ſanctos:muros.i.mandatorũ obſeruantiā:por-
tas.i.ſenſuũ capacitates deſtruit:et igne concu-
piſcẽtie circũquaqꝫ ſuccẽdit:regẽ eiꝰ.i.intellectũ
ꝑ ignorantiā excecat:et eũ per diuerſos errores
alligat.Tandẽ iſtā miſerā ciuitatẽ oĩbus bonis
ſpũalibꝰ ſpoliat atqꝫ priuat.Nā ſicut inde ſubla
te ſunt colũne et baſes:mare eneum/olle/trulle/
phiale/mortariola/tridẽtes/ſcyphi:ſcḋm qḋ dicit̃
hic.Sic diabolꝰ tollit ab aīa peccatrice colũnas
firmitatis/baſes humilitatis/ mare cõtritionis,
ollas charitatis/trullas lenitatis/phialas deuo
tionis/mortariola diuini timoris/tridẽtes peni-
Tren.i.b tẽtie/ſcyphos ſpũalis ſciẽtie.Unde dicit̃.Manũ
ſuā miſit hoſtis ad oīa deſiderabilia eiꝰ. Colũ-
na eñ debet eſſe ſtabilis/hoc eſt cõſtantia:baſis
infima/hoc eſt humilitas:mare ſonat amaritu-
dinem/hoc eſt cõtritio:olla cõtinet et feruet:hoc
A eſt dilectio:trulla parietes lenit/hoc eſt benigni
tas:phiala liquores ꝯtinet/hoc eſt deuotio:mor
tariolũ ſpecies cõterit/hoc eſt timor dei:tridẽs
mordet ⁊ tres dentes hꝫ hoc eſt pnīa:quibꝰ tres
partes ſunt:ſcyphus vinũ effundit/hoc ẽ ſciẽtia.
Omnia eñ iſta ab eccleſia ꝑ diabolũ ſubtrahun-
tur,qñ ꝑlatus vel rex ipſius victus excecat̃.Ab
aīa etiā tollunt̃/⁊ a templo cõſciẽtie ſubmouent̃
qñ per vitia diabolo ſubiugat̃. ¶Hic dicit come
Comeſtor. ſtor:ꝙ ſedechias rex iuda cecus in babylonẽ du-
ctus:dum nabuchodonoſor rex babylonis pro
victoria feſtũ et conuiuiũ faceret:⁊ in vaſis que
de templo hieruſalẽ apportauerat:quorũ partẽ
mẽſe ſue deputauerat:partẽ idolis dedicauerat,
biberet,pro ſpectaculo in mediũ eſt adductus:⁊
cũ potus cõuiuantibus miniſtraret̃:de mādato
nabuchodonoſor iſti ſedechie excecato/potꝰ la-
xatiuus extitit miniſtratꝰ:quo bibito in ꝓ̄ſentia
oīm vituperabiliter eſt laxatus/ſeu etiā cõcita-
tus:et reductus in carcerẽ. Propter hmōi deri-
ſionem/tanto dolore affectus eſt/ꝙ infra breue
Moralitas. tp̄s mortuus eſt.Et audita cā mortis eiꝰ honori
fice per nabuchodonoſor eſt tumulatus. ¶Iſta
B poſſunt applicari myſtice:qñ quis per ignoran-
tiam vel obſtinationẽ eſt cecatus a nabuchodo-
noſor.i.a diabolo in babylonẽ.i.in ſtatũ peccati
captiuat̃:⁊ ſepe fit ꝙ ad conuiuiũ bonorũ operũ
tpaliũ adducit̃:vbi potus laxatiuus.i.vbi mũdi
ꝓſperitas/diuitiarũqꝫ et deliciarũ vbertas:qñqꝫ
per ip̄m nabuchodonoſor diabolũ ſibi dat̃.Pſal.
Pſal.72.b Ecce ipſi peccatores in ſeculo obtinuerunt diui-
tias.Iſti enim potus laxatiuus dicunt̃: qꝛ ſcilꝫ
quos tali potu diabolꝰ inebriat:faciliter ad oīa
vitia/⁊ maxime ad luxuriā/auariciā et ſuperbiā
relaxant̃:et ignominioſe corā aliјs per vitia de-
fundant̃:ita ꝙ ſpectaculũ et illuſio cunctis effi-
ciunt̃.Quod potiſſime de iſto ꝗ erat rex hieruſa
lem.i.de ꝑlatis eccleſie et viris eccleſiaſticis põt
dici:ꝗ pre aliјs peccatoribꝰ ſpectaculũ et deriſio
aliјs fiunt:qñ ad ignominioſa vitia ⁊ ad ſupflui-
Pſal.21.b tates ⁊ vanitates ſeculi ſe reuoluunt.Pſal.Oẽs
vidẽtes me/deriſerũt me.Qui finaliter in carce-
re male cõſuetudinis pereũt:quos tñ adulato-
res finẽ bonũ eis predicādo honorifice ſepeliunt
et abſcondũt.Nabuchodonoſor diabolꝰ pecca-
torem honorifice ſepelit:qñ in finali pnīa ipſum
inaniter ſperare facit:qḋ etiā facit per adulato-
res:ꝗ recte poſſunt dici taliũ ſepultores. Unde Mat.8.c
dicit̃.Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos.
Et Ezech.In die illa dabo gog locum nominatũ Ezechi.39.c
ſepulchrũ in iſrael. ¶Uel ſi vis dic ꝙ Nabucho-
donoſor diabolus vaſa tẽpli.i.viros eccleſiaſti- Aliter.
cos,quando ipſos de hieruſalẽ in babylonẽ.i.de
ſtatu gratie in peccatũ/vel de religione ad mun-
dum tranſtulit:ipſos quandoqꝫ idolis.i.mundi
principibus et eorũ curiјs et officiјs cõſecrat:et
ad potādum mala doctrina cõuiuas eius,id eſt C
peccatores ipſos quādoqꝫ ordinat ⁊ deſignat ⁊c.
¶Moralitatum quarti libri regum Finis.

## Moralitatũ liber decimuſtertius ſcḋi libri paralipomenon.

## ¶Capl'm xiiij. Textus.

**Dormiuit autẽ abia cũ patribus ſuis.**

### Moralitatum Capitulum j.

CUm in libris
paralipomenon pauca re
citabilia/preter illa que in
libris regũ recapitulant̃:
nihil de contentis in ipſis
cũ iam ex ſuis quaſi cũcta
tetigerĩꝫ,ea moralizare nõ
propono preterea pauca
que hiſtorie Regũ ſuper-
addita vident̃:que breuiter hic expono. Igitur
omiſſo libro primo:videtur in hoc libro ꝙ zara 2.Par.14.c
ethiops contra aza regem iuda veniens/decies
centena milia hominũ in exercitu ſuo habebat:
quos timẽs fugit aza ad dñm et orauit.Dñs ex-
terruit ethiopes/et fugerunt:⁊ ſic cõtra eos aza
et ſui nõ armis/ſed precibꝰ preualuerũt. ¶Illud D
allega quomodo deus in neceſſitate ſuos filios Moralitas.
nõ deſerit:et quomodo quādo in ipſo per fidem
confiditur/et ad ipſum deuote recurritur:virtu
te eius hoſtes fugiunt et terrentur:⁊ ſic ſepe fit,
ꝙ multi a paucis/diuites a pauperibꝰ ſuperan-
tur.Unde dicitur.Facile eſt multos concludi in .Mach.3.b
manibus paucorum:⁊ non eſt differentia in con-
ſpectu dei celi liberare in multis aut in paucis.
¶Uel dic ꝙ ethiopes ſunt demones et demonũ Aliter.
tentationes:qui pro certo tot ⁊ tanti ſunt,ꝙ vi-
res noſtre ad eos ſuperandos non ſufficiũt.Ue-
rũtamen faciliter vincuntur/quando ad oratio-
nes et diuinam ſpem recurritur:et quando diui-
num auxilium humiliter imploratur.

## ¶Capitu. xx. Textus.

**Poſt hec congregati ſunt filiј moab et filiј Amon: et cum eis de amonitis.**

### Moralitatum Capitulum ij.

ITem xx. ca. di-
cit̃ ꝙ filiј amon et moab et ſeir
cõtra ioſaphat regem iuda in
ſtupẽda multitudine ad ꝑliũ
aggregant̃. Quo ex toto cor-
de ad dñm recurrẽte/ꝓpheta
cõſolator ſibi mittit̃:ad cuius
conſiliũ cantores primi in exercitu ponunt̃:qui-
bus deum laudantibus/hoſtes in ſeipſis taliter
perturbant̃:ꝙ alter cõtra alterũ preliātes/vni-
uerſi mutuis cedibꝰ ꝑimunt̃:ita ꝙ nullꝰ eoꝝ eua
dere potuerit:et iudei ſpoliјs hoſtiũ ſupra mo-

C dum ditant. ¶Si vis dic ſicut in precedēti cap̄.
Moralitas ¶Uel dic ꝙ ille tres nationes infideliū deſignāt
Aliter. tria p̄ncipalia vitia.ſ. ſupbiā, luxuriā, auaritiā,
q̄ cōtra nos in tāta fortitudine cōgregant: ꝙ niſi
dn̄s nos liberet ⁊ defendat, neceſſe eſt vt nobis
impie dn̄entur. Neceſſe eſt igit̄ ad orōnē recurre
re: cantores.i. dei laudes p̄ponere: ⁊ ſic ipos po
terimus ſupare. Qn̄ em̄ cātores ſpūales. ſ. orō,
cōfeſſio, laus ⁊ gratiarū actio p̄mittunt: neceſſe
eſt ꝙ hoſtes ſpūales, ſcꝫ demones ⁊ vitia debel-
2.Reg.20.g lent. Un̄ cecinit tuba ⁊ receſſerunt ab vrbe. ¶Uel
Aliter. dic ꝙ cātores ſunt p̄dicatores vel laudis diuine
ꝓnūciatores, q̄ qꝛ populū ad deuotionē excitāt:
Aliter. cōtra hoſtes victorium ſibi parant. ¶Uel dic ꝙ
ſepe fit ꝙ mali qui contra bonos ſe congregant:
malicioſe nutu dei quandoqꝫ ſimul diſſentiunt, ⁊
diſcordant: ⁊ ſic inter ſe pugnantes dū mutuo ſe
debellāt: alios quos decreuerāt occidere, libe-
rāt atqꝫ ditāt. Cōſtat em̄ ꝙ dei prouidētia ſolet
qn̄qꝫ inter ſuperbos diſcordiā ſuſcitare: vt ſic oc
caſionaliter poſſit iuſtos de ſuis manibꝰ libera-
Ps̄.36.c re. Ps̄. Gladius eoꝝ intret in corda eoꝝ ⁊c.

## ¶Capit. xxiiij. Textus.

Septem annorū erat Joas cū regnare
cepiſſet. Moralitatum Cap. iij.

## Item cap. xxiiij.

dicit ꝙ Joas rex iuda q̄ p̄ ioiadā
ſacerdotē fuerat enutritus: ⁊ a pſe
cutione impie athalie reſeruatus
F ⁊ in regnū ſublimatus q̄diu ioia-
da vixit, bonus ⁊ ſctūs extitit: deū
coluit: templū repauit: ⁊ iuſte ⁊ pacifice impauit.
Mortuo ioiada, delinitus obſequijs ⁊ adulatio-
nibꝰ principū ſuoꝝ: ipſe ⁊ pp̄ls ſuus dn̄m dereli
querunt: tēplū dei ⁊ cultū ipſiꝰ cōtēpſerūt: ſcul-
ptilibus ſeruierūt: ꝓ quibus cū a zacharia ſacer
dote filio dicti ioiade rep̄hēderet: ipm̄ iudei in-
ter tēplū ⁊ altare lapidibus obruerūt: ꝓpter qd̄
rex ⁊ pp̄ls in manibꝰ ſyrorū tradit̄: a quibꝰ hie-
ruſalē ſpoliat̄: ipſe vero rex ingratus in magnis
laboribus ab eo dimittit̄: ⁊ a ſeruis ſuis ꝓprijs
Moralitas in lecto ſuo dormiens iugulat̄. Iſta poſſunt alle
gari exēplariter: qn̄o valet ⁊ ꝓficit p̄ſentia viri
iuſti ⁊ boni ꝯſiliarij vel p̄lati. Quādiu em̄ rex iſte
ioiadā virū vtiqꝫ iuſtū ⁊ prudētē ſecū habuit: et
eius conſilio viſus fuit tādiu deū timuit: tēplum
⁊ eccleſiā honorauit: obſequijs ⁊ blanditijs adu
latorū decipi non potuit: quo tn̄ mortuo q̄plu-
ra mala fecit: ita ꝙ opprobrioſe perijt. Utile igit̄
eſt ⁊ maxime principi, ꝙ ſanctos viros ⁊ bonos
cōſiliarios ſecū habeat: ⁊ ꝙ adulatoꝝ obſequijs
(ne forte ipm̄ ad iniq̄tatē ꝯtrahāt) nunq̄ credat.
Eccl̄i.9.d Un̄ Eccl̄i. Uiri iuſti ſint tibi cōuiue. Tali igit̄ p̄n
cipi ⁊ populo pōt ioiada.i. bonus p̄latus vel cō-
ſiliarius dicere illud Deut. Noui ꝙ poſt mortē
Deut.31.g meā inique agetis: ⁊ declinabitis cito de via quā
G oſtēdi vobis. ¶Uel dic ꝙ ſi in eccleſia iuſtus io-
Aliter. iada ſacerdos ſemper viueret.i. ſi ibi bonus ⁊ ec
cleſiaſticus ſemp̄ eſſet: rex ⁊ populus.i. ipſi ſecu
lares ſemp̄ bene facerent, ⁊ eorū conſilijs crede-
rent: ⁊ exemplarijs conformarent: deum quoqꝫ
colerent: ⁊ templū eccleſie repararent. Unde dr̄:
2.Paralip. ꝙ cunctis diebus ioſie nō receſſerunt a dn̄o. Sꝫ
34.g prohdolor iam ioiada in eccleſia non inuenitur
quinimo viri iuſti: boni et prudentes prelati, et
eccleſiaſtici exinde defeciſſe ꝓbant̄. Juxta illud
Ps̄.13.a Ps̄. Oēs declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt:
non eſt qui faciat bonum: non eſt ⁊c. Jō tam prin
cipes q̄ populi deū videntur contēnere: templū
eccleſie perſequi ⁊ derelinquere: idola.i. vitia co
lere: zachariam.i. ſacerdotes et p̄dicatores ⁊ re-
prehenſores vilipendere. Ipſos em̄ qn̄qꝫ penis
afficere cōputant: ꝓpter qd̄ guerris ⁊ tribulatio
nibus iuſto dei iudicio moleſtant̄: ⁊ a ſeruis pro-
prijs.i. a ſuis malis officialibꝰ, adulatoribus et
miniſtris dū dormiūt.i. dū non aduertūt, occidū
tur: inquantū ſcꝫ ſpūaliter eorū inſtinctu mala
multa faciunt: ⁊ eoꝝ furtis fallacijs ⁊ blanditijs
tp̄aliter depauperant̄. Sicut ad literā videmus
de multis principibus: qui dato ꝙ quicquid poſ
ſunt eccleſiaſticis auferant: ⁊ eccleſiā pſequant̄ ⁊
odiāt: ipſi tn̄ mortui.i. paupes ⁊ dep̄ſſi dormiūt:
et hoc: qꝛ ſerui eoꝝ.i. mali familiares, totū q̄cq̄d
habēt, ſubripiūt: ⁊ eorū ſpolijs diuites fiunt. Un̄
infra dr̄. Filij ſui percuſſerunt regē. ¶Uel iſta al 2.Para.32.
lega, ꝙ ſepe fit ꝙ ingrati hoies, et maxime princi Aliter.
pes: dato ꝙ a ioiada.i. ab aliquo prudente ⁊ iu-
ſto familiari vel conſiliario ſuo multa bona rece-
perūt: et ꝙ ipſum in vita ſua dilexerunt ⁊ hono-
rauerunt: ipſo tn̄ mortuo hmōi beneficia facili-
ter obliuiſcuntur: et contra zachariam filium io-
iade.i. ꝯtra filios et heredes ipſius debacchant̄:
ipſoſqꝫ plꝰ q̄ alios aliquoties pſequunt̄: nec de
beneficijs acceptis ab eorū parentibus recordā-
tur. ¶Uel dic gn̄aliter, ꝙ mali ⁊ maxime diuites Aliter.
nolunt hodie aliquem qui ipſos corrigit inueni
re: quinimo zachariā.i. bonū p̄dicatorē vel corre
ctorē: ſi eoꝝ crimina arguat: ſolent eum cum ver
bis et verberibus lapidare: et eū diffamādo occi
dere. Un̄ dr̄. Oderunt in porta corripientem: ⁊ lo Amos.5.b
quentem perfecte abhominati ſunt.

## ¶Capitu. xxv. Textus.

Uigintiquinqꝫ annorum erat amaſias
cum regnare cepiſſet. Moralitatum
Capitulum iiij.

## Hic capi. xxv. ha-

bes ꝙ Amaſius rex iuda voluit
pugnare ꝯtra filios edom: et cō
duxit de iſrael centū milia robu
ſtorū. Sed qꝛ oēs erant idolola
tre, vir dei ipſos remitti māda- A
uit: ⁊ dato ꝙ iā ſtipēdia recepiſ-
ſent ipſos remitti ad ꝓpria imperauit. Nō ingre
diat̄ inq̄t tecū exercitus iſrael. Nō em̄ eſt dn̄s cū
illis. Qd̄ ſi putas in robore exercitꝰ bella ꝯſiſte-
re, ſupari te faciet dn̄s ab inimicis tuis. Dei eſt
quippe adiuuare, et in fugā ꝯuertere. Qd̄ factū
eſt, qꝛ.ſ. in deo cōfidēs, idololatras remiſit, et ſic
hoſtes ſuos gl̄ioſe deuicit. ¶Iſtud allega, ꝙ ſo- Moralitas
cietas maloꝝ nō eſt in p̄lio captāda: qꝛ ꝓpter pec
catū eoꝝ poſſet victoria retardari et impediri.
¶Itē illud allega, ꝙ nō eſt i magno numero cōfi- Aliter.
dendū: et ꝙ victoria magis depēdet ab occulta
dei ꝓuidētia, q̄ a numeroſa ⁊ forti militia. ¶No
ta, et ꝙ hic dr̄: ꝙ milites iſti repudiati et remiſſi, Eodē.c.d
dato ꝙ bn̄ fuiſſent ſtipēdiati: fuerūt tn̄ ꝯ regē iu
da multipliciter indignati: cū terrā occiſis pluri
bus ſunt p̄dati. ¶Qd̄ ſimul ad hoc allegari pōt: Moralitas
ꝙ mali et indigni qn̄ ſe remitti, et a ſocietate vel
ꝓmotione repelli cognoſcunt faciliter indignā-
tur et p̄ rixas et appellatiōes cōtra regē iuda ſe
repellentē.i. ꝙ cōtra bonū prelatū ſe repudiantē
inſurgūt. Un̄ in Prouer. Nō amat peſtilēs eū qui Proū.15.b
ſe corripit. Non cōſiderat enim ſuam dignitatē,
ſed potius ambitionem ⁊ cupidam voluntatē.

## ¶Ex eodē capitulo. xxv.

Textus. Amaſias quoqꝫ poſt cedē idu- B
meorum, et allatos deos filiorum Seir.
Moralitatum Cap. v.

HJc habes ꝙ amaſias rex iuda q̄ pri⁹ erat bon⁹: ex dei virtute idumeos deuicit: ⁊ filios ſeir dei auxilio ſuperauit: ſȝ cū inter ſpolia deos eoꝝ in hieruſalem detuliſſet: errore ſeductus, ipſos ſibi i deos ſtatuit: ⁊ ipſis incēſuȝ adoleuit. Quē cū ꝓpheta miſſus a deo ſup hoc redargueret, dicens. Cur adoraſti eos, q̄ nō liberauerunt pplm ſuū de manu tua: Acquieſcere noluit: ſȝ ſibi minas inferēs, ipſuȝ vt q̄eſceret, iperauit. Nō inquit cōſiliari⁹ regis es: q̄eſce ne iterficiā te. Quapropter cito poſt a ioas rege iſrael fuit victus: ⁊
Moralitas tandem a ſeruis proprijs interfectus. ¶ Si vis applica iſtud ad malos ſacerdotes: q̄ ſcȝ audito pctō alicuius in confeſſione, ad ſimile ꝓuocanť. Juda em̄ confeſſio interpretať: ⁊ iō ſepe fit ꝙ rex iuda .i. bonus ⁊ circūſpectus cōfeſſor: pugnat cōtra edon .i. cōtra peccatorē in cōfeſſiōe redarguēdo, ⁊ eū ad obedientiā ⁊ pniam inducēdo, ita ꝙ dū ſua occulta ſcrutať, ſepe fit ꝙ deos ſuos .i. aliqua occulta pctā in q̄bus ſe poti⁹ delectabit / inuenit ⁊ rimať: vt qr de aliquo actu luxurie vel ſimili ꝯfiteť: ⁊ tūc ſepe fit ꝙ ipſos in deos ſibi iſtatuit: ſcȝ cū in ſiľe pctm̄ cōſentit: ⁊ inquātū illd q̄d
C
Gal.2.b
Aliter
in alijs impugnauerat ⁊ rep̄hēderat, in ꝓprijs pſona cōmittit, Apľs. Si q̄ deſtruxi: iterum reedifico: p̄uaricatorē me ꝯſtituo. ¶ Uel dic ꝙ mali ſe rep̄hendi a ꝓphetis .i. a bonis viris ⁊ prudētib⁹, nō ſuſtinēt: imo ſtatim turbati, minas eis tribuūt ⁊ intētāt. Uñ illud eſt v̄bū ipſoꝝ. Nō ꝯſiliari⁹ ⁊c.
Pro.15.b. qr ſicut dr in Prouer. Nō amat peſtilēs eum q̄ ſe corripit. Et iō talis q̄ ſe redargui vel veritatem audire nō ſuſtinet, ſpualr ⁊ tpaliter ſepe pit. Unde in Prouer. Qui corripientē ſe dura ceruice cō
Pro.19.a temnit, repentinus ei ſuperueniet interitus.

## ¶ Capi .xxvj. Textus.

**Dis aūt populus iuda filiū ei⁹ oziā annorum ſedecim. Moralitatum Ca. vj.**

OZias rex poſtq̄ multa bona tam in villis q̄ in alijs negocijs ⁊ immēſam gloriā acq̄ſiuiſſet: p̄ſumptiōe ſeduct⁹, eleuatū eſt cor eius i interitū ſuū cōtēpſit dn̄m deū ſuum. Jngreſſus em̄ tēplū dn̄i, ſacerdotis officiū voluit exercere ⁊ facere: ⁊ accepto thuribulo ſanctuariū intrare, ⁊ ſup altare thymiamatis incēſum ſicut pōtifex adolere, q̄d tñ ſolis ſacerdotib⁹ cōſecratis, ſcȝ filijs aaron licituȝ
D erat: qr ſcȝ nullus alius ſub interminatione locū illū ingredi poterat aut etiā debebat. Uñ ſumm⁹ ſacerdos ſtatim ipſi ozie occurrit: ⁊ eū de p̄ſumptionis dicte negocio rep̄hendit. Non eſt inquit officij tui ozia vt adoleas incēſum dn̄o: ſȝ ſacerdotū filij aaron, q̄ cōſtituti ſunt ad hmōi miniſteriū. Cū igiť nec ſic egrederet: ſed cōminās ſacerdotib⁹ icēſuȝ offerre moliret: ſtati lepra fuit pcuſſus: ⁊ a ſacerdotibus a ſanctuario eiectus: et extunc leproſus in domo ſeparata habitās: q̄diu vixit
Moralitas. a pplo eſt ſeiūct⁹, regniq̄ʒ gubernaculo deſtitut⁹. ¶ Jſta poſſunt applicari cōtra principes ſeculares, q̄ reuera modernis tpibus nō ſunt contenti adminiſtratiōe ſeculariū, niſi etiaȝ adminiſtrent ſpūalia: qr ꝑ certo ſicut ptȝ, iā nituť de collatione bñficioꝝ, ⁊ p conſequēs de executione eccľiaſticoꝝ officioꝝ ſe intromittere: ⁊ illud q̄d ſolis filijs aarō ꝯſecratis .i. bonis ⁊ dignis ep̄is ⁊ p̄latis cōceſſum eſt voluūt aliquotiēs vſurpare: ſicq̄ʒ ſanctuariū itrare, ⁊ incēſum offerre nituť, inquātū de rebus eccleſiaſticis, ⁊ de illis q̄ ad prelatos ptinent ſe intromittere moliunť: ⁊ inde eſt ꝙ iam multi tales leproſi .i. ſimoniaci efficiunť, inquantū ſcȝ munera accipiūt, vt eoꝝ p̄cibus ⁊ ipulſionib⁹ vel incurſionibus aliq̄ ꝓmoueanť. Lepra eniȝ ſimonie q̄ in ſanctuario ꝯtrahiť / ſolebat cōtingere ſolis eccleſiaſticis p̄latis ⁊ ſacerdotib⁹. Nunc vero cōtingit regibus ⁊ principibus: qr ſcȝ qñq̄ʒ ſimonias ꝯtrahunt: ⁊ alios ꝓmouēdo ſeu ꝓmouere cōpellendo, prelatoꝝ officiū vſurpātes aſſu-
E munt, ſicut in multis regnis atq̄ʒ villis, nulli ad dignitates ⁊ ad officia promoueně niſi q̄ a ſecularibus principibus ⁊ dominis preſenteně. Jſti ergo regni ſui moderantiā ſolent perdere: ⁊ in domo ſeparata, ſcȝ in inferno leproſi ⁊ abhominabiles pſiſtere: qui nō cōtenti ꝓpria dignitate, iura ⁊ officia prelatoꝝ in his ⁊ ſimilibus conanť taliter vſurpare: qr ꝑ certo dignum eſt q̄d perdat ꝓpriū, qui ambitioſe vſurpat ⁊ appetit aliena. Nō em̄ eſt ſuū officiū vt incenſum adoleāt, ideſt vt ſacerdotū vel p̄latorū miniſteria exerceant ⁊ aſſumāt. Uñ. Externus q̄ ad miniſtrandū acceſſerit, Num.3.b
moriet. ¶ Uel dic ꝙ ſecularis q̄uis ſit rex vel p̄nceps vel famoſus iuſtus nō eſt dign⁹ eccleſiaſtica officia aſſumere: ſȝ ſoli illi q̄ munus cōſecrationis dinoſcunť habere. Dignior em̄ ad hoc eſt quicunq̄ʒ conſecratus eccleſiaſticus, q̄ʒq̄ʒ malus: q̄ʒ quicūq̄ʒ ſecularis nō conſecratus, q̄ʒq̄ʒ iuſtus fuerit alias ⁊ honeſtus. Aliter

¶ Moralitatum librorum paralipomenō Finis.

## Moralitatum liber Decimuſquartus, primi libri Eſdre.

## ¶ Capitulum j. Textus.

**Jn anno primo cyri regis perſarum, vt compleretur verbum dn̄i. Moralitatū**

**Capitulum j.**

SUb eſdra qui fuit ſcriba velociſſimus in lege domini, data eſt licentia filijs iuda, q̄ captiui ducti fuerant in babylonem, quod hieruſalem redirent: et vaſa domini que nabuchonoſor detulerat / reportātes tēplū reedificare. Q̄d
Moralitas cum facere cepiſſent: inuidentes finitimi, ſcriptis epiſtolis in perſidem ad regem impediuerunt et templi edificationem per multa tempora retardarunt. ¶ Sic vere quandoq̄ʒ contingit, ꝙ captiui pctōres de ſpāli licentia ſeu gr̄a ⁊ indulgentia regis chriſti de babylonia .i. de ſtatu peccati in iudeam, que interpretatur confeſſio: ⁊ in hieruſalem que interpretatur pacifica .i, per contritionē ⁊ penitentiam ad ſtatim glorie reuertuntur: et templum domini in ſua conſcientia virtutibus edificare conantur: ſtatum aſſunt finitimi vel vicini ſui .i. motus carnales, qui in finibus ſuis habitāt: vel diaboli q̄ circa eos immūda pagūt: q̄ ſuis tentatiōibus impediūt, ne edificēt illud templū: ⁊
F ne in cōſcientia ſua faciant deo domū. ¶ Hic habemus ꝙ cū filij iſrael reedificarē tēplū: ſamaritani Ca.iiij.a
de q̄bus dictū eſt quarto Reg. xvij. ꝙ partim deū colebant, et partim idola adorabant: venerunt ad eos pretendentes cum eis edificare, dicentes ſe dominum colere, ⁊ ſibi cū alijs velle deſeruire. Filij autem iſrael ipſos ſocios in edificando hr̄e noluerunt: ſȝ eos potius tāq̄ʒ extraneos reſpue-

Morali- runt. ¶ Sic ỽo fit hodie: qñ filij iſrl. i. boni xp̄ia-
tas. ni, templū eccleſie catholice ỽtutibꝰ ⁊ documē-
tis cōſtruūt: nunq̄ deſunt ſamaritani. i. heretici
⁊ ſciſmatici: q̄ licet cū deo idola colant. i. lʒ cum
aliquibus viris qui credunt multa erronea te-
neāt: ſe tñ eſſe cultores dei aſſerunt: ⁊ xp̄iani no-
minari volūt: ⁊ templū p̄dicādo malā doctrinam
ſuā edificare querūt. Filij aūt iſrael. i. boni xp̄ia
ni, debēt tales repudiare: ipſoꝝ edificationē con
tēnere: ⁊ eos a cetu fideliū tanq̄ extraneos effu-
gare. Et ſic iſti repudiati poſtea moti ſunt cōtra
iſrael: ⁊ ipſorū facti ſunt inimici: ⁊ edificationē tē
Moralitas pli impediūt. ¶ Sic ỽo heretici ⁊ ſciſmatici vidē
tes, ꝙ filij eccl'ie ipſos ⁊ ipoꝝ errores abhominā
tur, ipſis pre cūctis ppl'is hodie inimicant: ⁊ eos
in cōſtructiōe tēpli, fidei ⁊ eccleſie ipedire conā-
2. Cor. 11. f tur. Vñ ergo dr, ꝙ periculū eſt in falſis fratribꝰ:
Mat. 10. d q2 ſicut dr. Inimici hoīs domeſtici eiꝰ. ¶ Uel dic
Aliter. ꝙ tales vident proditores, q̄ ſub ſpē volēdi edi-
ficare cū alijs, ⁊ ſub ſpecie alicuius boni nitūtur
ſocietatem cū alijs cōtrahere: vt ſic poſſint am-
h plius ⁊ faciliꝰ nocere. Qđ ſi recipi nequeūt, tunc
ſe ſolent hoſtes publicos demonſtrare, ⁊ maliciā
quam palliauerunt declarare.

## ¶ Capitu. iiij. Textus.

**Factum eſt autem cum audiſſet Sana-
ballath. Moralitatum Cap. ij.**

NEemie quarto
dr, ꝙ ꝓpter impugnatiōes ho
ſtiū vicinoꝝ. ſ. qui edificationē
ciuitatis hierl'm impediebant:
ordinauit Neemias ꝙ media
pars iuuenū edificaret: alia ỽo
pars armata hoſtibus obuia-
ret. Etiā de edificātibꝰ fiebat ſic: ꝙ vna manu fa-
ciebāt opꝰ, alia ỽo manu gladiū tenebāt. ¶ Iſtđ
applica ꝙ in ſpūali edificatiōe hierl'm. ſ. eccleſie
⁊ aīe: hoſtes nr̄i demones cōtinue nos ipugnāt:
neceſſe fuit populū dñi in duo ſe diuidere. ſ. i bel-
latores, ⁊ i ɔtēplatiuos ⁊ religioſos, q̄ ꝓ ſe ⁊ alijs
oratiōībꝰ pugnāt: ⁊ in opatores, ⁊ in actores, q̄
ꝓ ſe ⁊ alijs in terrenis laborāt. Uerūtñ ſic eſt, ꝙ
iſti ex toto nō debēt opibꝰ actiue vite intendere:
imo ꝓ certo vna manu debent gladium oratiōīs
tenere, ⁊ altera opus bonū actualiter exercere.

## ¶ Capitu. ix. Textus.

**Poſtq̄ autem hec completa ſunt. Mo
ralitatum Capitulum iij.**

POpulus qui de
a captiuitate redierat, in vno di
citur valde peccaſſe: quia ſa-
cerdotes et leuite, et alij filij
iſrael, non ſtatim ſe ſeparaue-
runt a populis regionū, ſʒ po-
tius ſemē ſuū cōmiſcuerūt cū
populis terrarū: ⁊ acceperunt ſibi ⁊ filijs ſuis
vxores de filiabus chananeoꝝ, amonitarū, moa-
bitarū ⁊ egyptiorum: manus etiam magiſtratuū
p̄ncipū fuerat in hoc p̄ma. Quapropter Eſdras
dolens, eleemoſynas ⁊ ieiuniū predicauit: ⁊ vxo
res alienas cū ipſoꝝ liberis eijci mādauit: ⁊ ſic
filios iſrael a gentilibꝰ populis, q̄bꝰ mixti erant,
Moralitas ſeparauit. ¶ Sic vere videt hodie, ꝙ noſtri ſa-
cerdotes ⁊ leuite ⁊ viri eccleſiaſtici ſil'i modo pec
cāt: q2 ſcʒ ppl'is terraꝝ. i. ſecularibꝰ negotijs ſe
implicāt: ⁊ ſic ſemē ſanctū, ſcʒ ſeipſos, q̄ deberēt
eſſe ſancti, cū ppl'is cōmiſcere vident: inquantū
Eſa. 24. a ſeculariū actibus ⁊ moribꝰ ſe ɔformant, vñ Eſa.

Sicut populus, ſic ſacerdos. Pſal'. Commixti Pſ. 150. f
ſunt inter gētes: ⁊ didicerūt opera eoꝝ: ⁊ ſeruie-
rūt ſculptilibus eorū: ⁊ factū eſt illis in ſcādalū.
Et qđ plus eſt: iſti de filiabus iſtorū chananeorū
i. ſeculariū, vxores ⁊ cōcubinas ſibi accipiūt: ex
quibus cōtra legē dei ⁊ mādata filios adulteri- b
nos ꝓducunt. Et in hoc nō ſolū inferiores, imo
etiam magiſtratus ⁊ principes. i. doctores ⁊ p̄la
ti ⁊ ſuperiores in trāſgreſſiōe hac primi ſunt: et
in hoc ceteris plꝰ delinquūt. Ut ſic iam pōt dici
de talibꝰ illud Gen. Uidētes filij dei filias hoim Gen. 6. a
ꝙ eſſent pulchre, ceperūt ſibi vxores ex omnibꝰ
quas elegerāt ⁊c. Quid igit dʒ facere Eſdras. i.
bonus prelatus? Pro certo ipſe dʒ tales vxores
⁊ eorū liberos. i. tales ɔcubinas et earū ſpurios
de iſraelitarū. i. de clericorū domibꝰ eijcere: ⁊ ſic
ſemē ſanctū ab alienigenis. i. clericos a ſeculari-
bus, ⁊ maxime a mulieribꝰ ſeparare. Dicat igit
Eſdras. i. bonus prelatꝰ cuilibet tali fornicario
illud Gen. Eijce ancillā ⁊ filium eius. ¶ Uel dic ꝙ Gen. 21. a
vxor alienigena eſt officiū vel dignitas ſecula- Aliter.
ris: cui ſcʒ hodie filij iſrael. i. viri eccleſiaſtici li-
bēter nubūt: ⁊ ſe in negocijs ⁊ dignitatibꝰ ſecu-
lariū atq̄ principū libenter implicāt ⁊ mergūt.

¶ Moralitatū libri primi Eſdre. Finis.

## Moralitatum Liber decimuſquintus tertij libri Eſdre.

## ¶ Capi. iij. Textus.

**Rex Darius fecit cenā magnam oībus
vernaculis ſuis. Moralitatū Cap. j.**

SIcut dicitur
tertio Eſdre ca. iij. Cubicu
larij tres regis perſarū, ꝓ-
miſſo a rege p̄mio meliꝰ re-
ſpōdenti, de queſtiōe forti- c
tudinis diſputauerūt: ⁊ q̄
res ſit in mūdo fortior, di-
uerſimode rñderunt. Unꝰ
igit vini fortitudinē p̄dica
cauit: alius regis potentiā fortiorē rebus omni-
bus aſſeruit: alius mulieres fortiores rebꝰ cete-
ris eſſe dixit: veritatē autē ſuper omnia p̄uale-
re aſſeruit. Iſte igitur qui pro mulieribꝰ locutꝰ
eſt, premiū promiſſum obtinuit: ⁊ quicquid ſta- Morali-
tuit petere, reportauit. ¶ Iſta poſſunt allegari, tas.
ꝙ hodiernis temporibꝰ in curijs regū et princi-
pū quilibet certat regi ſapientiꝰ rñdere ⁊ placē-
tiora dicere, ad illū finē ꝙ poſſit premium repor d
tare. Sed ꝓ certo iſta videtur hodie veritas ꝙ
illi qui cōmendant hodie mulieres. i. qui domi-
narū acquirunt gratias ⁊ fauores ceteris prefe
runtur: ⁊ premiū nō ſolū ab ipſis dominabꝰ, imo
etiā ab ipſis regibꝰ ⁊ dominis cōſequunt. Unde
verſificator dicit. Regna regunt vulue: clamat
gens to a, ſimul ve. ¶ Dic, ꝙ rex babylonis eſt Aliter.
diabolus, q. ſ. in hoc mūdo tres cubicularios ha D
bere dicitur, eo ꝙ tria genera peccatorū ſibi p̄re-
cipue famulātur, ſcʒ auari, qui cōmendant vinū,
ideſt diuitias, que inebriāt et execant cor huma-
num. Ambitioſi et ſuperbi: qui cōmendant regē
i. eminentias. Luxurioſi, q̄ cōmendāt mulieres
ideſt delitias. Uide ſupra lib. xv. cap. de deabus
et pomo diſcordie. ¶ Uel dic ꝙ inter ſeruos re- Aliter.
gis chriſti, ille qui mulieris, ideſt beate virginis
laudem ⁊ fortitudinem predicat: ⁊ qui verita-
tem diligit et cōmendat: a rege chriſto amplius

Eccli.16.a donum reportat. Mulieris aūt bone benedictꝰ
Eodē ca.i vir. ¶Hic.c.tertio habes/ꝙ tres erant iuuenes
cuſtodes corporis Darij:quibꝰ ꝓmiſſum erat a
rege/ꝙ ille q̇ de vna queſtione ſibi a rege tradi-
ta ſapientius rn̄deret,dona ꝗ̄ plurima reporta
ret. Cuiuſcūqꝫ inquit apparuerit ſermo ſapien-
tior,dabit ei Darīꝰ rex dona magna.ſ.purpura
operiri/in auro bibere/⁊ ſuper aurū dormire:et
currū aureū/frenū ⁊ cydarim byſſinā/⁊ torquē
circa collū:⁊ ſcdo loco ſedebit a rege propter ſa
pientiā:⁊ cognatꝰ regis vocabit̄. Et ſequitur ꝙ
zorobabel vnꝰ triū qui veritatē comēdauit/oīa
Moralitas. iſta a rege dario reportauit. ¶Rex iſte dariꝰ q̇
3.eſdre.3.b interpretat̄ fertilis vel augmentatus ſignificat
deū/q̇ in omnibꝰ eſt fertilis ⁊ abundās. Rex da-
rius fecit cenā magnā. Iſta eſt igit̄ veritas:ꝙ il-
le qui veritatē diligit ⁊ cōmēdat,⁊ cuiꝰ ſapiam
ipſe rex deꝰ approbat ⁊ acceptat:ſicut eſt homo
ſanctꝰ/ q̇ nō de vino ⁊ rege/id eſt non de affluen-
tia vel eminentia ſpeciali tractat:ſed ad verita-
E tem creatā ⁊ increatā ſapientiā ſuā ordinat ⁊ſoi
latat, ab iſto rege ſuo finaliter gloriā et hono-
rē reportat. Magna eſt inq̄t veritas et preua-
let. Iſte enim finaliter purpura/id eſt regali di-
gnitate veſtitur:auro diuine ſapientie potatur:
et ſuper illud aurū dormire ⁊ quieſcere perpe-
tuo comprobatur: currum aureū/id eſt corpus
glorificatum habebit:freno aureo/id eſt diuina
Eſa.48.b laude gaudebit. Eſa. Laude mea infrenabo te:
circūdari byſſina.i.mūda ⁊ clara maieſtate fulge
zach.3.b bit. Zacha. Ponite cydarim mundam ſuper ca-
put eius:torques aurea,id eſt charitate feruēti
ornabit̄ in ſede perpetue quietis ⁊ ſecuritatis:
iuxta regē chriſtū locabit̄:cognatꝰ ⁊ amicꝰ per-
Joh.15.b petuo vocabit̄. Unde dicitur. Iam non dicā vos
ſeruos,ſed amicos. Igit̄ vera ſapientia que eſt
de eternis,nō de terrenis:que philoſophizat de
veritate,⁊ non de vanitate:⁊ quā ſolam rex ap-
probat ſcilꝫ chriſtus:omnes autem alios repro-
bat:tali premio dotat̄:⁊ poſſeſſores ſui ad talē
Pro.1.a gloriā promouentur. Unde in Prouer. dicitur
ꝙ per ſapientiam addetur capiti tuo gratia ⁊c.
Aliter. ¶Uel dic ꝙ modernis temporibus illi qui ſunt
regū cubicularij et familiares:illi qui apud eos
reputantur ſapientiores,diuitijs ⁊ honoribus
pre alijs abūdant:in auro bibunt:⁊ in auro per
auariciam mentaliter cubant:cydarim dignita-
tum etiam obtinent:purpura,id eſt veſtimentis
precioſis ſe induunt: iuxta reges ⁊ in altis offi-
cijs et dignitatibus ſedent:cognati et amici re-
F gum vocantur: et in omnibus clari apparent.
Ueruntamen ibi dicitur ꝙ iſti curru vehuntur:
⁊ torque circa collum ligantur: ad denotādum
ꝙ ſtatus illorum nō eſt ſtabilis,ſed ad modum
currus vertibilis ⁊ volubilis. Unde dicitur. Im
1.reg.25.e pij rotabuntur quaſi rota. Torques etiā/id eſt
tortura diuerſarum ſollicitudinum et timorum
Job.17c iſtos ſtringit. Unde Job. Cogitationes mee diſ
ſipate ſunt torquentes cor meū. Et ad literā fi-
naliter etiam quandoqꝫ accidit: ꝙ torques per
ſuſpendium ipſos ſtringit:ſicut de multis ſapiē
tibus regum officialibus,conſiliarijs quotidie
cernimus:quos quādoqꝫ poſt altas dignitates
torqueri et ſuſpendi videmus:⁊ ſic torques au-
rea in torquē cānabeū trāſformatur. Eccli. Ser
uo maliuolo tortura ⁊ compedes. ¶Hic dicitur
Eccli.35.c ꝙ nihil vino fortius et efficacius. Habet enim
Eodem ca. vt ait,mentem decipere,mentē effeminare,men-
tem in ſecuritatem vertere:mentem iocundare,
omnem triſticiam effugare. Fraternitatē ⁊ ami
citiam facit obliuiſci:gladios ſumere,et omnia
per talenta loqui. ¶Iſta oīa poſſunt applicari
ad vinū male ſumptum: ſcꝫ ad ebrietatē:q̄ pro
Moralitas. certo iſta eſt que mentē per errorē ⁊ inſipiētiam

decipit:⁊ q̄ verticem.i.ſapiam eneruat. Pſ̄. Tur- Pſ̄.106.c
bati ſunt ⁊ moti ſunt ſicut ebrius:⁊ oīs ſapientia
eorum deuorata eſt. Securitatē p̄ſumptionis pa
rit:vanā leticiā inducit:triſticiam ⁊ timorē effu-
gat:p̄ſentiaqꝫ ⁊ futura infortunia obliuiſci facit G
amicitiā facit frāgi:gladios p furorē ⁊ iracūdiā
facit accipi:⁊ ad literā plus q̄ deceat facit loqui.
Ebrij em̄ p talenta loqui dicunt̄/inquantū quid
dicant nō p̄meditantur:ſed quicquid habent in
corde,ſimul eructāt ⁊ effantur. Unde in communi
dictum gallicū eſt de homine q̇ effrenate ⁊ incon
ſiderate loquit̄. Il parle a iauelles.i.ipe loquit̄
per faſciculos. Unde dicit̄. Totū ſpiritū ſuū p Pſ̄.19.b
fert ſtultus:ſapiens aūt ſeruat in poſterū. Eccl's Eccl's.10.d
Stultus verba multiplicat. ¶Uel dic de vino de Aliter
liciarū vel affluentia proſperitatis. ¶Uel dic ꝙ Aliter
vinum eſt diuina prouidentia ſeu ſpes:fides vel
cōſolatio ſpiritualis:q̄ iſta eſt que mentem deci-
pit:inquantū ſcꝫ facit ſperare vel credere qđ non
videt:mentem effeminat per timorem:aſſecurat
p ſpē:letificat per ſpirituale gaudium ⁊ timorem
⁊ amicitiam ⁊ fraternitatem:⁊ omnem pſonarum
acceptionem facit obliuiſci ꝓpter iuſticiā:gladiū
verbi ⁊ orationis facit ſumere,⁊ ſpiritualem au-
daciam:⁊ p talenta facit loqui per ſpiritualē fer
uorem ⁊ eloquentiam. Unde in Prouer. Da vinū Pro.31.a
his qui amaro ſunt animo,vt bibant ⁊ obliuiſcā
tur egeſtatis ſue.

## ¶Capitu. iiij. Textus.

**Et incboauit ſequēs dicere,qui dixit de fortitudine regis. Moralitatū Ca. ij.** H

HIc agitur de
potentia regis:⁊ dicitur ꝙ
rex omnibus precellit: bel-
latores mittit,qui miſſi vbi
cunqꝫ voluerit ꝓperant:mō
tes turres ⁊ muros lace-
rāt:p̄das rapiūt ⁊ accumu-
lāt:quas tandē ad regē por
tāt. Iugulant̄ ⁊ iugulāt:et
pro ſuis dominis morti ſe exponūt. Agricole tri
buta,fructus regibus afferunt:⁊ cum omnes p
ipſis laborare nō ceſſent,ipſi tamē in letitia bi-
bunt dormiunt ⁊ recumbunt. ¶Iſta ad literā Moralitas
poteſt applicari ad modernos reges,tam eccle-
ſiaſticos q̄ ſeculares:quia pro certo iſti bellato-
res,ideſt balliuorū multitudines nutriunt:qui
mōtes, turres,muros,ideſt generaliter omnes
bonos ſubditos p contemplationē altos,p cōſtā
tiam fortes ⁊ ſolidos impugnant,⁊ exactioni-
bus diripiunt:predas ⁊ exactiones quas extor-
quent ab alijs,ad magiſtros ſuos ferunt. Et ad
literam ſepe fit ꝙ pro mandatis magiſtrorum
ſuorum exequendis alios iugulant ⁊ affligunt:
ſed finaliter ipſi iugulantur. Quod etiam fa-
miliariter accipiendo videmus, ꝙ iſti ſubdi-
tos ſcilicet exactionibus ſuis iugulant:⁊ tamē
ſepe fit ꝙ ipſi ſimiliter iugulantur,et per infor- Mat.7.a
tunia deficiunt ⁊ ſuccumbunt. Unde dicitur. Ea-
dem menſura qua menſi fueritis,remetietur vo
bis. Et breuiter iſta eſt veritas,ꝙ tam mulieres I
q̄ agricole,tam pauperes q̄ diuites,pro regi-
bus,prelatis ⁊ ſuperioribus dominis,⁊ ipſorum
negocijs ſeu vtilitatibus laborant:ipſi vero ſine
labore viuunt, dormiunt ⁊ triumphant. Pſ̄. In Pſ̄.72.a
laboribus hominum non ſunt,⁊ cū hominibus
non flagellabuntur. Ideo tenuit eos ſuperbia: Aliter.
operti ſunt iniquitate ⁊ impietate ſua. ¶Uel dic
ꝙ rex eſt chriſtus cuius milites fuerunt apoſto-
li ⁊ martyres:qui predicando peccatores iugu-
larunt, inq̄tum exteriorem hominem et vitam

carnalē in eis occiderūt:predaſq;/id eſt animas
quas a diabolo rapuerunt/ad eum per fidē ⁊ pe
nitentiā detulerunt:qui tñ finaliter per tyrānos
corporaliter iugulati fuerūt/qui gladio ꝑcutit/
gladio peribit.Apl'i em̄ ⁊ primi eccleſie fundato
res:q̄ gladio verbi peccatores percuſſerunt/gla
dio per tyrannos ⁊ impios corporaliter perie-
runt.Agricole etiā/id eſt fideles cōfeſſores/do-
ctores:tributa virtutū ⁊ bonorū operū de agro
ſacre ſcripture/tributa bonarū doctrinarū ad
regem chriſtū ſuum deferunt:⁊ ipſo in paradiſo
Ps.43.b qui eſcente/hic pro ipſo laboribus ſe exponunt.
Pſal.Propter te mortificamur tota die.

## ¶Ex capi.iiij.Textus.
### Tertius qui dixerat de mulieribꝰ ⁊ veritate.Moralitatum Cap. iij.

B Hic dicit ꝙ mulieres ceteris rebꝰ fortiores
ſunt.Et ad hoc probādū ad-
ducitur/ꝙ mulieres reges et
ſubditos generant plantato-
res vinearum:educunt telas
ac ſtolas pro veſtiendis homi
nibus faciunt:glorie ſunt hominum:et ab ipſis
nequaq̄ homines ſe ſeparāt:ſed auro ⁊ argēto
dimiſſo mulieribꝰ formoſis ſe precipue delectāt
Iſtas etiam patribus ⁊ matribꝰ preferūt:⁊ pro
ipſis latrocinia ⁊ rapinas faciētes,⁊ in magnis
periculis ſe ponentes ad vxores ⁊ amicas ꝑdas
deferūt. Multiq; ꝑpter mulieres iugulati per-
ierunt,⁊ peccauerūt.Et cōcludit ibidē:ꝙ proin-
de ſcire nos oportet ꝙ mulieres dominantur.
Moralitas. ¶Iſta poſſunt exemplariter allegari de poten-
tia ⁊ fallacia ⁊ mulierū:quia iſta eſt veritas,qđ
iſte hodiernis temporibus viris dominantur:et
ꝙ ipſos ad amorē taliter alliciunt ſuū ꝙ nec ab
Gen.2.b eis faciliter ſeparantur:ſed potius patrē ⁊ ma-
Aliter. trem pro eis dimittētes,mulieribꝰ adherere no
ſcunt.¶Ad literam etiam patet ꝙ mulieres ſu-
per oīa dilectores ſuos attrahūt:pro ipſiſq; enu
triēdis multa furta ac latrocinia faciūt:multaq;
ſcelera pro ipſis cōmittunt inſaniq; et demētes
pro eis fiunt:⁊ varijs periculis ſe exponūt:ita ꝙ
temporaliter ⁊ ſpiritualiter pro eis pereunt et
ſuccumbunt. Unde illud Eccli. Propter ſpeciē
Eccli.9.b mulieris multi pereunt ⁊ perierunt.Iſte igitur
hominibus ſcȝ fatuis dominantur:quod maxi-
me patet inter coniuges, vbi plerunq; maritis
C ſuis principantur.Ideo Theophraſtus ad ſo-
cium ſuū ſcribit.Det tibi omnipotens deꝰ omni-
potentis femine fallacia non falli.

## ¶Ex capi.iiij.Textus.
### Et inchoauit loqui de veritate.Moralitatum Capitulum iiij.

Hic ſuperadditur
de veritate:⁊ dr̄ ꝙ veritas manet ⁊
viuit ⁊ inualeſcit,⁊ obtinet magna
Fortior eſt em̄ pre oībꝰ:⁊ non eſt in
ea quicq̄ iniquū,nec acceptio per-
ſonarum nec differentia:que iuſta ſunt facit in-
iuſtis,⁊ omnia benigniter in operibꝰ eiꝰ.Omnis
igitur terra prout ait,veritatem inuocat:⁊ celū
etiā ipſam benedicit.¶Iſta omnia poſſunt ad li
Moralitas. terā dici de illo qui eſt via,veritas ⁊ vita:ſcȝ de
chriſto,vel de quolibet iuſto ⁊ vero iudice ⁊ pla
to.¶Uel dic ꝙ hic ꝑprie deſcribunt̄ cōditiones
Aliter. veritatis.Iſta enim manet ⁊ inualeſcit,viuit,ob-
tinet atq; manet,vt ſupra. Super oīa vincit ve-
ritas:et iſta fortior omnibus dicitur:quia veri-
tas et innocentia quadam occulta veritate,q̄ꝑq̄
tardent,finaliter preualere noſcuntur. Ueritas
igit̄ abhorreret omnē iniquitatē acceptionenq;
perſonarmu,et omnē duplicitatem,et omnibus
q̄ꝑq̄ iniuſtis et peccatoribus conſueuit facere
iuſticiam et equitatem. Iuſticia enim veritatem
habet pro directione:veritas vero iuſticiam ha-
bet pro executiōe.Ueritas eſt lucerna et regula D
directiua:iuſticia vero executrix eſt vis regule
executiue. Ps.Ueritas de terra orta eſt : et iuſti Ps.84.b
cia de celo proſpexit.Nunq̄ enim poteſt bene fie
ri iuſticia:niſi veritas ſciatur,⁊ niſi ſcita ſequa-
tur.Unum tamen attende quod ſcilicet omnia
benignantur in operibus veritatis:quia.ſ.tāta
eſt veritatis virtus,ꝙ inimici veritatis benignā
tur,et complacent ſibi in veritatis operibus : ⁊
dato ꝙ mediante veritate contra ipſos aliquid
agatur:ipſam tamen veritatem occulte appro-
bant,et eius preualentiam magnificant. Bene
igitur ſequitur/ꝙ omnis terra veritatem inuo-
cat,et celum ipſam benedixit: benedictus deus
veritatis:ſequitur ergo. Magna eſt veritas,et
preualet.

¶Moralitatum Tertij libri Eſdre Finis.

# Moralitatum Liber decimusſextus quarti libri Eſdre.

## ¶Capitulū ij.Textus.
### Hec dicit dñs. Ego eduxi ppl'm iuſtū de ſeruitute.Moralitatū Cap. j.

Uincentius in E
ſuo ſpeculo hiſtoriali in-
ſerit:quod preter duos li-
bros Eſdre/q̄ in ſacre ſcri-
pture canone continentur
tres alij eiuſdē libri inue-
niuntur,qui inter ſcriptu
ras apocryphas numerā-
tur.Quia tñ vt ait : aliqui
ſancti doctores in ſcripturis ſuis verbis ibidē
contētis qñq; inueniuntur vſi fuiſſe:ſicut eſt il-
lud qđ Auguſtinus in homilijs recitat. Moriet̄
filius meus ieſus ⁊c. Ideo Uincentius de dicto
libro aliq̄d voluit excerpere/⁊ p̄dicto ſuo operi
aggregare.Ego etiā aliquas figuras ibidē ⁊ vi
ſiones poſitas moralizo:⁊ ipſa in hoc volumine
ſuperaddo.Quia in iſtis ſupra tertio ⁊ quarto
libris Eſdre/ſupponit ipſum de multis ⁊ varijs
prophetaſſe:non videt̄ mihi mirabile/ſi prophe
ta fuiſſe creditur:qui legem dñi a chaldeis ſuc-
cenſam diuinitus reparauit : modū ſcribendi a
dextra in leuā inuenit/⁊ nouas literas hebreis
tradidit.Unde etiam ſcriba velociſſimus in le-
ge domini dictus fuit. Igit̄ cap.ij.huius quarti
introduxit dñm ad hieruſalē ſic loquentē. Ma-
ter cōple filios tuos:et confirma pedes eorum/ F
quia elegi eos/⁊ educam eos:⁊ ſuſcitabo te de
monumētis ſuis:et mittam tibi adiutoriū pue-
ros meos Eſaiam et hieremiam:ad quorum cō
ſilium ſanctificaui tibi,⁊ comparaui duodecim
arbores oneratas diuerſis fructibus,⁊ duode-
cim fontes lac et mel fluentes:⁊ ſeptem montes
immenſos habentes roſas et lilia:in quibus re-
plebo gaudio filios tuos.¶Uere ſic videtur qđ Moralitas.
deus alloquitur eccleſiam matrem noſtram.
Monet enim vt filios ſuos,id eſt fideles in vir-
tutibus compleat:⁊ ꝙ pedes eorum,id eſt affe-
ctus ⁊ deſideria in bono confirmet:promittens

ꝙ ſi hoc fecerit:ipſos de ſepulchꝛis.i.de oppreſ-
ſione paupertatis et tribulationis:vel de ſepul-
chꝛis/id eſt de fecibus vitiorū carnalis imper-
fectiōis leuabit,⁊ ad ſtatū gratie ac glorie tam
tēporalis ꝙ̄ ꝑpetue ſuſcitabit. Si em̄ mater ec-
cleſia i virtutibꝰ filios cōfirmaret,ſtatim adeſſet
dn̄s qui tēporaliter ⁊ ſpūaliter ſuſcitaret. Pſal.
pſ.112.b Suſcitās a terra inopē.Talibus igitur ſuſcita-
tis et cōfirmatis/cōpletis ⁊ perfectis ꝓmittunt
duodecim arbores.i.duodecim articuli fidei:qui
duodecim fructibus ſpiritus/quos Apoſtolus
Gal.5.d nominat/ſunt empti.Apoc.Ex vtraqꝫ parte flu-
apo.22.a minis lignū vite afferēs fructus duodecim per
menſes ſingulos. Promittit etiā fontes duode-
cim.i.duodecim opera pietatis ſex corporalia ⁊
ſex.ſpiritualia:que lacte ⁊ melle/id eſt dulcedine
G cōſolatiōis ⁊ cōpaſſionis ſunt plena.Exo.Uene
Exo.15.c rūt in helim vbi erāt duodecim fontes ⁊ ſeptua
ginta palme.Item iſtis promittunt ſeptē mōtes
immēſi.i.ſeptē ſacramenta vel dona ſpūſſancti:
que.ſ.roſas ⁊ lilia dicunt habere,inquantū ro-
ſis ⁊ ſanguine.i.patiētia martyrū ⁊ apoſtolorū,
lilijs vero.i.mūdicia ⁊ caſtitatis ⁊ nitore virgi-
nū ⁊ cōfeſſorū ſunt multipliciter decorati.Pſal.
Mōtes in circūitu eius. Sic igit dico/ꝙ deꝰ iſti
pſ.124.a matri eccleſie ⁊ filijs ſeu deuotis fidelibus ſuis
dat duodecim arbores/quibꝰ cibant:duodecim
fontes/quibus potant:mōtes/vt in eis inter ro-
ſas ⁊ lilia ſpaciētur.Unde Eſa.haurietis aquas
i gaudio de fontibꝰ ſaluatoris. ¶Uel dic ꝙ duo
decim arbores ſunt plati:qui duodecim apoſto
lorū ſunt imitatores:⁊ fructibꝰ bonorū operū/
Eſa.12.a exēplorū ⁊ elemoſynarū ſunt ſubditorū ⁊ pau-
perum nutritores.Duodecim fontes ſunt pre-
dicatores ⁊ doctores ecclaſtici.i.duodecim ar-
ticulos credentes:lac ⁊ mel.i.dulcedinem ſcien-
tiarum diffundentes.Septē mōtes ſunt viri re
ligioſi contemplatiui/ſurſum in celo mentaliter
Aliter. manētes,⁊ roſa patientie lilijſqꝫ caſtitatis nitē-
tes.Iſti ſunt igitur qui filios eccleſie,ſcꝫ fideles
ſeculares,ſimplices verbo ⁊ exemplo nutriunt
ipſos potant doctrinis ⁊ erudiūt,⁊ eos recreāt
eze.34. et reficiunt. Unde de ipſis dicitur. In riuis et
cunctis ſedibus terre:in paſcuis vberrimis et
H montibus excelſis iſrael erunt paſcua eorum.
Eodē ca.b ¶Hic docent plura opera pietatis tam negati-
ue ꝙ̄ affirmatiue.Uiduā inquit iuſtifica:pupil-
lo iudica:egēti da:orphanū tuere:nudum veſti:
cōfractū ⁊ debilem cura:claudum noli irridere:
tutare mancum:⁊ cecū ad viſionē claritatis mee
admitte:ſenē etiā ⁊ iuuenē intra muros tuos cō
ſerua:mortuos ſepeli:⁊ dabo tibi ſeſſionē pmā.
Breuiter quicūqꝫ opera pdicta pietatis exequit
in prima ſeſſione,id eſt in eterna gloria premia-
ri meretur.Unde dicitur in Apocalypſi.Beatus
apo.20.b qui habet partem in reſurrectione prima.

## ¶Capitulū v. Textus.

De ſignis autem:Ecce dies venient/in
quibus apprehendentur qui inhabi-
tant terram in cenſu multo.Moralita-
tum Capitulum v.

Inter ceteraque
archāgelꝰ reuelauit Eſdre ꝓ-
phete, hec quoqꝫ dixit. Re-
luceſcet ſol ſubito noctu,⁊ lu-
na meridie ⁊ de ligno ſanguis
ſtillabit:et lapis dabit vocem:
⁊ populi commouebuntur:et
ſperabunt in quem non ſperant qui habitāt ſu-
per terram:⁊ volatilia commutationem faciēt:
⁊ mare ſodomiticū piſces rejciet:ignis frequē- A
ter remittetur:beſtie agreſtes tranſmigrabunt
regionem ſuam.¶Iſta prophetia videtur pro- Moralitas.
prie pertinere ad Chꝛiſtum et ad tempora eius
quia tunc ſol iuſticie Chꝛiſtus dei filiꝰ noctu na-
ſcendo emicuit: luna perfecta ineternum/id eſt
ipſius Chꝛiſti humanitas:meridie/id eſt per lō-
gum vite ſue ſignis et miraculis reſplenduit:li-
gnum crucis in paſſione ſanguinem ſtillauit:la-
pis qui in morte eius fixus eſt:vocem/id eſt ſtre
pitum dedit:et tandem ille de quo non ſperaue-
runt habitantes ſuper terram/id eſt iudei:chꝛi-
ſtus dei filius regnauit:inqꝫtum fidem multipli- Eccli.11.a
cās in regno eccleſie imperauit.Unde Eccli.In- Hie.23.a
ſuſpicabilis portauit diadema. Et Hiere. Re-
gnabit rex ⁊ ſapiens erit:⁊ ignis charitatis per
mūdum erupit:volatilium/id eſt apoſtolorum
cetus de iudea ad gentes tranſiuit:et ſic de pro
prijs ſedibus tranſmigrauit.Ipſum mare ſodo
miticū.i.iudea/mutata erit ⁊ amara:⁊ piſces.i.
viros deuotos/⁊ ſanctos.i.apl̄os repulit:⁊ tūc
grex ferarū ſylueſtriū ⁊ gētiliū de regiōe ſua/et
de infidelitatis ſtatu ad fidē catholicā tranſmi-
grauit.Un̄ Hiere. A volucre celi vſqꝫ ad pecora Hier.9.c
tranſmigrauerūt.¶Uel dic moraliter/qn̄ ſol dīē Aliter.
fidei ⁊ intelligētie/⁊ luna ſue rorifiue gratie no
ctem ignorantie peccatorē illuminat:et meridiē,
id eſt ardorem ſue concupiſcentie refrigerat et B
humectat:tūc lapis,id eſt cordis ſui duricia vo
cem confeſſionis emittit:lignū ſue clemētie ſan-
guinem benignitatis ⁊ elemoſyne in pauperes
effundit:mare ſodomiticum,id eſt ſua caro im-
munda:piſces ſuos,id eſt delicias carnales rejj-
cit:volatile autem eius,id eſt omnis vanitas et
ſuperbia ab ipſo recedit:ignis charitatis in eo
ſuccendit:et beſtie agreſtes,id eſt beſtiales mo-
tus ab eo elongant. Unde illud Dan̄. Fugiant
beſtie que ſub ea ſunt,et volucres de ramis eiꝰ. dan̄.4.b
¶Hic dicitur ꝙ in aquis dulcibus ſalſe inueniū- Eodē ca.c
tur:⁊ amici cōtra ſe inuicem pugnabunt:⁊ abſ-
condetur ſenſus,et intellectus ſeparabitur ⁊c.
¶Iſta hodie videntur impleta:quia ſemper in Moralitas.
aquis dulcibus ſalſe inueniuntur:id eſt cū per-
ſonis bonis mali,cū fidelibus heretici,cum do-
meſticis proditores,cum ſimplicibus detracto-
res:iam igitur amici inuicem contendūt:ſenſus
et ratio confunduntur:intellectus et ſapientia
hebetantur.Unde dicit Eſa.Peribit enim ſapiē- Eſa.29.c
tia a ſapientibus eius:et intellectus prudentiū
eius abſcondetur.

## ¶Ex eod. cap. Textus.

Dominator dn̄e ex omni ſylua terre et
omnibus arboribus eius. Moralita-
tum Capitulum iij.

Eſdras miro C
modo alloquitur dn̄m,di-
cēs.Dominator iquit dn̄e
ex oī ſylua terre,ex oībus
arboribꝰ elegiſti tibi arbo
rē vnā: ex omnibꝰ vineis
elegiſti tibi vineā vnā: ex
omni terra orbis elegiſti
tibi foueam vnā:ex omni-
bus floribꝰ elegiſti tibi liliū vnū:ex oībus abyſ-
ſis maris repleuiſti tibi riuū vnū: ex oībus edi
ficatis ciuitatibus elegiſti tibi ſion: ex omnibꝰ
creatis volatilibꝰ nominaſti tibi columbā vnā:
ex cunctis plaſmatis peccatoribꝰ prouidiſti ti
bi ouem vnam:et ex cunctis multis populis ele
giſti tibi populum vnum,et ab omnibus proba-

tam legē donaſti huic quaſi deſiderāti pplm vel
Moralitas. pplo. ¶ Iſte vnitates vident poſſe applicari et
exponi de vnitatib⁹ nre legis: qr dn̄s ad lrām de
cūctis mūdi ſyluis elegit ſibi arborē vnā ſcʒ cru
Job.7.c cē/vt in illa ſuſpēderet. Vn̄ Job. Elegit ſuſpen-
diū aīa mea/ꝛ mortē oſſa mea. Vn̄ de cruce canit
Nulla ſylua talē profert ꝛc. Itē de oib⁹ vineis.i.
de oib⁹ mūdi ſectis elegit vineā.i. ſectā vnā chri
ps.79.b ſtianorū ſcʒ vt i ea ſalutē operaret. Pſal. Vineā
de egypto trāſtuliſti: eieciſti gētes ꝛ plātaſti eā.
Dux itineris fuiſti in conſpectu ei⁹/ꝛ impleuiſti
terrā. Itē de omni terra foueā vnā.i. ſepulchrū
ps.131.e vt in eo ſepeliret. Vn̄ ps. Hic habitabo/qm̄ ele-
gi eā. Itē ex omnib⁹ floribus liliū vnū/id eſt vir
D ginē glorioſam vt ſub ea obumbraret/ꝛ in ea de
lectaret: qui canit in Cant. Ego flos campi ꝛ li-
Can̄.2.a liū ꝯualliū. Itē ex abyſſis ſcientiarū elegit riuū
vnū/ſcʒ ſacrā ſcripturā: vt in ea popul⁹ ipſi⁹ ſa-
ps.35.b tiaret. Pſal. De torrēte voluptatis tue potabis
eos ꝛc. Vel riuū/id eſt iordanē vt in eo baptiza-
4.Re.5.c retur. Unde dicit. Vade lauare ſepties in iorda-
ne. Itē ex omnib⁹ volucrib⁹ columbā/id eſt ex
Can̄.6.c omnib⁹ eccleſijs eccleſiā/ſcilʒ catholicā romanā
vt in ea collocaret. Unde dicitur in Can̄. Una eſt
columba mea. Itē ex omnib⁹ pecorib⁹ ouē.i. ex
2.reg.12.a omnib⁹ animabus animā chriſtianam/vt ab ea
amaretur. Unde dicitur. Pauper autē nihil ha-
bebat niſi ouem vnā. Itē ex mundi populis ele-
git populum vnū, ſcilicet populum iſrael vt ab
amos.3.a eo crederetur. Unde Amos. Filij iſrael tantūmo
do vos cognoui. Item elegit vnā legem/ſcilicet
fidem catholicam/vt mundo notificaretur. Vn-
ephe.4.b de Apoſtolus. Unus deus/vna fides. ¶ Hic ha-
bemus ꝙ angelus loquens Eſdre reprehende-
bat eum/ex hoc ꝙ ſecreta dei nitebatur inueſti-
gare, de domino et de proſperitate gentilium cō
queri/et de filiorum iſrael captiuitate/labore et
dolore: maxime cum ipſe gentes non eſſent filijs
iſrael meliores/ſed potius nequiores. Hic igit
circa hoc alloquitur angelus Eſdram/dicens.
E Nunquid magis diligis populum tuum ꝙ̄ deus
Morali- qui creauit illum? Acſi diceret. Non. ¶ Illud po
tas. teſt induci contra illos qui non conſiderant oc-
culta dei iudicia: et qui de miſerijs pauperum/ꝛ
de moleſtijs innocentum/ꝛ de proſperitate ma-
lorum contra dn̄m conquerunt: quia illi debent
cogitare ꝙ ille q̄ creauit illos, dn̄s multo plus
diligit, ꝙ̄ aliqua creatura: et ideo nō debet ho-
mo ipſis magis compati ꝙ̄tum ad profundam
meditationem: ꝙ̄ ille eis compatitur qui ipſorū
Eccls.5.b habet curam et creationem. Unde dicit Eccleſia
ſtes. Si videris (inquit) calumnias egenorū, non
mireris: quia excelſo excellentior eſt.

## ¶ Ex capitulo v. d. Interroga eam que parit: ꝛ dicet tibi. Moralitatum Capitulum iiij.

Angelus loquēs Eſdre, volens oſtēdere quāto
mundus amplius ſeneſcit, tā-
to homines ſunt corpore mi-
nores/virtute debiliores, et
in morib⁹ nequiores. Introdu
cit exemplum de muliere, que
in iuuentute filios fortiores generat ꝙ̄ in ſene-
ctute: quoniā quidem mulier diuturni part⁹ de
bilitat in ſenectute: ꝛ per conſequēs debiliores
pueri generant. Et ſic dicit, ꝙ mundus iuuenis
meliores ꝛ maiores homines produxit ꝙ̄ nunc
mundus ſenex. Ideo ad idem dicitur, quod
F ipſa priora meliora fuerunt. Ideo Bern̄. dicit,
qd̓ quāto plus viuimus, tanto plus peccamus,

Idē vero Eſdras dicit: ꝙ quāto inualidū ſeculū 4.eſdre
ad ſenectutē tēdet, tāto multiplicabunt mala ꝛc. 13.b

## ¶ Capitu. vij. Textus. Et dixit ad me: Initio terreni orbis, ꝛ anq̄ ſtarent exitus ſeculi. Mora. Ca. v.

Capitulo iſto agi-
tur de futura reſurrectiōe: ꝛ dr̄ ſic.
Anniculi īfantes loquunt vocib⁹
ſuis; ꝓgnātes imaturos pariēt fe
tus: ſubito ſeminata loca appare
būt: non ſeminata ꝛ pulchra ꝓm-
ptuaria ſubito apparebūt vacua:
amici ꝯ amicos ꝓeliabunt: vene fontiū ſiccabū
tur. ¶ Iſta tempora vident ſpiritualiter aduenīſ
ſe: quia iāʒ videmus ꝙ aueri anniculi, id eſt iuue
nes homines ꝛ ignari: iā ſumunt autoritatem lo
quendi: multiloquio, ſtultiloquio ꝑ ceteris abun Moralitas
dant: cum tamē dicatur Eccli. Adoleſcens in cau
ſa tua loquere vix. Pregnantes, id eſt matres no
ſtre prelati: iā imaturos fetus id eſt inſufficiētes Eccli 32.b
ꝛ inſipientes perſonas pariunt: ſeminata loca et
promptuaria plena, id eſt ſubditos diuites per ra
pinas vacuant. Iamq̄ ad literam amici contra
amicos diſcordant: ꝛ vene fontium, id eſt fluenta
mie ꝛ gratie ſiccantur et hauriunt. Pſal. Dirū-
piſti fontes ꝛ torrētes: tu ſiccaſti fluuios ethan.

## ¶ Ex eo. ca. vj. Textus. b. Et videbunt qui recepti ſunt homines. Moralitatum Capitulum vj. ps.73.c

Hic conſequenter
dicit, ꝙ finaliter delebit malū: extin
guet dol⁹: florebit fides: vincet cor-
ruptela: oſtēdet veritas, q̄ ſine fru-
ctu fuit tēporib⁹ tantis. ¶ Iſta fue
rūt verificata in tēpore primitiue eccleſie: nūc ve
ro receſſerūt. Ad illa tamē allegare potes ſi vis:
ꝙ iſta debēt inueniri in nobis chriſtianis, ꝛ maxi- Moralitas
me eccleſiaſticis: quibus dicitur. Niſi abundaue
rit iuſticia veſtra plus ꝙ̄ ſcribarū ꝛ phariſeorū,
non intrabitis in regnum celorum.

## ¶ Ex capitulo ſexto. c. Et die ſecundo creaſti ſpiritū firmamenti. Moralitatum Capitulum vij. Mat.5.c

Hic ponit Eſdras
alloquēdo dn̄m, ꝙ de⁹ an̄ dixit. Con
gregent aq̄ in locū vnū: poſuit aq̄s
ꝯgregatas in ſexta parte terre: ſup-
poſuit terrā eſſe ſepties maiorē: qd̓ ē
falſuʒ. Itē poſuit ꝙ de⁹ creauit duas maximas
aias a ꝑncipio: nomē vni enoch, nomē alteri leuia
thā. Enoch aūt dedit in habitationē partē terre H
ſicce, vbi ſunt mille mōtes. Leuiathā vo i habita
tionē dedit ſeptimā ptē aq̄. Neſcio q̄d vult dicere
ꝛ idō trāſeo. Credo tn̄, ꝙ ex iſtis vbis potuerūt iu
dei accipere occaſionē errādi: q̄ ponūt Leuiathā
eē piſcē totū mūdū circūeuntē: quē Meſſias com-
edēdū dabit: nec diminuet tn̄ (vt aiūt) aut ceſſabit. anilis hal
Iſta igit ſunt aliter exponenda: ſʒ nihil ad ꝑſens lucinatio.
de ſenſu litere: qꝛ nō q̄ro niſi mores ꝛ moralizatio
nes ꝑſcrutari atq̄ moralia. ¶ Hic videt ponere Moralitas
angel⁹ loquēs Eſdre, ꝙ futurū ſeculū, id eſt para
diſus ſeu hereditas beatoꝝ ſimilis ē mari ſpacio
ſo, ꝑruptis iā rupib⁹ circūſepto: vbi tn̄ eſt ſtrict⁹
introitus, ad modū fluminis factus: ad quod per
iter anguſtū plenū periculis neceſſario, habet in-

trare,quicunqȝ ad iſtud mare voluerit nauiga
re.Comparat etiam iſtam hereditatē cuidā ciui
tati in pulchra ⁊ ſpatioſa planicie conſtitute: ab
vna tamē parte aqua circūdate,⁊ ab altera igni=
bus circūſepte:vbi ſolus ptȝ ingreſſus ſolum ad
veſtigiū vnius hominis:vel diſtrictus inter ignē
⁊ aquā per medium conſtitutus:⁊ quicumqȝ vo
luerit hereditatem,ciuitatem vel planiciem ſub
intrare:neceſſe eſt per iſtud anguſtum periculū
pertranſire.Quod declarando poſſumus adde=
re:qr pro certo paradiſus dicitur mare,propter
A inexhauſtibilem abundantiā dicitur ciuitas.ſ.
ciuium vnitas,propter indiuiſibilem charitatis
amiciciam,⁊ concordie colligantiam:dicit̄ plani=
cies,propter delectabilem amenitatem:dicit̄ ſpa
cioſa,propter inexterminabilē quātitatē.Unde.
Baruch 3.c. O Iſrael ꝙ̄ magna eſt domus dei. Sȝ reuera ad
illud mare ſeu ad illā ciuitatem valde difficilis
eſt acceſſus.Eſt enim neceſſe tranſire per artam
ſemitam iuſtitie,inter ſcopulos ⁊ aſperitatē tri=
bulationum,inter gentes cupiditatum ⁊ malaꝝ
inflammationum,⁊ inter aquas voluptatū ⁊ ma
Eccli.15.d larū delectationū.Unde dicit̄. Ignē ⁊ aquā ap=
poſui tibi:ad qd̄ volueris extēde manum. Opor
tet igitur ꝙ homo ſit cautus:vt per artā ſemitā
iuſtitie tranſeat : ne forte in aliquod predictorū
periculū incidat:⁊ ad hereditatē glorie non at=
tingat : ſicut dicit̄ in euāgelio. Arta eſt via que
Mat.7.b ducit ad vitam:⁊ pauci ingrediunt̄ per eā.¶Uel
Aliter. dic ꝙ pericula q̄ facilitatē vie celeſtis ⁊ ſalutis
impediūt: ſignificāt eminentias, diuitias ⁊ deli=
cias. Scopuli em̄.eminentias ſignificāt:ad quas
difficilis eſt aſcēſus:facilis tn̄ et periculoſus eſt
caſus. Ignis ſignificat diuitias:q̄ ſcȝ ſuos poſſeſ
ſores vrūt,⁊ eos ꝑ auaritiā fatigant ⁊ incēdūt.
B Aqua vero ſignificat delicias:que ſuos amato=
res mergūt:⁊ eos per vitia putrefaciunt ⁊ corrū
punt. Caue igitur qui artam ſemitā religionis,
iuſtitie ⁊ penitētie progrederis: vt ita recte trāſ
eas: vt ita iuſte ⁊ ſancte viuas: ꝙ iſta pericula ꝑ
affectum ⁊ deſiderium nō impingas:ne forte per
ſuperbiam,auariciam ⁊ luxuriam pereas,et ab
Eſa.30.c ingreſſu glorie retrocedas. Unde Eſa. hac via
ambulate:non declinetis ex ea,nec ad dexteram
nec ad ſiniſtram. ¶Nota etiam ꝙ hic dicitur, ꝙ
introitus huius ſeculi ſunt periculoſi dolentes,
mali ⁊ periculorū pleni. Iſtud applicat̄ ad vitā
preſentē,per quā ingrediuntur in hūc mundū.

## ¶Capitu.vij. Textus.

**Et factum eſt cum finiſſem loqui verba hec. Moralitatū Cap. vij.**

HIc ponitur ſi=
la prophetis de chriſto : q̄
a pluribꝰ doctoribus alle=
gat̄. Ecce inquit tēpus ve=
niet,et apparebit ciuitas:⁊
oſtendetur que nūc ſubdu
citur terra,reuelabitur fi=
lius meus Ieſus cū his q̄
cum illo iocundabuntur: q̄
relicti ſunt in annis quadringentis : ⁊ erit poſt
annos illos,morietur filius meus ieſus:⁊ hoies
qui ſpiramen habent omnes : ⁊ conuertetur ſecu
lum in antiquum ſilentium diebus ſeptē : vt fuit
in diebus prioribus initijs:⁊ poſt ſeptē dies ex=
citabitur quod nondū viuit ſeculū , ⁊ morietur
corruptū:⁊ promptuaria reddent que eis com=
C mēdata ſunt anime:⁊ reuelabit̄ altiſſimꝰ ſup ſe=
dē iudicij:⁊ pertrāſibūt miſerie , ⁊ fides cōuale=
ſcet:⁊ poſt ſubſequet̄ , ⁊ merces oſtēdet̄. iuſtitie
Moralitas vigebūt,⁊ iniuſtitie nō dānabūtur. ¶Iſta ad lite=
rā videnf dicta de aduentu xp̄i:qr ꝙ̄tū ad primū
aduentū.ſ.in carne,numerat̄ tp̄s qd̄ fluxit a tp̄e
illiꝰ viſiōis vſqȝ ad tp̄s incarnatiōis,ſcȝ quadrin
gētorū annorū:⁊ vr̄,idē eē tp̄s qd̄ numerat̄ a Da Dan.9.f.
niele. Sub Nabuchodonoſor ⁊ Baltaſar ꝓpheta Dan.11.per
uit. Iſte aūt Eſdras ſub Cyro iſta vidit:⁊,q̄ poſt totum.
Nabuchodonoſor cito regnauit. Iſta eſt igitur
veritas ꝙ poſt quadringentos annos a tempo=
re iſtius viſionis : dei filius Ieſus Chriſtus fuit
reuelatus ⁊ natus:⁊ tandē fuit mortuus ⁊ occi=
ſus. Finaliter autē omnis homo ſpirans ⁊ viuēs
morietur:⁊ corruptibile ſeculū diſſoluet̄. Unde
illud Eccl. Omne opus corruptibile in fine defi= Eccli.14.e
ciet:ita ꝙ propter carētiā holm ſilentiū antiquū
qd̄ fuit ante creationē animaliū ante ſeculū re=
uertet̄. Uñ legit̄. Multi morient̄:in omni loco ꝓ= Amos.8.a
ijciet̄ ſilentium. Tandē poſt ſeptem dies forte ad
literam qd̄ non aſſero:vel ſaltē poſt ſeptem dies
i.in fine ſeptime etatis nouū ſeculū ſuſcitabit̄: et
promptuaria.i.repoſitaria aīarum.i.paradiſus
purgatorium et infernus animas cōmendatas D
ad reſurrectionē euomēt:et ſic in iudicio ſedebit
altiſſimus , ⁊ merces ſuas ſingulis oſtendet: et
opus premium ſubſequetur:tunc autem fides ⁊
iuſtitia in conſcientia preualebunt : ⁊ oēs iniuſti
tie dānabuntur. Iſta tamē de numeratione tem=
poris ⁊ annorū,que fluxerunt inter Eſdram et
chriſtū preciſe non aſſero:ſed lectorem ad Bedā
ſuper Dañ,⁊ ⁊ gloſſas doctorum remitto.

## ¶Capi.viij. Textus.

**Et reſpondit ad me:et dixit. Hoc ſecu=lum fecit altiſſimus propter multos, fu=turū autē propter paucos. Moralitatū Capitulum ix.**

HIc in hoc capi=
tulo dixit angelus ad Eſdrā
conquirentē de dānatiōe ge=
neris humani : ꝙ preſens ſe=
culū factū eſt pro multis: fu=
turū vero factum ꝓ paucis:
quemadmodū inquit de ma=
gna gleba terre fit vas fictile:
modicus puluis accipitur de
quo fit aurū:acſi diceret. Multi ſunt peccatores
fictiles atqȝ mali:pauci vero erunt aurei ⁊ ſalua
ti. Uñ dicit Mat. Multi ſunt vocati, pauci vero Mat.20.b
electi. ¶Uidit Eſdras mulierē in dextera parte 4.Eſd.9.d
cāpi:que diſſutis veſtibus ⁊ effuſo cinere ſup ca
put,triſtis ⁊ flebilis deplorabat: cui cām luctus
inquirenti,reſpondens dixit ſe ſterilem triginta
annis cum viro ſuo fuiſſe:⁊ tandem a deo filium
magnis cū lachrymis impetraſſe : ipſumqȝ cū la= E
boribꝰ nutriuiſſe,⁊ tandē ad annos nubiles ꝑdu
xiſſe. Cūqȝ ſibi ꝑquiſiuiſſet vxorē : die qua ipſam
deſpōſaturus erat,mortuus cecidit:⁊ ideo ꝓpter
eius mortē ſe miſerā ⁊ flebilē eſſe dixit. Tandem
vidit Eſdras ſubito faciē mulieris dicte fulgētē:
⁊ ſic ſubito diſparentē. Poſt hec vero ſtupidus,
vidit quoddā edificiū ciuitatis conſtrui:⁊ funda
mēta ſurſum erigi ⁊ oſtēdi. ¶Dic moralr̄, ꝙ iſta Moralitas
mulier ſignificat aīam xp̄ianā:que triginta an=
nis.i.in fide trinitatis cū viro ſuo ꝑmanēs ſteri
lis quoad bona opera perſeuerat : vnūqȝ filium
i.vnū bonū opus generat,ſicut ad literā de mul
tis patet:q̄ licet fidem trinitatis habeāt: in mul=
tis tn̄ bonis operibus ſe exercent:ſic cum quan=
doqȝ filium.ſ.bonum opus a deo impetrant: quē
etiam in ſeipſis nutriunt atqȝ fouent. Uñ legit̄.
Sterilis es,ſed cōcipies ⁊ paries filium. Uerū= Iud.13.a
tamē ſepe fit , quod vbi vxor diuine gratie ⁊ fu=

ture gloꝛie iſti filio, ideſt bono operi ⁊ pꝛopoſito
ſperatur et pꝛocreatur: ſubito peccato interue-
niente iſte filius moꝛitur: ⁊ ſic anima magis ſteri
Eſa.47.b lis q̄ antea reperitur. Unde dicit Eſa. Uenerunt
tibi ſimul duo hec, ſterilitas et viduitas. Ideo ꝓ
certo iſta debet tunc per contritionem dolere, ꝑ
confeſſionem clamare, ⁊ per ſatiſfactionem plo-
F rare. Quod pꝛoculdubio ſi fecerit: ſtatim per di
uinam gratiam in ea receptā, facies ſue conſcien
4. Eſdre tie relucebit, et edificium paradiſi ſibi reedifica
ca.11. bitur et patebit. Uidit Eſdras ſomniū valde mi-
rabile: vidit enim quandam aquilam que tria ca
pita habebat: quoꝛum medium ceteris maius
erat: quodlibet tamen iſtoꝛum quieſcebat. Uox
autē de illis capitibus nulla exibat: ſed vox ma
gna de medio coꝛpoꝛis aquile reſonabat: habe-
bat etiam duodecim alas: quarum a contrario
penne multe oꝛiebantur: que tandē in octo pen-
nacula modica diſtinguebantur. Ille igit̄ aqui-
le ſucceſſiue vigilabant ⁊ doꝛmiebant: ⁊ ſingule
tempoꝛibus ſuis regnabant: ⁊ vna poſt aliā defi
ciebat: et nunq̄ amplius comparebat. Ipſa etiā
pennacula, ideſt parue ale ſubalares ſucceſſiue
defecerunt: et ſic ſolum tria capita quieſcentia in
coꝛpoꝛe aquile remanſerunt: tandem vero vnum
dictoꝛū capitū euigilauit: et ſuper totā terrā re
Allegoꝛia. gnauit. ¶ Dicamus allegoꝛice, ꝙ iſta aquila ſi-
gnificat Chꝛiſtum: qui trium fuit naturarū. Ha-
buit enim naturam diuinam anime ⁊ coꝛpoꝛis in
vna pſona: ⁊ ſic habuit tria ſpecialia capita in ſe-
ipſo quieſcentia ⁊ manentia: quoꝛum tamen me-
dium, ſcʒ natura diuinitatis: maius ⁊ nobili⁹ fuit
ceteris. Iſte igitur duodecim alas habuit .i. duo
decim apoſtolos in ſuo coꝛpoꝛe myſtico conſtitu
tos. Octo etiam minoꝛes alas habuit: inquantū
ſeptuagintaduos diſcipulos, qui conſtant ex o-
G ctonario nouies ducto: ſibi cum apoſtolis adiun
Luc.10.a xerit. Unī Luc. Deſignauit Jeſus poſt hoc alios
ſeptuagintaduos diſcipulos: quibus mediantī-
bus vox pꝛedicationis euāgelice in omnem ter-
ram exiuit et pꝛodijt. Iſte igit̄ tam ale q̄ ſubala-
res .i. tam apoſtoli q̄ diſcipuli ſuis tempoꝛibus
vigilauerunt, ⁊ ſuper eccleſiam regnauerunt.
Tandem vero vnus poſt alium defecerunt per
martyꝛium: vel al's receſſerūt: finaliter tn̄ mediū
caput .i. ſua diuina potentia, que nunc doꝛmire
videtur, euigilabit, ſcʒ in iudicio: ⁊ tunc ſuper
terram in perpetuo imperabit: ſanguinēq; et la-
boꝛes ſanctoꝛum ſuoꝛum quos diſſimulauerat,
vindicabit: maloſq; puniet et damnabit: bonos
Pſ.77.g ſaluos faciet ⁊ iuuabit. Unde dicit Pſ. Excita-
tus eſt tanq̄ doꝛmiens dominus: et tanq̄ potēs
Pſ.75.g. crapulatus a vino. Et alibi. Cum exurgeret do-
minus in iudicio: vt ſaluos faceret omnes man-
ſuetos terre. Quoniam cogitatio hominis confi
tebitur tibi: ⁊ reliquie cogitationis diem feſtum
Moꝛali- agent tibi. ¶ Uel dic moꝛaliter, ꝙ aq̄la eſt anima:
tas. que ſcilicet habet tria capita, ideſt tres potētias,
ſcilicet intellectum, memoꝛiam et voluntatem: q̄
tandem ad fidem veniens, duodecim alas, ideſt
duodecim articulos fidei acquirit: octo penna-
cula, ideſt octo ſpirituales beatitudines quib⁹
ad celum volat: recipit: de coꝛpoꝛe autem eius .i.
de interioꝛi pectoꝛe vox contritionis emanat et
exit. Fit tamen quandoq; ꝙ alas virtutum ſua-
H rum per peccatum amittit: ita ꝙ pꝛeter tria ca-
pita .i. pꝛeter tres naturales potentias, nihil bo
ni, retinet aut cuſtodit. Uerumtamen quandoq;
fit ꝙ medium caput ſcilicet voluntas, per peni-
tentiam euigilat: et regnum virtutum perditum
recuperat ⁊ reſtaurat: et ad celeſtia per cōtēpla-
tionem et deſiderium tanq̄ regina et libera, cal-
catis inferioꝛibus ſe exaltat hec aquila. Unde
Job.39.d Job. Eleuabitur aquila: et in arduis ponet nidū

ſuum. ¶ Uel dic ꝙ aquila eſt eccleſia: cuius tria Aliter.
capita que doꝛmiebant, nec ſonū aliquem emit-
tebant: ſed finaliter quodlibet coꝛum perijt: et
dextrum quod leuum fuerat deuoꝛauit: ſignifi-
cant pꝛelatos fide trinitatis imbutos: duodecim
vero ale ſignificāt mediocres ſubditos in doctri
na duodecim apoſtoloꝛum fundatos: octo vero
ſubalares, ſignificant inferioꝛes in octaua futu-
re reſurrectionis ſperantes. Igitur iſta eſt veri-
tas ꝙ cum aquila .i. eccleſia habeat capita, alas
et ſublaria, ideſt habeat pꝛelatos et ſubditos
mediocres ⁊ infimos: ipſa capita .i. ipſi capita-
nei ⁊ pꝛelati non faciunt hodie niſi quieſcere, et
in delitijs doꝛmire: nec ſonū pꝛedicationis aut
diuine laudis et eruditionis ſciūt emittere: qua
pꝛopter neceſſe eſt ipſos finaliter deperire. Ad
hoc enim ſolum attendunt, ꝙ illi qui ſunt ad de-
xteram .i. in ſtatu pſperitatis: illos qui ſunt ad
leuā .i. in ſtatu aduerſitatis deuoꝛāt .i. impellūt. A
Iſta ergo eſt veritas, ꝙ ale leguntur vigilare, et
capita doꝛmire: qꝛ ſubditi ſcʒ ſunt magis ad bo- 1. Theſ.5.a
nū vigiles q̄ pꝛelati, dicentes illud apl'i. Nō doꝛ-
miamus ſicut ceteri: ſed vigilemus ⁊ ſobꝛij ſim⁹. Mat.26.
Cuius tn̄ contrariū legit̄ de xp̄o: qꝛ ſcʒ ipſe vigi- Aliter.
labat, ⁊ diſcipuli doꝛmiebāt. ¶ Uel dic ꝙ aquila
eſt pꝛinceps vel rex: qui ſcʒ in coꝛpe ſuo .i. in cu-
ria ſua habet ⁊ capita ⁊ alas, ⁊ ſubalaria .i. ma-
gnos capitaneos ⁊ conſiliarios mediocres iudi-
ces et inferioꝛes balliuos. Igit̄ hoc eſt verum, ꝙ
dum capita doꝛmiunt, ale vigilant: quia dū ipſi
ſuperioꝛes capitanei ⁊ magiſtri non cogitāt, ſed
quieſcūt: ale .i. inferioꝛes balliui pꝛo ipſis ad ra Luc.12.c
piendum vigilāt ⁊ intendunt. Unde Luc. Beati
ſunt ſerui illi: quos cū venerit dn̄s, inuenerit vi- Aliter.
gilātes, ſcʒ ad pꝛedādum. ¶ Uel dic etiam, ꝙ iſti
officiales dum dn̄i ſui hebetes in delitijs delectā
tur, ⁊ de regimine terre ſue nihil aut modicū me-
ditantur: iſti ad vtilitatē pꝛopꝛiam vigilātes, ad
pꝛedam pꝛeparāt panē liberis. ¶ Uidit Eſdras Eodē.c.
aquilam magnam que tria habebat capita, duo
decim alas, ⁊ octo ſubalaria: que ſcilicet a con-
trario alarum penne ſunt oꝛte: que tandem in
octo paruas alulas, quas vocat octo pēnacula,
ſunt diſtincte: ⁊ expandebat aquila alas ſuas ſu-
per omnē terram: ⁊ oēs venti terre inſufflabant
ad eam. Factum eſt ꝙ oēs iſte pēne tēpoꝛib⁹ ſuis
regnauerūt: et tandem ſucceſſiue vna poſt aliam
defecerunt. Ipſa etiam capita tria quieſcebant: B
et vnum erat maius alijs: quod euigilans ꝑ to-
tum mundū regnauit ⁊ poſt hoc nō comparuit:
de alijs vero duobus vnum quod ad dexte-
ram erat, reliquum deuoꝛauit: de coꝛpoꝛe vero
aquile, nō de capitib⁹ vox exibat. Poſt hoc autē
exiuit leo de ſylua rugiens: ⁊ vocem hoīs ad aq̄-
lam mittens dicebat. Nonne tu es qui ſeparaſti
de quatuoꝛ animalibus? et totū mundū tenens,
poteſtatem cum laboꝛe ⁊ doloꝛe poſſediſti: ⁊ tri-
bulaſti manſuetos: leſiſti quieſcentes: dilexiſti
mendaces: deſtruxiſti fructificantes: affixiſti ti-
bi non nocentes: ⁊ ideo aſcendit contumelia tua
ad altiſſimum, ⁊ reſpexit ſuperba tempoꝛa: ⁊ ec-
ce finita ſunt: Pꝛopter qđ non appares aquila, ⁊
ale tue hoꝛribiles, ⁊ pennacula tua peſſima, ⁊ ca
pita tua maligna, ⁊ vngues tui peſſimi, et totum
coꝛpus tuum vanū perierūt, vt refrigeret̄ terra
liberata de manu tua. Quibus dictis, ecce totum
coꝛpus aquile incendebat̄: ⁊ ipſa nequaq̄ am-
plius videbatur. ¶ Quāuis iſta mirabilis aqui-
la multa ſignificare poſſit: ſed tamen ex ſequēti
expoſitiōe pōt innui iſtam eſſe romanū imperiū: Moꝛalitas
cuius initiū, pꝛogreſſum ⁊ terminū deſignauit.
Illud enim imperiū pꝛopꝛie comparatur aq̄le:
tum quia rapaciter vixit, et per ſuam rapacem
violentiam altius ceteris volauit: et cunctis
mundi

mundi auibus,ideſt. cunctis hominibus impe=
rauit : ita quod omnes venti celi ad eam in=
C ſufflabant : hoc eſt,ꝙ omnes iuriſditiones ſeculi
Pſ.71.b ab hoc imperio dependebant. Pſalm̄.Domina=
bitur a mari vſqꝫ ad mare:⁊ a flumine vſqꝫ ad ter
minos orbis terraꝝ. Jſta igit̄ habuit capita peſſi
ma,alas horribiles,ſubalaria maligna,vngues
etiã acutos.Et reuera imperiū romanū habuit
quoſdã imperatores monarchas,qui fuerunt ſi
cut capita:quoſdã habuit minores ad currendū
ꝑ mundū,⁊ acquirēdū terras,⁊ pplos ſubiugan=
dū agiles,⁊ feroces,qui fuerūt ſicut ale:habuit
etiam inferiores principes,ſub alis.i.ſub impera
toribus militantes:qui dici poterāt merito ſub=
alares. Et forte qui bn̄ vellet deducere:inueni=
ret tria capita.i.tres ſolos monarchas fuiſſe:duo
decim alas,ideſt duodecim magnos iperatores
ſucceſſiſſe:ſicut etiam Suetonius fecit librū de
duodecim ceſaribus:nūc vero ſubalaria.i.modi=
ce virtutis imperātes reſtare.Sed quicquid fue
rit de numero:conſtat ꝙ oēs terribiles ⁊ horri=
biles fuerunt:vngues rapacitatis ⁊ violētie acu
tiſſimos habuerūt:quapropter populus ſuper
quem regnauerunt,tēpore ſuo defecerunt,⁊ vt
cōmuniter gladio perierūt:⁊ vnū caput reliquū
deuorauit,inquantū inter ſe qnqꝫ preliū habue=
runt:ſicut patet de Julio cōtra Caiū,⁊ de Pom=
peio cōtra Antoniū.Uox em̄.i.lis ⁊ cōtrouerſia
de corpore ipſius imperij ſepe ꝓdijt:ſicut in bel=
lis ciuilibꝰ apparuit:ꝓpter qd ipſa aquila ſemꝑ
in deterius ꝓcedendo ſucceſſit:⁊ ſua potētia ſem
D per decreſcendo defecit,ſicut patet:q: de capiti=
bus ad alas,de alis ſc̄do ad ſubalares tranſiuit.
Dan̄.7.a Unde Dan̄.habebat alas aquile ſuper ſe,⁊ reſpi
ciebā donec auulſe ſunt ale eius.Sed pro certo
leo de tribu iuda dei filius:de ſylua inculta.ideſt
de virgine maria proueniens:iſtam fortem aqui
lam,romanum ſcilicet imperium redarguit ⁊ re=
prehendit:⁊ eius potentiam violentam, que to=
tum orbem turbauerat ⁊ oppreſſerat,a tempore
aduentus ſui reprehendit,⁊ terrā de ſuis mani=
bus liberauit:ita ꝙ iam ſicut videmus,totū cor
pus eius tribulationibus incenditur:⁊ ipſa qua
ſi penitus euaneſcēs,vix inter imperia hodie cō=
Dan̄.2.a putat̄.Un̄ Dan̄.Lapis enim de monte cadens,ſta
tuã babylonis deſtruxit:q: chriſtus de celo ve=
niēs,huius imperij potentiã eneruauit.⁊ iō de
Apo.5.b illo leone bene dicitur.Uicit leo de tribu Juda ra
Aliter. dix Dauid.¶Uel dic ꝙ aquila ſignificat rapaces
et ſuperbos principes ⁊ tyrannos qui habent ca
pita,ideſt malos capitaneos ⁊ cōſiliarios:alas,
ideſt ſuperbos iudices ⁊ officiales ,ſubalares,
ideſt malos domeſticos ⁊ familiares.Omnes em̄
dicūtur peſſimi,terribiles,horribiles ⁊ maligni:
omnes etiam dicuntur vnguibus ⁊ rapinis,com
punctionibus ⁊ crudelitatibus communiti.Sꝫ
pro certo iſti paruo tempore perſeuerant:quia
poſtqꝫ aliqꝫdiu regnauerunt,id eſt poſtqꝫ officia
ſua aliqꝫdiu tenuerunt,vel multa commiſerunt
omnes ſucceſſiue pereunt:⁊ ſpiritualiter,immo
E etiam temporaliter cito deficiūt ⁊ ſuccumbunt.
Pſ.54.d Pſal.Uiri ſanguinum ⁊ doloſi non dimidiabunt
dies ſuos.Jpſa etiā capita,ideſt ipſi maiores et
capitanei inter ſe inuicem per ambitionem ⁊ in=
uidiam diſcordāt:⁊ ſe alternatim aliquotiens de
ſtruūt ⁊ impugnāt.Jpſa etiam rapax aquila.i.
ipſe tyrannus finaliter tribulationibus ſuccendi
tur:⁊ mediante leone chriſto ⁊ eius occulta iuſti
cia de medio tollitur:ita ꝙ de ipſo capitibus alis
ſubalaribus , ideſt de ipſo et ſuis rapacibus
iniquis fautoribus , miniſtris et familiaribus
nihil penitus reperit̄.Pſal.Uidi impiū ſuperexal
Pſ.36.g tatū ⁊ eleuatū ſicut cedros libani trāſiui:⁊ ecce
nō erat:queſiui eum,⁊ nō eſt inuentus locus eiꝰ.

## ¶Capitu.xiij.Textus.

Et factū eſt poſt dies ſeptem ⁊ ſomniaui ſomniū nocte.Moralitatū Ca. x.

Eſdras de no
cte ſominãs vidit quendã
hominē aſcendentē de ma
ri,⁊ ſurſum cum celi nubi=
bus aduolantem:⁊ vidit ꝙ
hō iſte cōualeſcebat:⁊ vbi=
cūqꝫ vertebat vultum,tre=
mebāt oīa:⁊ vbicūqꝫ exibat
vox eius,exardeſcebāt oēs
qui vocē eius audiebant.Et cum innumerabilis
multitudo cōtra illū cōueniſſet:ſculpſit ſine ma=
nibus montē vnū:⁊ volauit cōtinuo ſuꝑ iſtū.Et
F cū nō haberet in manu vas aliquod bellicoſum,
emiſit de ore ſuo flatum ignis,de labijs ſuis ſpm̄
flāme,de lingua ſua ſcintillas ⁊ tēpeſtates:⁊ ſuc
cēdit hos ſubito:ita ꝙ ſolū cinis,puluis ⁊ odor
fumi de ipſis omnibꝰ apparet:⁊ vocat ad ſe mul
titudinē aliā pacificā:⁊ ducebant̄ ad eā multi alij
qui triſtes veniebāt:alij qui ligati erant.¶Re=
Allegoria. cte videt̄ ꝙ iſte homo ſic nocte viſus,eſt chriſtus
dei filius nocte natus.Jlle enim de mari,ideſt de
maria virgine natꝰ:⁊ nubibꝰ celi.i. puriſſima hu
manitate velatus,mire potentie per mundū voli
tans apparuit:ita ꝙ quicquid ſeueriter reſpexit
tremore mirabili percuſſit.Sicut apparuit quā
Mat.21.a do in templo vendentes ⁊ ementes eijciebat:vbi
ſm̄ doctores ſplēdor ⁊ maieſtas eius vultꝰ alios
Joh.18.a deterrebat.Sicut etiā apparuit i eiꝰ captiōe,vbi
audita voce eius ſatellites territi ceciderunt.
Amos.3.b Unde Amos.Leo rugiet,quis non timebit?Uox
etiam ⁊ predicatio eius auditores ꝑ charitatem
inflammabat:⁊ eos ꝓ deſideria bona ardeſcere fa
Lu.24.c ciebat.Unde Luc.Nōne cor noſtrū ardens erat
in nobis ⁊c.Poſt tamen multitudo iudeorum in=
numerabilis contra eum conuenit:ita ꝙ morte
interueniente ipſum ad montem ſculptū ⁊ poli=
tū,ſcꝫ ad paradiſum ꝑ aſcenſionē recedere ⁊ euo=
lare fecerūt.Ubi cum videret multitudinē maxi=
mam,ideſt vniuerſos,tā iudeos qꝫ gentiles con=
G tra ſe per infidelitatem inſiſtere,legem eius re=
pellere,⁊ eum in ſuis fidelibus multipliciter im=
pugnare:ignē ſpiritusſancti in die penthecoſtes
de ore eiꝰ miſit:virtute cuius inimicos ſuos in=
fideles conuertens,ipſos in cinerem ⁊ puluerem
Luc.12.f. ꝑ humilitatē,mutauit.Unde Luc.Jgnē veni mit
tere in terrā:⁊ quid volo niſi vt ardeat?Et ſic fi=
naliter ad eū multi ducti fuerunt per ſanctorū
ꝓdicationē:quidā videlicet gaudentes ꝑ ſpei cō
ſolationē:quidam triſtes ꝑ timorē ⁊ cōtritionem:
quidā ligati ꝑ charitatē ⁊ dilectionē:⁊ iſtorū mul
titudo pacifica dicitur per vnitatē ⁊ concordiã.
Unde dicit Paulus apoſtolus.Quaſi triſtes,ſem
.2.co.6.b. per autem ⁊ gaudentes.Et Eſa.Uincti manibus
Eſa.45.c poſt te current.¶Uel dic ꝙ talis homo ſignificat
Aliter bonū prelatum:quia vere ad ipſū pertinet ꝙ ha
beat in vultu venuſtā auctoritatem:quam viden
tes ꝓ reuerētia terreant̄ in verbis,ore ⁊ labijs ar
dentē,feruentē verboſitatē:quam audientes ad
bonum inflammentur.Requirit̄ etiam ꝙ a facie
impugnationum ſuarū,ſcꝫ tribulationum ⁊ ten=
tationum,aſcendat in montē paradiſi,ſcꝫ cōtem=
plando ⁊ orando, vt ab ipſis liberetur.Jtem ꝙ
ignem ſeueritatis aſpere correctionis et repre=
henſionis de ore ſuo:etiam ſi neceſſe ſit,tempeſta
tem tribulationum mittat in talibus,vt corrigan
tur ⁊ puniant̄:⁊ vſqꝫ ad cinerē ⁊ puluerē.i.vſqꝫ
ad ſui cōſiderationē,⁊ ſue reſolutionis meditatio=

nem humilientur:et ꝙ congregationē pacificam
b tam gaudentiū ꝗ triſtiū ꝗ etiā ligatoꝝ.i.cōgre
gationem bonoꝝ tā deſolatoꝝ ꝗ letantiū ad ſe
cōuocet,vt ſecū gaudeāt et letentur.Uñ dicitur:
Eſa.xi.a ꝙ ſpiritu oris ſui interficiet impiū: et arguet in
iuſtitia pro māſuetis. Uñ Dañ.Fluuiꝰ igneꝰ ra
Dañ.7.c pidusq̃ egrediebaṫ a facie eiꝰ.Ad quod videtur
etiā facere illud quod infra ſcribitur:vbi Eſdre
in perſona prelati vel cuiuſcūq̃ iuſti dr ſic. Cor
4.eſd.14.b ripe populū tuum:cōſolare humiles eorum: re
nūcia iam eorū procelle: dimitte mortales cogi
tiones:eijce a te pōdera humana:feſtina tranſmi
grare a temporibꝰ his. ¶Hic ponitur vnū quod
de decem tribubꝰ iſrael,que per Salmanaſar re
gem aſſyriorum antea fuerāt captiuate,dicitur.
Hic eñ populus in Babylonē et in Mediā tranſ
latus,ꝓpter ſuā idolatriā ⁊ pctā:dolens ⁊ peni
tens diſpoſuit inter gentes non habitare: ſed in
quandā regionem remotiſſimā, q̄ ſcȝ ꝑ iter vniꝰ
anni ⁊ dimidiū diſtabat: ⁊ in quā nullus hominū
adhuc intrauerat,ſe transferre:vt ſeꝑati a genti
bus poſſent ſua legitima q̄ in terra ſua nō ſerua
uerūt cuſtodire.Iſti igitur multis diebꝰ ꝑagrā
tes regionē obſitā montibꝰ inuenerūt in qua nul
lus patebat ingreſſus,niſi ꝑ euphratem fluuiuȝ
intra anguſta mōtium trāſeuntem introierunt:
ſed diuina potentia fluuius ſtetit ſeu areſcebat
et ſic populus interiꝰ ſubintrauit:ſtatim ꝟo flu
A uius ad ſuum alueum reuerſus, populum in lo
cum illum montibꝰ obſitum interclusit: populꝰ
ibi māſit.In fine tñ tēporū (vt ait) iterato vene il
lius fluuij ſcaturiēt: ⁊ iter eis diuina ꝟtute ape
rietur,⁊ ad filiū dei pacifice colligenṫ:regio autē
illa vbi nūc ſunt, arzaret nūcupaṫ. Quāuis iſta
videṫ pati eclipſim: ex hoc ꝙ vel ortus fluminis
Euphrates nō diſtat a medio vbi populꝰ ille trāſ
latꝰ fuerat:non ſolū per annū cū dimidio, immo
nec per mēſem:cū in mōtibꝰ caſpijs ꝓpe arcā noe
dicaṫ oriri. Quinimmo etiā nec totꝰ mūdus per
iter anni cū dimidio duraret in longū,duȝ tñ ho
mo poſſet cōtinue ⁊ quotidie diebꝰ cōpetētibus
ꝑagrare: de hoc tñ nihil ad preſens. Joſephus
autem de decem tribubus aliter videtur ſentire
ſicut recitat Comeſtor i ſcholaſtica hiſtoria Di
cit enim,ꝙ dum Alexander partes perſidis ⁊ me
die peragraret:venerunt ad ipſuȝ populi animo
redeundi ad terram iſrael de qua tranſlati erāt,
licentiā poſtulantes:qui audita cauſa trāſlatio
nis: ⁊ quō deum ſuū q̄ tot ſibi contulerat benefi
B cia,reliquerāt indignatꝰ, nō ſolū licentiā nō de
dit,ſed eos inter montes caſpios interclusit: et
muris validiſſimis de mōtibus ad montes ꝓten
ſis,ipſos includere attentauit. Uerū vt dicit ibi
dem: labor humanus ad premiſſa nō ſufficiebat
ergo rogabat deū quem ipſi dereliquerant, vt
implere vellet quod deſiderabat. Sic igitur dei
potentia factum eſt, ꝙ in cōſpectu principis ter
remotu facto mōtes ad mōtes acceſſerūt: et in
Moralitas. grati populi ſunt inter mōtes incluſi: ⁊ iter gog
et magog.i.inter caſtra ſic nominata vſq̃ ad tē
pora iudicij ſedes ſuas acceperunt De iſtis aūt
caſtris gog et magog, vbi ſita ſunt non legi: niſi
quia in deſcriptiōe ſphere ſeu in tractatu d theo
ria planetarū recolo legiſſe me,ꝙ hec ſunt i ſepti
mo climate i ſeptētrionali ſita latere:qd etiā vi
deṫ ſcriptū in deſcriptiōe mappe mūdi. ¶Sȝ cū
de iſtis nihil ad ſenſuȝ moralē poſſit deſeruire:
⁊ ꝓpter hoc ſi vis moralizare illd primū quod hic
ſcribiṫ Dic ꝓ certo ꝙ ſic dȝ facere penitens ſicut
iſte.Uidēs eñ peccator populus,qui de terra iſ
rael periatus eſt in babyloneȝ id eſt de ſtatu gra
tie ad peccatum:debet dolere et penitere, et per
penitentiam de medio gentium id eſt, de poteſta
te demonum ſe ſubtrahere:et regionem remotaȝ
id eſt deſertum penitentie et religionis querere,
et per fluuium lachrymarum intrare,et ſine exi
tu ibi ſtabiliter permanere: et ſic quilibet talis
poteſt cōparari illi de quo dicitur:ꝙ homo qui
dam abijt in regionem longinquam accipere ſi
bi regnum. In fine autem iſte fluuius lachryma
rum et tribulationum penitentium ſiccabitur:⁊
iter ad altitudinem paradiſi parabit:et de angu Luc.19.b
ſto loco mundi vel corporis penitēs ad celeſtia
deferetur.Unde:Juſtꝰ de anguſtia liberabitur.
¶Illud autem quod dicit Joſephus, poteſt alle
gari ad hoc:ꝙ iſti qui de beneficijs acceptis in pro.11.b
grati ſunt:et benefactores ſuos ſiue ſit deꝰ ȝ ſiue Aliter.
ſit homo, effugiunt,relaxationē ſeu gratiam ha C
bere non debent:ſed potius arctiꝰ includi et pu
niri merentur.¶Uel illud applica ad beneficium Aliter
orationis:quia ſcȝ deus ad preces vnius paga
ni montes tranſtulit:et principis crudelis preci
bus ſatiſfecit:multo fortius fidelium ꝑces exau
dit, qñ cor deuotum preces huiuſmodi ſibi fun
dit.Ideo dicit Mat.Amen dico vobis: quicquid
credentes petitis, accipietis ⁊c. Ad illud quod
Rabanus libro ſuo de naturis rerum li.v.c.iiij.
et multi alij doctores dicunt de Eſdra:ꝙ legē do
mini et prophetie libros qui per caldeos ſuccen
ſi fuerant, reparauit:facit quod hic legitur ca.
xxiiij.¶Dicitur hic,ꝙ Eſdras querens qualiter mat.21.c.
poſt mortē ſuam naſciturus populus mandata
dei faceret,cuȝ lex dei incenſa fuiſſet:propter qd
quid faciendum,et que fuiſſent opera dei, de ce
tero nullus ſciret: rogauit dominum vt ſibi ſpi
ritū ſanctuȝ immitteret: ita vt leges et libros ꝑ
ditos diuinitus recuperare valeret. Angelꝰ igiṫ
lucernam intellectus ſibi dare promittit: ⁊ ꝑ qua
draginta dies a populo ſe abſcōdit:vna cuȝ ſcri
ptoribus ſibi dixit. Quo facto calix plenꝰ aque
coloris ignei eſdre per angeluȝ porrigiṫ:quo bi
bito, ſtatim intellectus:ſapientia et memoria ſi
bi datur. Sic igitur eſdra dictāte,et in ſpiritu lo
quente:lex et ꝓphete a quinq̃ ſcriptoribꝰ ſcribū
tur:et ſic infra quadraginta dierū ſpacium ple
narie reſortiṫ. Angelꝰ autem in lege populū iu
bet edoceri: ⁊ q̄daȝ iubet palā fieri. Quedā inq̄t
palā facies: q̄ daȝ ſapientibꝰ abſcondite trades.
Scriptores igitur per diē ſcribebāt,nocte ꝟo co D
medebāt.Eſdras autē per diē loquebaṫ et dicta Moralitas.
bat: nocte etiā nō tacebat. ¶Iſta pñt applicari
ad hoc ꝙ neceſſe eſt vt intellectū,ſapientiā et me
moriā ſpiritualē quis habeat ad hoc ꝙ legē di
uinaȝ,id eſt diuine legis intelligentiā cōſequaṫ:
qr ſcȝ homo ſe debet a cōmuni tā hominū ꝗ ne
gocioꝝ, ꝗ ēt cogitationū more ſecernere, ⁊ ſecre
tū ſolitudinis mētalis itrare. Debet etiā qua
draginta diebus: per quos ſtatus penitentie in
nuitur ibidem: ⁊ in ſtatu pnie ⁊ abſtinētie ꝑſeue
rare: qr reuera illi ſoli diuinas reuelatiōes ꝑci
piūt q̄ q̄dragenā pnie obſeruare nouerūt: ſicut
exēpliū de moyſe habemꝰ: q̄ q̄dā vice q̄draginta
diebꝰ in mōte cū dño ſtetit: ⁊ legē dñicā accepit.
Aſcende ad me in mōtē,⁊ eſto ibi q̄draginta die
bus. Alia aūt.ſ.quō angelꝰ inſpiratiue loq̄tur: ⁊
quō ēt q̄dā ſunt in lege ⁊ i ſcriptura q̄ publice pñt
dici oibꝰ: alia q̄ ſecrete ſunt dicēda ſolū ſapiēti
bus ꝑ ſe patēt. In capl'is q̄ ſequunṫ,multa de fu
turo iudicio ꝓtinenṫ. Sȝ qr nil poniṫ ꝑ modū vi
ſionis: ideo non inueni ꝙ ad aliquid aplicabile
iudicauerin.

¶Moralitatum libri quarti Eſdre Finis.

## Moralitatum Liber decimuſſeptimus ſuper Tobiam.

## ¶ Capitulū j. Textus.

Tobias ex tribu et ciuitate neptalim\q̄ eſt in ſuperioribus. Moralitatū Ca. j.

Tobias de tribu et ciuitate neptalim: cū eſſet iunior/et oēs irent ad vitulos aureos adorādos: hic ſolus fugiebat cōſortia hoim: et pergebat dominū adorare ad templū ſuū in hieruſalē. Cū vero factus fuiſſet vir/accepit vxorē de tribū ſua/et genuit ex ea filiū: quē ab infantia timere deum docuit/⁊ abſtinere ab omni peccato: ⁊ finaliter in captiuitate poſitus/de cibis gentiliū nō comedit: ⁊ cū cōtribules ⁊ amici eiꝰ paſſim comederēt: ipſe/vxor et filius abſtinebant: deſolatos cōfortans circūibat/monita ſalutis dādo. Cūq; monita ſalutis ſuis captiuis daret: eſuriētes alebat: mortuis ſepulturā p̄bebat: quapropter in cōſpectu Salmanazar regis gratiā inuenit: qui ipm plurimū honorauit: a Sennacherib vero crudeli tyrāno tribulationes plurimas ſuſtinuit: et occidi etiā iuſſus fuit. ¶ Tobias q̄ interpretat̃ cōuerſus: in oibus iſtis typū gerit boni ſecularis/q̄ ad vniuerſa pietatis opera ſe cōuertit: q; licet iſte ſit inter idolatras. i. inter malos ſeculares/q̄ idola et boues aureos. i. peccata, ⁊ aurū et argētū p auariciā colūt: ipſe tñ deū colit et diligit: templū eius p deuotionē frequētat: ⁊ idolatriā cōtribuliū. i. vitiorū cultū fugit ⁊ ſpernit: ⁊ filios ſuos in timore dei inſtruit: ciboſq; gentiliū. i. delicias carnales abhorret: ⁊ ſe immaculatū cuſtodit: ⁊ dato ꝙ qñq; contingat ipm captiuitatē et tribulationē incurrere: non ceſſat tñ captiuos et turbatos cōſolari, indigentibus neceſſaria largiri, mortuis ſepulturā dare, ⁊ pietatis opera preparare. Quapropter ꝓ certo ſepe ad literā prouenit, ꝙ regū et principū deo faciente gratiā et beniuolentiā acquirit: ⁊ econtra qñq; ad maiorē ſui ꝓbationē, ſennacherib, id eſt tyrānorū maliuolentiā et tribulationē incurrit. Multe eñ tribulationes iuſtorū ſunt: ſicut et iſti dictū fuit infra per angelū: quia acceptus eras deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te.

F Moralitas.

Pſal. 33. d
Tobie. 12. c

## ¶ Capitulū ij. Textus.

Poſt hec vero cum eſſet dies feſtus domini. Moralitatum Capitulum ij.

Cum quadā die Tobias fatigatus de ſepulturis occiſorū, quos per plateas niniue iugulatos iueniēs abſcondebat: et nocte cōtra mādatū regis ſepeliebat: ꝓpter quod interfici iuſſus fuerat, iuxta parietem obdormiuiſſet: accidit ꝙ ex nido hirūdinū ſtercora calida ſuper oculos eius caderēt: ⁊ ipſum penitus excecarēt. Qui plaga cecitatis percuſſus/nō eſt iracūdia motus: ſed magis per patientiā ad gratiarū actionē ꝓuectus. ¶ Iſta allega exēplariter/ꝙ iuſtus tribulationibus nec fortuitis ſeu infortunatis caſibꝰ nō debet turbari: ſed potius quicq̄d ſibi accidat/debet in dei iuſticiā reducere/⁊ ſe iuſte pati dicere: et patiēter cum gratiarū actione oia ſubſtinere: exēplo Job qui dicebat. Dñs dedit/dñs abſtulit. Non eñ contriſtabit iuſtū quicquid ei acciderit. Sepe etiā accidit/ꝙ iuſtus vltra voluntatē tyrannorū opera miſericordie exequit̃: dicens ipſi ſennacherib. i. ipſi tyranno illud Act. Obedire deo oportet magis q̄ hominibꝰ. Et tñ talis vt cōmuniter citiꝰ et facilius infortuniis flagellatur. Quem enim dñs diligit/corripit: ⁊ quaſi pater in filio/ſicut dicit ſapiēs/in eo delectat̃. ¶ Uel dic ꝙ Tobias eſt homo: q̄ qñq; aduertēs ad parietes, id eſt ad mundi negocia ſe deflectit: qñq; in deliciis et ꝓſperitatibꝰ delectat̃ et dormit. Hirūdo vero diabolus/qui more hirundinis in aere. i. in ſuperbia paſcit̃: homo hoc vidēs/ſtercora diuitiarum in oculis cordis eius per cōcupiſcentiā ꝓiicit: ⁊ ſic viſum ſpiritualis viſionis ſeu diſcretionis ⁊ ſapiētie/necnon lumē diuine gratie ſibi tollit: ⁊ eū per auariciā excecat et peruertit: ita ꝙ in illis que ad deū et ad ſalutē pertinēt ipſum totaliter cecū reddit. Unde tales q̄ iuxta parietem terrenarū poſſeſſionū per auariciā excecantur/vident̃ poſſe dicere illud Eſa. Palpauimus quaſi ceci ad parietē: et quaſi ſine oculis attrectauimus. Ille enim qui fatigatus ad ſepulturas dormitionē acceperit. i. ille qui in bonis operibus difficultatē ⁊ laſſitudinē delectabiliū querit: et ab huiuſmodi bonis et piis operibꝰ ceſſat et quieſcit: talis dico cecitatē vitiorū incurrit/et lumē gratie perdit: qđ tamen nullatenus perdidiſſet/ſi infatigabiliter in bonis operibus vigilaſſet. Non oportet igitur in bonis operibus fatigari/nec per malam cōplacentiā dormire/aut in vitiis et in proſperis delectari. Apl's. Nō dormiamus ſicut ceteri, ſed vigilemꝰ ⁊ ſobrii ſimus.

G Moralitas.
Job. 1. d
Act. 5. c
prouer. 3. b Aliter.
H
Eſa. 59. b
1. Teſſa. 5. b

## ¶ Capitulū iij. Textus.

Tunc Tobias ingemuit. Moralitatum Capitulum iij.

Tobias vt ſupra inter idolatras dñm querebat: ⁊ bonis operibus deo inſiſtebat: qui poſtq̄ filiū habuit/excecatꝰ eſt. Filius vero eiꝰ aſſociato ſibi raphaele angelo in rages ciuitatē medorū pro recuperādis decē argēti talentis deſcēdit, vbi Sarā filiā raguelis q̄ ſcilꝫ ſeptē viros habuerat: quos tñ demoniū noie aſmodeꝰ occiderat/in vxorē aſſumpſit: et eam a demonis poteſtate liberauit: ⁊ eam in domū patris ceci cū magna ſubſtātia ſecū duxit: quē canis aſſocians reuertentē p̄ceſſit. Ille etiā piſcē qui eum deuorare voluerat occidit: et cū felle eius patrē cecū ad conſiliū angeli finaliter illuminauit: ſicut oia illa apparent infra. vj. xj. ⁊. xij. ca. ¶ Et hic beda per Thobiā allegorice populū iudeorum intelligit: qui in principio ſolus deum coluit ⁊ amauit: et inter gentiles ⁊ idolatras ſolus fide ⁊ bonis operibus deo ſeruiuit. Amos. Tantūmodo vos cognoui ex omnibꝰ gentibus domus iſrael. ¶ Uerūtamen iſte poſtq̄ filium ſuum, id eſt chriſtum de iſrael ſm carnē natum produxit aut genuit: per infidelitatem excecatus eſt: inquātum ſcilicet fidem Chriſti recipere recuſauit. Sara vero que in rages medorū habitabat, id eſt gentilitas que in mundo vagabatur: cuius viros et doctores et magiſtros per infidelitatē et idolatriā diabolus occiderat: ab ipſo iuniore Thobia et angelo ſecum iuncto, id eſt ab ipo Chriſto cum angelo, id eſt cum dei filio copulato fuit liberata: et in domo Thobie ceci, id eſt in eccleſiā loco excecati iudaici populi ſubſtituta. Cañ. Apprehendaꝫ te/et ducam in domum matris mee, ⁊ cubiculum genitricis mee, id eſt ſynagoge. Sic igitur factum eſt/ꝙ piſcis, id eſt diabolus qui in flumine paſſionis ipſum Thobiā iuuenem, id eſt

A
Allegoria.
Amos. 3. a
Cañ. 8. a
B

Chriſtū deuorare voluit/ab ipſo victus extitit. Fuit etiā per ipſum euiſcerat⁹ ⁊ apertus:in quātum ſui cordis malicias hominibus reuelauit:⁊ fel ſue malicie in ſcripturis repoſuit ad illuminationem legentiū:et locauit:⁊ quicquid de corpore eius,id eſt de mēbris ipſius, ſcilicet de peccatoribus cōuertēdo accepit:igne charitatis aſſauit:et ſale ſapiētie condiuit:et ad vſus proprios reſeruauit. Finaliter tamē pater ei⁹ cecus,id eſt populus iudaicus/per ipſum illuminabit: in fine ſcilʒ temporū/quādo totus iſrael ſaluus erit.

Aliter. ¶Uel dic ꝙ ſeptē viri ſare ſunt ſeptē ſacramēta vel ſeptē dona ſpiritusſancti cōceſſa anime chriſtiane:que proculdubio diabolus ſibi per peccatum ſubtrahit:⁊ eam viduā et miſeram derelinquit. Uerūtamē poſtq̄ orationibus et fletibus ſe vult dare:ſolet ſibi Thobias iunior,id eſt chriſtus ipſe perſeuerāter per gratiā iungere:quem diabolus nō poterit ſuperare:matrimoniū enim virtutū cum anima nō perſeuerat/niſi fletus et oratio precedant. Tunc vero perſeuerāter virū accipit:cū lachrymis ſuis ſtratum ſuū ſpargit:⁊ cum per orationem depoſitū ſuum deo cōmittit.

## ¶Capitulū v. Textus.

Tunc reſpondit Thobias patri ſuo et dixit. Omnia quecunq;. Moralitatum Capitulum iiij.

C Thobias pater qui dudum gabelo cōſanguineo ſuo egenti decē argenti talenta mutuo dederat:filiū ſuū vna cum angelo quē ductorē ſibi dederat,in rages ciuitatē medorū miſit:q̄ in via deſponſauit ſibi ſaram:cuius mariti ſeptē fuerāt a diabolo interfecti. piſcem qui ipm deuorare voluerat,interfecit ⁊ exenterauit:et de vētre eius medicinale membrū extraxit:demoniū qđ maritos vxoris ſue occiderat,angelus in deſerto ligauit: patriā recuperauit:canem patris ſecū ſociū habuit:⁊ rediēs vxorē in domū patris duxit.

Allegoria. ¶Recte videt ꝙ iſte Thobias poteſt ſignificare deū patrē:filius aūt eius vna cum angelo chriſtū dei filiū ſignificat:in quo angelus et homo: diuinitas ⁊ humanitas ſociant. Nec eſt inconueniens: cum ſm ſanctorū doctrinā Chriſtus in quātū ad ſuas naturas in iſaac et in ariete figurat. Gabelus conſanguineus thobie ſignificat genus humanū qđ de gñe thobie.i.de genere patris dicit pro eo qđ ad ſimilitudinē eſt creatū,quod etiam egenū et inops fuit:propter ade peccatū fuit de paradiſo captiuatū:⁊ dono immortalitatis nudatum:gratijs ⁊ virtutibus ſpoliatū:ſicut bene

Gen.3.b apparuit in adam ⁊ eua,qñ poſt peccatū cognouerunt ſe eſſe nudos. Decem talenta ſignificant

D decē legis mādata iſti gabelo.i.humano generi pro ſubleuando paupertie mutuata. Sara vero gentilitatē ſignificat:cuius viros.i.cuius populos aſmodeus.i.idolatria perimebat. Piſcis ſignificat diabolū:venter ſignificat infernum. Fel amarū ⁊ medicinale,qđ exinde extractū eſt:ſignificat ſanctorū patrū collegiū. Igit iſta fuit veritas ꝙ thobias de⁹ pater qui a principio ꝑ moyſen gabelo.i.humano generi indigēti et pauperi tradiderat decē talenta argēti.i.decē legis mandata:thobiā minorē filiū ſuū cum ductore angelo,id eſt Chriſtū deum ⁊ hoīem filium eius benedictum in rages medorū.i.in mundū deſtinauit: et canem.i.predicatores eidem adiunxit:qui in illo itinere ſaram.i.eccleſiā de gentilitatib⁹ ſibi iure hereditario debitā deſponſauit. Piſcē diabolum qui in torrente paſſionis deuorare crediderat:et ob hoc mortē et paſſionē eius procurauerat et proſtrauit ⁊ ſuperauit:⁊ de ventre ei⁹.i. de inferno fel amarū ⁊ medicinale.i.ſanctos patres qui in amaritudine languebāt/extraxit:decem talenta.i.decem mandatorū executionē: et opera a gabelo.i.ab humano genere reportauit:et vxorē aſſumptā.i.eccleſiā in domū patris ſui in paradiſum ꝑduxit:⁊ hoc eſt qđ dicit apl's. Gal.4.a

Quod miſit deus filiū ſuū natū de muliere/factū ſub lege:vt eos qui ſub lege erant/redimeret.

¶Hic habemus ꝙ thobias volens dare ductorē filio ſuo:inuenit quēdam angelū noīe raphaelē: Eodē ca.a q̄ ſub humana ſpecie latitabat. Inuenit igit eū

E quaſi quēdam iuuenē ſplēdidū et tanq̄ p̄cinctū, et quaſi paratū ad ambulandū. Huic igitur filiū ſuū cōmiſit:qui ipſum in itinere cōduxit:vxorē ſibi accepit:⁊ cū magna ſua ſubſtātia ipſum ditauit:decē talēta argēti ſibi recuperauit: piſcē qui ipm vorare voluerat/ipſum ſuperare fecit/⁊ ipm patrē ſuū illuminare fecit. ¶Sic reuera ſup oia Moralitas charisſimi cura dʒ eſſe thobie ſeniori.i.p̄lato ſuperiori:ꝙ filio ſuo.i.ſubditorū populo:de bono ductore.i.de bono curato vel rectore ꝓuideat:⁊ ꝙ bonū prelatū ſibi aſſignet et p̄ficiat:qui in via huius mūdi ipm cuſtodiat atq; regat:ille etiā dʒ querere ſibi et p̄ficere aliquē angelū latentē ſub hoīe:vt aliquē virū ſanctū et angelicū:ſanctitatem tñ ſuam occultantē ſub humana benigna et cōi effigie:q: quicūq; alijs p̄ficit in p̄latū in vita angelicus/humanus in conuerſatione benigna eſſe tenet. Unde de bono rectore dicit. Quod ipe Malac.2.b angelus dñi eſt:ſicut in Apoc.dr. Septē (inquit) Apoca.1.d ſtelle/angeli ſunt ſeptē eccleſiarū. Ille igit debet inueniri iuuenis ꝑ fortitudinē vigoroſam:ſplendidus per mūdiciā gratioſam:ſtans ꝑ cōſtantiā virtuoſam:p̄cinctus ꝑ diligentiā curioſam:paratus ad ambulandū ꝑ obedientiā ſtudioſam:debet dici raphael.i.medicus ꝑ fructuoſam ſapiētiā:vt ſic de tali angelo dicat illud Apocal. Uidi Apoc.12.b angelū dei fortē. Igit ille poſtq̄ curā/ducatum,

F p̄laturā et officiū ſup iſtū filiū.i.ſuper ſubditos accepit:ille ꝓculdubio debet eos vna cū cane.i. vna cū bonis predicatoribus regere ⁊ cōducere: decē talenta argēti.i.decē mādata ſibi debet recuperare:ſaram vxorē.i.diuinā gratiā debet ſibi coniungere:⁊ diuitias virtutū ſibi debet cum ea ꝓcurare:piſcē.i.carnē docere/apprehēdere:cōſiderare:⁊ ſic ꝑ cōſequens faciet ad patrē ſuū deū letanter cum vxore ſua et diuitijs.i.cum diuina gratia ⁊ virtutibus reuenire:ita ꝙ tunc poterit patrē ſuum ſuperiorē illuminare.i.ſpirituali leticia recreare:q: ſicut dicit in Prouer. Gloria pa Puer.15.e tris eſt filius ſapiens. Ideo breuiter de tali angelo poterit dñs dicere illud Exod. Ecce ego mit Exod.23.e to angelum meū:qui precedet te/et cuſtodiet in via ⁊c. ¶Uel ſi vis per Thobiam ſeniorē intelli Aliter. ge deum:per angelum ꝓlatum:⁊ per minorem ſubditum populum/ſicut ſupra.

## ¶Capitulū vj. Textus.

Profectus eſt autem thobias:et canis ſecutus eſt eum. Moralitatū Ca. v.

Cum angelus thobiam iuniorem cōduceret,cōtingit ꝙ circa tigrim fluuiū prima manſione maneret. Uolēs igit iuuenis pedes ſuos lauare i fluuio: ⁊ ecce piſcis immanis exiuit ad deuorandū eū. Quo timēte inuadi/dixit angelus ad eū. Apprehēde brāchiā

B eius:⁊ trahe eum ad te. Piſcem igitur in ſiccum
traxit:⁊ ſtatim palpitare cepit:⁊ ex mādato an-
geli piſcē exenterauit:fel/cor et iecur repoſuit ⁊
ſeruauit:cetera vero aſſauit et ſaliuit:⁊ ꝓ viati-
co cuſtodiuit. Angelus vero ſibi dixit/ꝙ fumus
cordis illius piſcis ſuper carbones poſiti/omnia
demoniorū genera ab hoīe fugat: fel vero ocu-
lis cecis ⁊ albuginoſis impoſitum/ipſos illumi-
Moralitas. nat. ¶ Quāuis videat̄ ſatis mirabile/ꝙ res cor-
poralis agat in ſpiritum:⁊ ꝙ fumus piſcis fuget
diabolū:vel ꝙ ſonus cithare faciat recedere ſpi-
1.Reg.16.d ritum immūdum/ſicut ſupra poſitū eſt:q̄ tn̄ ad
moralia tendimus:de diſputādo ſuper hmōi nō
curemus. Igit̄ dico ꝙ iſte piſcis poteſt peccatū
ſignificare:vel etiā carnē fluxibilē atq̄ mollē:qđ
ſcʒ ſub aqua mundane ꝓſperitatis ⁊ voluptatis
abſcondit̄:vbi thobie.i.cuicūq̄ homini inſidiat̄:
vt ſcʒ ipm̄ per culpā ⁊ penā abſorbeat ⁊ predet̄.
Puer.23.c Unde in Prouer. Inſidiat̄ in vijs quaſi latro:et
quos incautos viderit/interficiet. Iſta eſt ergo
veritas:ꝙ qn̄q̄ homo accipit manſionē ſuā ſup
tigrim fluuiū:q̄ interpretat̄ ſagitta:ꝑ eo q̄ ſicut
ſagitta velociter currit.i.in mūdi fluxibilitate q̄
cito deperit atq̄ fluit:⁊ in aqua voluptatis ⁊ ꝓ-
ſperitatis vult recreari:q̄cq̄ ſibi prima facie ſpe-
ret ⁊ intēdat ablui et mūdari:ſtatim tn̄ adeſt pi-
ſcis iſte.ſ.pctm̄ vel tētatio ſuperbie/luxurie vel
auaricie:vel etiā ipſa caro q̄ ſibi inſidiat̄:ipmq̄
attrahere et deuorare ſatagit et molit̄:ſed reue-
ra ad cōſiliū angeli teſtamēti ſcʒ chriſti vel boni
predicatoris:ipſe dʒ iſtū piſcē ſcʒ pctm̄ vel carnē
vel tentationē per cōſiderationē apprehēdere:⁊
ad ſiccitatē abſtinētie et pnīe trahere:⁊ ipſum dʒ
exenterare.i.qualis ſit et q̄d infra ipſum eſt re-
ſpicere et videre. Quod ꝓ certo ſi fecerit/in ipſo
tria reperiet:vnde cōtra vitiorū infirmitatē re-
media multa ſumet. Inueniet enim ꝙ in ipſo eſt
cor/iecur ⁊ fel.i.vanus amor ⁊ falſa delectatio:⁊
finaliter inueniet ꝙ eſt ibi fel.i.amara deſolatio
⁊ dānatio. Igit̄ ſi iecur.i.peccati delectatio cum
carbonibꝰ deſolatorijs.i.cū cōſideratione ignis
infernalis iungit̄:fiet ꝙ fumus ille cōpunctionis
et memorie exinde ꝓueniēs/demones ⁊ demonū
tentationes fugabit. Unctura vero fellis/cogi-
tatio.i.timor amaritudinis albuginē carnalita-
tis de oculo mētis curabit. Nihil enī proficit ma-
gis contra vitia et demonia/q̄ cogitare/q̄ falſa
ſunt carnis et peccati oblectamēta:et q̄ dura et
fellea ſubſequunt̄ tormēta. Fel igit̄.i.cōſidera-
tionem amaritudinis eterne dʒ homo in oculis
patris ſui ſcilʒ intellectus apponere:vt ſic poſſit
Hiere.23.c eum per gratiā illuſtrare/dicēs illud Hiere. Ecce
Aliter. potabo eos ⁊c. ¶ Vel dic ſi vis/ꝙ iſte piſcis eſt
diabolus/qui pro certo illis qui in flumine reli-
gionis/deuotionis vel cōpunctionis ſe balneāt:
A ⁊ in tigri.i.ſagitta diuini timoris ⁊ cōtritionis ſe
mundificant:⁊ ibidem affectuum pedes lauant:
piſcis diabolus inſidiat̄: ⁊ qui ꝑ peccatū ipſos
ſiſpōt deuorat ⁊ ꝓdat̄. Sed reuera homo dʒ
ipſum viriliter ꝑ bona opera inuadere:⁊ ipſum
per cōſiderationē exenterādo ⁊ aperiēdo/quid
in ventre et in corde ſuo habeat diſcernere: et
pro certo ibi inueniet cor.i.maliciam: iecur qđ
amare cogit.i.delectationis fallaciā: vel etiam
fel qđ eſt amarū.i.prauā intentionis nequitiam
⁊ future dānationis amarā anguſtiā. Que pro
certo ſi bene cogitauerit:⁊ carbones ignis eter-
ni/fumiq̄ lachrimarum ⁊ obſcuritatem tenebra-
rum que in inferno ſunt adhibuerit:ſibi ad ſpi-
ritualem cecitatem tollendam/⁊ ad demonū ef-
fugandum q̄ plurimū proficiet ⁊ valebit. Alle-
Aliter. ga vt ſupra. ¶ Vel dic ꝙ thobias iſte eſt xp̄s:pi-
ſcis vero diabolus:ſed de hoc vide ſupra ca.v.
Aliter. ¶ Vel dic ꝙ iſte piſcis immanis ſignificat diui-

tem magnum vſurariū ⁊ tyrānum:qui in fluuio
mundane proſperitatis verſatur:et ibidē tanq̄
in proprio domicilio moratur. Ezechi. Ecce ego Ezech.29.a
ad te draco ⁊c. Igitur ſi contingat ꝙ thobias.i.
aliquis pauper appropinquet ad iſtum fluuiū.i.
ad proſperitatis ſtatum:vel ad alicuius diuitis
domū vel locum:ſtatim cum tales piſces.i.tyrā-
ni/vſurarij et diuites ipm̄ velle ditari/vel ſe velle
iuxta ſe locari vel edificari vident:ſibi immedia-
te detrahunt et inuident/⁊ eum deuorare/et ra- B
pinis et exactionibus impugnare feſtināt:ita ꝙ
ipſos compellunt ad angelū.i.ad dn̄m clamare:
et cōtra eos auxiliū implorare. Dn̄e inquiūt,in-
uadit me. Job. Anime vulneratorū clamabunt.
Periculoſum eſt igitur talibus appropinquare Job.24.b
et eorū habitationibus,et eorū domibus,⁊ poſ-
ſeſſionibus vicinare:quia fluuiū mundane pro-
ſperitatis ſolū ſibi volunt appropriare:et ideo
ſolent oēs vicinos et ſocios impugnare:nec pa-
tiuntur aliquem quem impedire valent,pedes
ſuos lauare.i.recreationem aliquā obtinere. Vi-
dentur enim dicere illud Ezech. Nobis data eſt Ezechi.11.c
terra in poſſeſſionē. Thobias igit̄.i.pauper: ab
angelo.i.a deo cōſulit̄/ꝙ iſtum piſcē.i.iſtum diui-
tem per cōſiderationē apprehendat et ꝙ ipſum
de fluuio mundane proſperitatis per conſidera-
tionem extrahat:et ad ſiccū.i.ad mortis auſteri-
tatem et ſterilitatē imaginādo deducat. Hoc eſt
dictu:ꝙ ſtatū vite eius cito defecturū et ſtatum
mortis ſue cito ſucceſſurū cogitet ⁊ attēdat:⁊ ſic
ꝓ certo ipſum cogitare poterit palpitantē.i.du-
bium/miſerū et timentē. Unde de diuitibus dicit̄
Sapiē. Quod ipſi turbabunt̄ timore horribili/di- Sapiē.5.a
centes intra ſe/ penitētiā agētes,et pre anguſtia
ſpiritus gemētes. Conſiliū etiā eſt ꝙ pauper qui
videt gloriā iniquorū,ipſos per conſiderationē
exenteret:hoc eſt ꝙ quales ſunt interius cōſide-
ret:vt ſcilicet non gloriā ſuam exteriorē,ſed ini-
quitatem interiorē cogitet atq̄ ſpectet:quia ſcʒ
tunc videt ꝙ illi qui ſunt terribiles quo ad mū-
dum,ſunt abhominabiles quo ad deum. Iuxta C
illud Luce. Quod hoībus altū eſt:abhominatio Luc.16.b
eſt apud deū. Talē conſiderationē videt̄ habere
dauid in Pſal. vbi de ꝓſperitate maloꝝ ſic dicit. Pſal.72.b
Ecce ipſi peccatores in ſeculo obtinuerūt diui-
tias ⁊c. Et dixi. Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor
meū ⁊c. Donec intrem ſanctuariū dei:⁊ intelligā
in nouiſſimis eoꝝ. ¶ Vel ſi vis dic ꝙ thobias iſte Aliter.
eſt deus:quē pro certo piſcis immanis.i.aliquis
malus diues in pſona pauperū ⁊ religioſorū de-
uorat:⁊ eū in mēbris ſuis fatigat ⁊ infeſtat. Sed
pro certo deus talē de fluuio ꝓſperitatis ad ſic-
citatē mortis extrahit:⁊ eū exenterat:⁊ proſter-
nit:⁊ ſup carbones inferni aſſat et cōburit:et de
vētre eius.i.de ſuis intrinſecis et abditis: medi-
cinas pauperū,ſcʒ diuitias quas diu abſconde-
rat,extrahit:et de his cecos,id eſt inopes qn̄q̄
illuminat:inquātū de auarorū ſubſtātijs ipſos
poſt mortē taliū cōſolat̄ ⁊ ditat:caneſq̄.i.ꝑpales
ſubſtātias:iſtorūq̄ officia ⁊ bn̄ficia que tenebat:
ſibi ⁊ angelo reſeruat.inquātum in perſona pau-
perum ſe nutriri predicat. Eſa. Refice laſſum:et Eſa.28.c
ecce hoc meū refrigeriū. Impios et tyrānos tol-
lit de medio:vt ſaltē poſt eorū mortē de eorū di-
uitijs iuſtos alat:et vt eorū bona que auare ag-
gregauerat,per plurimos diſtribuat et diſtin-
guat:vt patet ad literā de clericis tenētibꝰ plu-
ra beneficia:et auaris habentibus plures diui- D
tias:q̄ ſcilicet poſt mortē eorū plures ditant̄,et
beneficiant̄:et thobias et angelus,id eſt paupe-
res et iuſti,vel ipſe deus in perſona pauperum
multiplr̄ recreant̄. Igit̄ dicitur Sap. Quod iuſti Sapiē.10.d
tulerūt ſpolia impiorū. Et alibi dr̄. Quod reſer- Puer.13.d
uat̄ iuſto ſubſtantia peccatorū,Unde dr̄ de malo Joh.10.c

diuite. Qui cõfligens nudauit pauperes: domũ rapuit, et non edificauit eã: nec eſt ſatiatus venter eius. Educetur egrediens de vagina ſua: vadent et venient ſuper eũ horribiles: ⁊ deuorabit eũ ignis qui nõ ſuccendetur: et de eodem dr̃ ibidem, ꝙ diuitias quas deuorauit, euomet ⁊c.

## ¶ Capl'm viij. Textus.

Poſtꝙ vero cenauerũt: itroduxerũt iuuenẽ ad eã. Moralitatum Capi. vj.

Hic dicitur ꝙ cũ ſacra filia raguelis ſeptẽ viros habuiſſet: ⁊ eos diabolꝰ occidiſſet: thobias ipſaꝫ ducere timuit: tñ ad angeli ↄſiliũ ipſam duxit: nec eũ diabolꝰ nocuit ſeu leſit. Nã ad conſiliũ angeli iecur piſcis mortui ſup carbones poſuit: ⁊ odore fumi eius demones fugauit. Quẽ raphael accipiens in deſertũ ſuperioris egypti relegauit. tandẽ ṽo in timore dei vxorẽ inſtruẽs: ⁊ ad orõnẽ inuitãs cũ ipſa tribꝰ diebꝰ orõni vacauit: ⁊ ſic intrãs ad puellaꝫ, in dei benedictiõe ſine nocumẽto eã ſuſcepit. Sicut eñ angelꝰ ſibi dixerat: demoniũ ſolum ſuper illos ptãteꝫ habebat: qui ſicut equus ⁊ mulꝰ ſine timore dei cũ ſuis vxoribꝰ habitant: ⁊ qui in actu ↄiugali nihil ṗter delectationẽ amãt. ¶ Iſta exẽplariter ad lrãm pñt allegari cõtra libidinoſos: qui ſcꝫ ſicut bruta ſine dei timore ſolã delectationẽ q̃runt: qꝛ ꝓ certo tales ꝑ ſpm̃ fornicatiõis pereũt: inquantũ etiã cũ ꝓprijs vxoribus fornicationẽ cõmittũt. Iuſti ṽo cũ dei timore et bona intẽtione ⁊ orõne debẽt cõiugiũ celebrare: et ſic nõ habẽt demoniũ .i. ſpm̃ luxurie formidare: ⁊ potiſſime ſi piſcis mortui iecur .i. ſi xp̃i morientis mortẽ ſup carbones feruentis charitatis per ↄſiderationẽ voluerint adhibere. Dicat igitur bonꝰ cõiunx vxori ſue illud qđ iſte dixit hic. Filij ſctõꝝ ſumꝰ: ⁊ nõ poſſumꝰ ↄiungi ſicut gentes q̃ ignorãt deũ. ¶ Uel dic ꝙ vxor nr̃a eſt bñficiũ vl' eccleſia nobis data: qꝛ ꝓ certo q̃cunqꝫ iſti vxori brutaliter: et ſolũmodo ꝓpter lucrũ ⁊ delectationem ⁊ vtilitatẽ tpaleꝫ ↄiungitur: ⁊ eidẽ ꝑ ꝓmotiones ↄiugatur: neceſſe eſt ꝙ a diabolo ſpũaliter ⁊ tẽporaliter ꝑimatur. Ille ṽo q̃ taliter vxorẽ accipit: nõ vt p̄ſit, ſed vt ꝓſit: nõ vt libidini ⁊ voluptatibus vacet: ſed vt cũ timore diuino ⁊ orõni diuine laudi ſe applicet: a demõe nõ leditur ſed ſanꝰ et incolumis ſpũaliter reꝑitur: ⁊ cũ vxore hmõi, ꝓle bonoꝝ operũ iocũdatur: ⁊ diuitijs tpalibꝰ ⁊ ſpiritualibꝰ proſperatur. Ps. Uxor tua ſicut vitis abũdans in lateribus domus tue.

E

Moralitas.

Aliter.

Ps.127.a

F

## ¶ Ex eodẽ capl'o octauo

Textꝰ b. Et factũ eſt circa pullorũ cãtũ accerſiri iuſſit raguel. Morali. Ca. vij.

Hic habetur ꝙ raguel pater ſare: poſtꝙ thobias filiã ſuã in vxorẽ acceperat: ⁊ ad eã intrauerat, timuit ne forte ſibi ſicut alijs accidiſſet: hoc eſt, ne forte a demone ſuffocatꝰ fuiſſet: fecit de nocte i domo ſua foueã facere vt ip̃m poſſet terre cõmẽdare: ⁊ ſicut alios ſepelire diſpoſuerat: ſed ip̃m ſanũ reperiẽs, i laudes dei ꝓperat ⁊ exultat: ⁊ duas vaccas ⁊ quatuor arietes occidẽs, nuptias p̄parat ⁊ celebrat. thobias igitur angelũ ad gabellũ mittit q̃ pecuniã recuꝑat, ⁊ ip̃m ad nuptias adducit. Tãdẽ ṽo raguel medietatẽ bonoꝝ ſuoꝝ filie ſue tradidit: ⁊ ſic cũ magna ſubſtãtia thobias cõiugẽ ſecũ duxit. Qui p̄cedẽs felle piſcis oculos patris illuminauit: ⁊ cadẽte albugine q̃ſi mẽbrana oui, viſum recuperat: ⁊ vidẽs filiũ ſuũ, dominuꝫ benedixit. ¶ Iſta exponũt quidã allegorice. Dicunt eñ ꝙ raguel eſt populꝰ gentilis: cuiꝰ filiam id eſt ipſaꝫ gentilitatẽ ſeu gẽtiliũ cõmunitatem: thobias id eſt xp̃s in vxorẽ duxit: inquantũ ip̃aꝫ ad fidem cõuertens, de ea eccleſiã ſuam fecit: ſed reuera in principio ille raguel, ſcꝫ gentilis ppl's dubitauit: ⁊ timuit ne forte ille eſſet verꝰ maritꝰ: ⁊ ne forte mũdũ decipiẽdo fuiſſet a demone mortuus vel oppreſſus: quapropter ipſum ſepelire diſpoſuit: inquãtum in perſona tyrannoꝝ nomẽ chriſti ⁊ eius fidem opprimere et tollere feſtinauit: ſed finaliter cantu galloꝝ .i. doctrina predicatorũ inſtante: ipſum verum eccleſie maritũ, virum ſanctum et legitimum reperit et cognouit: ⁊ tunc nuptias vere ⁊ firme fidei ſtatuit ⁊ inducit: in quibus ꝓculdubio vaccas et arietes .i. martyres ⁊ cõfeſſores de populo ſuo preparat ⁊ exponit. Conſtat autẽ ꝙ de populo gentili conuerſo, multi in primitiua eccleſia more vaccarũ agrum dominicũ coluerũt: ⁊ tandẽ per martyriũ obierũt. Multi arietes et prelati ⁊ duces in eccleſia fuerũt qui mortẽ ꝓ domino ſubierũt. Tunc in nuptijs thobie ⁊ ſare .i. xp̃i ⁊ eccleſie de ſeipſis enceniũ p̄buerũt. Uñ Matth. Tauri mei ⁊ altilia mea occiſa ſunt: et oia parata ſunt: venite ad nuptias .i. ad fidem xp̃i. Gabelus ꝑ angelũ adducitur: qꝛ ſcilꝫ ad fidẽ xp̃i quotidie nouꝰ populus ꝑ predicatores angelicos aggregatur. Sara eñ .i. gẽtilitas: cũ magna ſubſtãtia thobie traditur: qꝛ etiã de gentibꝰ cũ diuitijs diuerſarũ ſcientiarũ ad fideꝫ veniens dño deſponſatur. Et finaliter tñ iſte thobias ſcꝫ xp̃s: patrem ſuũ cecum .i. populũ iudaicũ excecatũ, per fidem illuminat: inquantũ in fine tpis lumen ſue fidei ſeruat: quia tunc exultãdo clamabit ⁊ dicet. Ecce video thobiam filium meum: quando albugo infidelitatis de oculis eius ceciderit: ⁊ qñ ſe erraſſe fatebitur ⁊ cognoſcet: ⁊ qñ ſe media etate illuminatum aduertet, dicẽs illud Joã. Cum cecus eſſem, modo video. Albugo eñ proprie cecitatẽ populi iudaici ſignificat: q̃ ſe albũ ⁊ iuſtũ credit ⁊ eſtimat. Et iſta etiã cecitas et albugo quaſi mẽbrana oui eſſe dr̃: ꝓ eo ꝙ adhuc xp̃m tanqꝫ de ouo naſciturũ expectat: ſed tũc talis albugo de oculo ſue mẽtis cadet quãdo chriſtũ iã veniſſe cognoſcẽs, ſe erraſſe ꝑcipiet. Unde apl's. Uelamẽ ẽ poſitũ ſup cor eoꝝ. Cũ aũt auerſi fuerint, auferetur velamen. ¶ Hic potes ſubdere exemplariter: quomodo angelus eleemoſynam, orationem et ieiunium cõmendat: et quomodo ex hoc promeruit thobias ꝙ a deo temptaretur, et temptatus conſolaretur. Uide ca. xiij. Nihil videtur in alijs capitulis huius libri figurale.

¶ Moralitatum ſuper thobiam Finis.

Allegoria.

E

Mat.22

D

Joã.9.a

1.Cor.3.d

Tho.12.c

# Moralitatũ liber decimuſoctauus ſuper Judith.

## ¶ Capl'z .j. Textus.

Arphaxat itaqꝫ rex medorũ ſubiugauerat multas gentes. Moralitatũ Capi. j.

Nabuchodonoſor rex Aſſyriorum cum cõtra Arphaxat regem medorum victoriam obtinuiſſet: eleuatum eſt cor eius in ſuperbiam: et omnem terram voluit ſuo imperio ſubiugare. Nam non ſuffecit ſibi regnum medorum acquiſi-

uiſſe:quinimo nuncios ſuos ad libanum/ciliciā/
ſyriā et damaſcū vſq; in hieruſalē miſit:vt tribu
ta ſibi ſoluerent:⁊ vt eum in regē reciperent per
nuncios imperauit.Et quia oēs vno animo con
tradixerūt ei:⁊ remiſerūt nūcios vacuos:et ſine
honore abierūt:indignatus ipſos per potentiā
opprimere et ſubiugare voluit.Ideo holofernē
principē militie cum exercitu infinito contra re=
gionē occidētis miſit:⁊ omnē terrā ſibi ſubiuga=
ri mādauit.Qui mādatis eius obtēperans mul=
tas ciuitates ⁊ terras confregit:multoſq; ipſum
voluntarie recipiētes in dn̄m/in deditionē rece=
pit.Terras que prius mandata nabuchodono=
ſor cōtempſerant/p violentiā eius imperio ſub=
Moralitas. iugauit. ¶Iſta poſſunt applicari cōtra ambitio
ſos et preſumptuoſos.Ille enim nabuchodono=
B ſor:qui interpretat̄ ſedens in anguſtia:preſum=
ptuoſos et ambitioſos ſignificat:qui per ſolici=
tudinem ſemper anguſtiant̄,vt ad ſtatū altiorē
Tren.1.a promoueant̄.Tren.Sedet in anguſtia dn̄a gen=
tium.i.ambitio cōtra arphaxat.i.facit aliquod
factum notabile:propter quod regnū medorū.i.
aliquā dignitatem obtinet ⁊ acquirit:nō ſufficit
ſibi ꝙ rex ſit aſſyriorū:⁊ ꝙ efficiat̄ rex medorū.i.
nō ſufficit ſibi dignitas quā ab antiquo habuit,
vel quā de nouo acquiſiuit:quinimo ad altiora
accendit:⁊ ad altas dignitates et officia ambire,
et ea vſurpare molitur.Quod potiſſime fit,quā=
do videt aliquod beneficiū vel dignitatem vaca
re:q: ſcilicet tunc magis ſolet ad dignitatē aſpi=
3.Reg.1.a rare.Adonias aūt filius agith eleuabat̄,dicens.
Ego regnabo.Quid igitur fit?pro certo iſti tūc
quādo vidēt electionē inſtare ſolent nūcios pro=
locutores ⁊ proſeuchas ſuos mittere:et nūc ad
vnum,nunc ad aliū diſcurrere:multa et magna
promittere:vt ad regnandū ſup ipſos,⁊ ad pre=
laturam vel officiū obtinendū ipſos valeāt incli
2.Reg.15.a nare:dicētes cum abſalone illud qd̄ dicit̄. Quis
me cōſtituat iudicē ſuper terrā,vt ad me veniāt
oēs:vt iuſte iudicem?Sed reuera iuſto dei iudi=
cio fit ꝙ omnes vno animo cōtradicūt ei:et nun=
cios prolocutores,et ſuos ſecretos repudiāt et
cōtemnunt:et ꝙ in die electionis vbi ſe eligi for=
ſan exiſtimabat:omnes electioni ipſius ſe oppo=
C nant,dicētes illud Luc.Nolumus hunc regnare
Luc.19.e ſuper nos.Quod vidēs ille ad holofernē princi=
pem militie.i.ad principum ⁊ laicorū potentiā ſe
cōuertit:totq; per eos tribulationes excitat cō
tra iſtos/ꝙ ciuitates et munitiones.i.tēporales
poſſeſſiones iſtorū impedit et ſubuertit:dicēs il=
Luc.19.a lud Luce.Illos autē qui noluerunt me regnare
ſuper ſe/adducite huc ⁊ interficite. Et ſic p vio=
lentiā ad cōſentiendū in eum ipſos cogit. Ita ꝙ
breuiter iſti cōpellunt̄ dicere illud qd̄ etiā iſti di=
xerūt.Deſinat obſecro ira tua cōtra nos. Sequi
tur.Ueni nobiſcū pacificus dn̄s:⁊ vtere ſeruitio
Aliter. noſtro ſicut placuerit tibi.¶Uel allega ꝙ nabu=
chodonoſor.i.diabolus:qui videns ſe ſuperaſſe
arphaxat cū exercitu.i.cum malorū multitudi=
ne:nō ſufficit ſibi/niſi in alios.i.per malos princi
pes et eorū officiales non ſibi ſubiectos.i.in bo=
nos ⁊ religioſos manumittat:qui primo nūcios
ſuos.i.tentationes leues ad eos mittēs/repul=
ſam patit̄:quia ſcʒ ſtatim hoies a principio obe=
dire vel ſubdi diabolo dedignant̄. Ideo ſepe fit
ꝙ principē militie ſue holofernē:qui interpretat̄
infirmans vitulū ſaginatū.i.peccatū luxurie:qd̄
inter alia vitia obtinet principatū : et qd̄ impin=
guatos/delicioſos vitulos/iuuenes et laſciuos
infirmat:cōtra ipſos dirigit:quo mediante mul=
tos ſuperat:paucos vero q̄ in auxilio ſancte mu
lieris vidue.i.beate virginis ipm̄ vincant/inue=
nit.Ubi em̄ aliꝗ nūcij.i.alia vitia deficiūt:holofer
nes.i.luxuria principat̄.Unde dicit̄,ꝙ cecidit ti=

mor holofernis ſuper omnes habitātes terram. D

## ¶Capitulū iij.Textus.

Tunc miſerunt legatos ſuos vniuerſa=
rum vrbium.Moralitatum Ca. ij.

Hic dicitur ꝙ cū ho
lofernes omnē terrā ſuo dominio
ſubiugaſſet:et quoſdā virtute ar=
morum/quoſdam voluntarie cum
hymnis et canticis obuiātes eiſdē:
in ditionem ſuam ſumpſiſſet : de vniuerſis vrbi=
bus viros fortes ſibi in auxiliatores accepit:
cum quorū adiutorio leuius ceteros ſuperauit.
¶Sic vero diabolus:qui quoſdā virtute armo= Moralitas.
rum.i.violentia tentationum ſuperat:quoſdam
vero volūtarie et quaſi ex induſtria peccantes:
de quibus dicit̄.Quaſi ex induſtria receſſerunt a Job.34.c
deo:ſibi ſubiugauit de omnibus vrbibus/et de
omnib⁹ ſtatibus quoſdā fortes auxiliatores.i.
quoſdā hereſiarchas vel aliorum peccatorū pa=
tronos ſibi aggregauit:quibus mediantibus de
alijs facilius victorizat.Iſti em̄ q̄ alios ad pec=
catum incitant/diaboli ſunt auxiliatores:quorū
opere vincit facilius peccatores.¶Hic habes ꝙ Eodē ca.d
nabuchodonoſor preceperat holoferni principi
militie ſue ꝙ omnes deos terre deſtrueret et de=
molireur:vt ipſe ſolus deus ab his nationibus
que per holofernē poſſent ſubijci diceretur. Sic
igitur factum eſt/ꝙ iudith ſancta mulier caput
holofernis amputauit : et ſic nabuchodonoſor E
potentiam et ſuperbiam eneruauit.¶Iſtud ap= Moralitas.
plica contra preſumptuoſos et inuidos qui ſo=
lum volunt dij/dn̄i excellentes et inclyti reputa=
ri:quapropter totis viribus laborant/ꝙ alij,id
eſt magni potētes famoſi eradicentur:vt ſolum
ipſi apparere inter homines videant̄. Sicut de
ſaturno legitur:ꝙ ericthonium filium ſuum occi
dit,et hoc quia vidit eum ſapientem:et timebat
fame ſue poſſe detrahi propter eum : cum ſolus
deus ab omnib⁹ vellet credi. ¶Iſta poſſunt ap=
plicari cōtra imperium romanorū:qui medians
te militia ſua deos terre,id eſt reges mūdi ſub=
uertebant:et nomen eorum de medio ſubmoue=
bant:regnaq; ipſorum et prouincias redimebāt:
et ſic cum effuſione ſanguinis totum mundū ſuo
imperio ſubiugabant:ſoliq; dij terre/imperato=
res et domini dici in toto orbe volebant:⁊ quod
abominabilius videbatur/leges et ſtatuta ſcri=
bebant:in quibus nō debere dici aut eſſe in orbe
regem preter ceſarem dicebant.Hiere. Ero deus Hiere.31.a
vniuerſis cognationibus iſrael ⁊c. Quod vtiq;
valde abſurdū extitit:vt reges in diuerſis mun=
di prouincijs ex cōſenſu populorū legitime fa=
ctos vel a deo inſtitutos/ſola autoritate et vio=
lētia ſubmouerēt:ipſoſq; regnis et dignitatibus
ſpoliarēt:ſibiq; totū applicaret:⁊ ſe ſolos reges F
in orbe vocari iuberent:totūq; mūdum a princi=
pio liberū tributis ⁊ ſeruitutibus ſubiugarent,
dicētes illud quod ſequitur infra.Sciat vniuer= Judith.5.b
ſa terra ꝙ Nabuchodonoſor eſt de⁹ terre:⁊ pre=
ter ipſum alius non eſt.Non eſt mirum igitur ſi
illud tam violentum ſtare nō potuit:et ſi ſancta
mulier iudith,id eſt ſancta prouidentia occulta
vel eccleſia/iſtius crudelis principis caput ⁊ po
tentiam amputauit.Dignum enim fuit/ꝙ qui ſo
lum dij terre dici volebant:propriū caput,id eſt
propriam imperatoriam dignitatem amitterent
qua gaudebant.Sicut et nunc patet:quia impe
rium ad tranſlationem aliam eſt tranſlatū:⁊ nul
lus alius habet imperij poteſtatem/vel principa
tum.Dignū enim eſt:ꝙ qui vſurpat aliena/iuſto
dei iudicio perdat ſua.Ideo iſti ciuitati poteſt

hodie dici illud qđ antiquit⁹ dictū eſt babyloni.
Eſa.47.b Audi derelicta, habitans in cōfiden ia: q̄ dicis in
corde tuo: ego ſum: ⁊ preter me nō eſt amplius.
Non ſedebo vidua: ⁊ ſterilitatē ignorabo. Et ſe-
Eodē.c.c quitur. Venient tibi ſterilitas ⁊ viduitas. ¶Hic
habes ꝙ cū oēs gn̄aliter ſe holoferni redderēt:
⁊ ſe potētie ei⁹ ſubijcerent: ⁊ ſe ⁊ vxores ⁊ filios,
ciuitates ⁊ bona ſua eius dominio ſubiugarēt: ſi-
bicꝫ ⁊ exercitui ſuo cum lāpadibus, tubis ⁊ tym
panis occurrerent. Dicitur tñ ꝙ iſta faciētes nō
B poterant ferocitatē ſui pectoris mitigare. Qua
Moralitas propter cito ignominioſe dicitur perijſſe. ¶Qđ
ſcꝫ contra tyrannos crudeles pōt allegari: quoꝝ
tanta eſt ſuperbia: ꝙ ſubditoꝝ obſequijs, bene-
ficijs, blādicijs deliniri nō poſſint: ſed ex hoc ad
deterius prouocātur: ⁊ ſepe ad crudelitatis ope
ra fortius inardeſcūt: quapropter ſepe fit, ꝙ iſti
in ſua potentia gloriātes, ⁊ deſolationibus ho-
minum nō parcentes, iuſto dei iudicio ſuccūbūt.
Aliter. ¶Vel dic ꝙ iſte eſt diabolus: quia pro certo qui
recipiunt ipſum: et ei conſentientes complau-
dēt fatui ſunt, ſi eius ferocitatem mitigare cre-
dunt: qꝛ reuera propter hoc ipſis nō parcet: ſed
contra ipſos in inferno fortius inardeſcit. Unde
Prouer.6.d in prouerbijs. zelus et furor non parcet in die
vindicte.

## ¶Capitu. iiij. Textus.

**Tunc audientes hec filij iſrael qui ha-
bitabāt terrā iuda. Moralita. Cap. iij.**

**Audientes filij** iſrael potentiā holofernis: timuerunt valde, ne forte hieruſalē caperet: templū deſtrueret: ſancta pollueret ciuitates eorum frangeret: vxores et filios captiuaret
D ⁊ ideo oēs ſe ſaccis operuerunt: ieiunijs et orationib⁹ ſe humiliauerūt: ⁊ ſacerdotes etiā operti cilicio ⁊ cinere, ſacrificia obtulerunt: ⁊ fortiter ad dn̄m clamauerunt: ⁊ occupauerūt oēs vertices montium, ⁊ muris circūdederūt vicos ſuos: ⁊ preparauerunt frumentum contra obſidionē pugne. Sacerdos vero ſummus heliachim noīe per ciuitates circūibat ad orandū ⁊ recurrēdū ad dominū: ⁊ oēs vniuerſaliter commonebat: precepit etiam anguſtas vias inter montes ꝑ quos iter poterat eſſe i hieruſalē cuſtodiri, ne pateret trāſi tus holoferni. Sic igitur finaliter factum eſt ꝙ holofernes diuino munere fuit victus: ⁊ hieruſalē de ſua crudeli potentia liberata. ¶Sic vero chariſſimi moraliter loquēdo videmus ꝙ nos filij iſrael. i. chriſtiani qui deū ꝑ fidē cognoſcim⁹, videm⁹ ⁊ audim⁹ ꝙ holofernes diabolus cū exercitu vitioꝝ ⁊ tentationū, infirmitatem hominum nō ceſſat ſubiugare: ⁊ ſua potentia oīa cōcutit ⁊ cōturbat: qꝛ ſicut dr̄ Job. Nō eſt poteſtas ſuꝑ ter
Job.41.d rā que cōparet̄ ei: quodcꝫ ꝯtra nos ꝑparat. Ideo vald debemus a facie eius timere: ⁊ illius malicias precauere: ⁊ hoc ne forte hieruſalem. i. animā per peccatū capiat: ⁊ templū deuotionis deſtruat: ſancta noſtra. i. ſanctam viā polluat, ciuitates, hoc eſt ciuiū vnitates, ac per hoc cōcordiā noſtram dirūpat: ⁊ vxorē ⁊ filios. i. charitatem ⁊ bona opera nobis tollat: ⁊ ideo ad obuiandū
A malicijs eius quilibet debet occurrere: verticem montiū. i. celſitudinē contēplatiōis occupare: ieiunijs ſe affligere: ſanctū cilicium. i. aſperitatem penitētie induere, ⁊ cinere mortis, ſcꝫ memoria ſe aſpergere: deo per bona oꝑa ſacrificare: ad deū per orationē clamare: ⁊ frumentū. i. eucharistie ſacramentū cōtra obſidionē. i. cōtra tētamenta diaboli preparare. Sacerdos etiam noſter. i. ſacer dux bonus ⁊ diſcretus: debet per circūſpectionē diſcurrere: ⁊ oēs potētias anime viſitare: ⁊ ꝙ anguſta loca ſenſuū corporaliū: per q̄ tn̄ iter pōt eſſe ad hieruſalē. i. ad animā capiēdā diſcrete cuſtodiāt: debent ſe ſollicite premunire: vt ſic holofernes. i. diabolus; q̄ bene dicit̄ holofernes
i. infirmans vitulū ſaginatū: ꝓ eo ꝙ leues carnales pingues ⁊ opulentos inficiat, poſſint machinationibus obuiare. Qui enim taliter cōtra ipm̄ ſe preparauerit: nunꝗ ſpūaliter ab eo vict⁹ erit.
Bene igitur dicit̄. Fili accedens ad ſeruitutē dei, Eccli.2.a
ſta in iuſtitia ⁊ timore ⁊ para aīam tuā ad tētatio- Aliter.
nē. ¶Vel ſi vis, dic ꝙ hieruſalē eſt eccl'ia: de qua
viri iſrael. i. viri eccleſiaſtici: valde debēt timere
ꝙ ab holoferne diabolo ꝑ vitia deſtruat̄: ⁊ ideo
eliachim ſacerdos. i. quilibet bonus prelatus dꝫ
diſcurrere: ⁊ fideles ad orandū ⁊ reſiſtendū peri-
culo: ⁊ artos paſſus ⁊ tranſit⁹, ꝑ quos habent in-
gredi hoſtes. i. ad vota religiōis, mādata legis, B
articulos fidei ſacramenta eccleſie que quidem
ſunt principales ingreſſus eccl'ie cuſtodiēdū: et
principaliter occupandum monere: necnō vt ad
muros regularis diſcipline reedificāde intēdere
velint, ⁊ orationi vacare: montes contēplationis
occupare: frumenta meritoꝝ ⁊ virtutum prepa 1.reg.7.a
rare: ipſos debet docere, dicens illud. Preparate corda veſtra domino ⁊c.

## ¶Capitulū v. Textus.

**Nunciatūcꝫ eſt holoferni principi mi-
litie aſſyrioꝝ. Moralitatū Cap. iiij.**

**Achior pricеps** filiorū amon, holoferni petēti de filijs iſrael q̄ ſe preparabāt cōtra eū defendere: quidnā eſſet incepit iterrogare. Qui dei iſrael mirabilia cepit predicare: et legē populi iſrael cōmendare: ⁊ inter alia dicere: ꝙ ſi de⁹ eoꝝ ipos iuuare decreuerit nunꝗ holofernes vel q̄cūcꝫ ali⁹ poſſit preualere. Indignatus holofernes ipm̄ ad filios iſrael duci fecit: ⁊ cū ipſis extūc eſſe voluit: ⁊ hoc cū capti eſſent filij iſrael quorū deum cōmendauerat: ipſe cū eis gladio aſſyrioꝝ verberaret: ⁊ ſic nullum aliū deū eſſe dn̄m terre ꝗ nabuchodonoſor experiret. Ducit̄ igit̄ achior i bethuliā:
C ſed occurrētibus baliſterijs de iſrael, ipſum ducere ad ciuitatē nō potuerūt: quapropter ipſum ad arborē ligantes ⁊ recedentes, ab exercitu dimiſerunt: quē tandē filij iſrael ſoluentes, ⁊ in ciuitatem ſuā ducentes: oīa que contigerāt, audierunt ⁊ poſt fletus ⁊ orationes ciuitate ſaluata
ipſum circūdederūt, ⁊ in ſuū conſortiū receperūt Moralitas.
ſicut ſcriptū eſt ⁊c. ¶Iſta poſſunt applicari ad quemlibet ſanctū pro chriſti noīe crucifixū ſicut ad Andreā ⁊ petrū. Achior em̄ iterpretat̄ frater meus montanus: ſignificans illos ſcꝫ qui fratres ꝑ charitatē fuerūt: ⁊ montani ꝑ mentis ſublimitatem, ⁊ contemplationem, vel per vite eminentiam dici poterāt. Cōſtat em̄ ꝙ iſti corā holoferne principe. i. corā nerone vel cōtra alios tyrānos potentiam dei iſrael, ſcꝫ chriſti p̄dicabāt, ⁊ fidē ipſi⁹ cōmendabant: factum eſt ꝙ ꝑ eum in bethuliā, que interpretat̄ dom⁹ parturiens dn̄m. i. paradiſum: qui nobis dn̄m parturiuit et miſit: morte intercedēte ſunt miſſi. hoc eſt per iſtos ad arborem ſcꝫ ad crucem fuerunt ligati in crucecꝫ morte dānati: ⁊ a cruce per filios iſrael, ideſt ꝑ angelos quātū ad animam ſunt ſoluti: in bethuliam. i. in paradiſum deducti: ⁊ a carne ſua, ideſt

a corpore circunciſi per mortem in ipſorū iſraeli
tarū.i.in ipſorum angelorū cōſortiū ſunt aſſum-
pti. Ipſe vero holofernes.i.tyrānū finaliter mor
Luc.19.a te turpiſſima ſunt conſumpti. Luce. Aſcendit in
arborem ſycomorum vt videret ieſum.

D **Capitulū vj. Textus.**

**Holofernes aūt altera die precepit exer
citibus ſuis. Moralitatum Ca. v.**

HOlofernes volēs
capere ciuitatē bethulie ⁊ alias
ciuitates: ⁊ filios iſrael ſubiuga-
re: primo ſtuduit fontes ⁊ aquas
eis auferre: ⁊ iō cōductū ꝑ quem
aqua fluebat in ciuitatē, ꝯfregit:
fontesq̄ q̄ circa ciuitatē erāt, cuſtodiri fecit: ⁊ ſic
populū ciuitatis horrēdo ſitis ardore confecit.
Judith. 1.c Vn̄ etiā ſicut infra dicit̄: ſanguinē pecorū ſuoꝝ bi
bere ꝓponebāt: ⁊ ad oleū ⁊ frumenta q̄ dn̄o deo
ſuo cōſecrata fuerāt, cōtra fas, ⁊ iuſticiā manus
ſuas volebāt extendere: q̄ tn̄ cōtingere nō debe-
Moralitas bāt. ¶ Sic vere dico, ꝙ holofernes diabolus, q̄ cō
tinue ciuitatē eccleſie vel aīe per tētationes ob-
ſidet: ⁊ ſumme ſtudet aquā gratie ⁊ deuotionis
ſubtrahere, ⁊ fontē lachrymarū ⁊ cōpunctionis,
necnō fontē mīe et cōpaſſiōis ſiccare. Quo facto,
ſtatim ſitis ⁊ ardor malorū deſiderioꝝ, ſcʒ auari
cie ⁊ carnalis cōcupiſcētie in illa ciuitate ꝯſurgit:
q̄ habitatores ei⁹ afficit ⁊ affligit: intantū ꝙ iam
oēs ad ſitiʒ auaritie tēperādā, ſanguinē pecoꝝ.i.
tpalē ſubſtātiā ſimpliciū vel ſubditorū ſuoꝝ bi-
būt: rapinis ⁊ exactionibus illā ſugūt: qđ potiſſi
me ptʒ de illis q̄ in mūdo habēt iuridicā poteſtatē:
qui ſcʒ ſanguinē alienū.i.vitā ⁊ ſubſtantiā tpalē
Nu.23.d e bibere delectant̄. Vn̄ in lib. Nume. Nō accubabit
leo donec rapuerit predā: ⁊ occiſorū ſanguinē bi
bat. Iſti etiā nō ſufficit ſanguinē pecoꝝ idest ſub
ditoꝝ ſuoꝝ bibere: quinimo ad oleū ⁊ frumētū
dn̄o ꝯſecratū.i.ad bona eccleſiaſtica dn̄o ꝯſecra-
ta atq̄ dedicata: manū mittere, ⁊ ipſa fraudulen
ter vel violenter ab ipſis eccleſiaſticis ſubtrahe
re vel auferre ſtudēt: ſicut ad literā patet de ma-
lis principibus, ⁊ malis iudicib⁹ ⁊ malis p̄latis ⁊
officialib⁹: de malis balliuis ⁊ lictorib⁹ ptʒ: q̄ oēs
ſanguinē ſubditoꝝ bibūt: ⁊ q̄n̄ poſſunt bona deo
⁊ eius ſeruitoribus dedicata: que ipſis non lʒ tā
Judith. u.c. gere, deuorāt ⁊ ꝯſumūt. Vn̄ ſequit̄ infra. Qui hoc
faciunt, certū eſt ꝙ in perditionē dabuntur.

**Capitulū ix. Textus.**

**Quib⁹ abſcedētibus iudith ingreſſa eſt
oratorium ſuum. Moralitatū Ca. vj.**

VOlēs iudith place
re principi holoferni, primo orōni ſe
dedit: cilicio ſe induit: ⁊ cinerem ſu-
per caput ſuum poſuit ⁊ oratoriū in
trauit. Tandē vero de loco ſurgēs, i quo corā dn̄o
ꝓſtrata iacuerat: veſtimēta viduitatis exuit cor-
pus ſuū lauit: myrrha optima ſe inunxit: crines
capitis ſui diſcriminauit: ⁊ iocūditatis veſtimen
F tis ſe veſtiuit: myrrham capiti ſuo impoſuit: ſan-
dalia pedib⁹ ſuis circūcinxit, aſſumpſitq̄ dextra
lia, inaures annulos ⁊ lilia: ⁊ ornamētis oīb⁹ ſe pa
rauit. Iſta igit̄ ſic ornata, a p̄ncipe ꝯcupiſcit̄: ⁊ in
tabernaculo ei⁹ introducit̄: ⁊ a cūctis ſeruis ipſi⁹
Moralitas. honorat̄. ¶ Si vis dic de iudith in bono, q̄ iterp̄ta
tur glorificās ꝙ ſignificat aīam chriſtianā: q̄ deū
glorificare tenet̄. Igit̄ ſi illa vult placere princi-
pi noſtro chriſto: dʒ intrare oratoriū ſecrete me-
ditatiōis: accipere ciliciū.i.aſperitatē penitentie
⁊ maceratiōis emittere ad deū vocē ⁊ gemitū orō
nis: tandē oʒ de terra.i.de terrenis ꝑ affectioneʒ
celeſtiū ſurgere: veſtimēta viduitatis.i.conuerſa
tionē pcti ſeu veterē hoiem exuere, ꝑ lachrymo-
ſaʒ cōpunctionē ſe lauare: ⁊ crines capitis.i.affe
ctus ⁊ cogitatus cordis ꝑ cōfeſſionē pectinare ⁊
expādere ⁊ diſcriminare: miro odore deuotionis
ſe vngere: veſtibus iocunditatis.i.conuerſatiōe
honeſta ſe induere: myrrham alte ⁊ eleuate con-
templatiōis capiti ſiue cordi ſuo debet imponere
ſandalia diuini timoris pedibus affectionū ſua-
rū cōponere: ⁊ dextralia bonorū operū ſuis bra-
chijs applicare. Debet etiā acipere inaures q̄ au-
res ornāt: virtutē patiētie, qua.ſ. patienter au-
diat: anulos qui faciliter voluunt̄.ſ. virtutē obe
diētie: lilia q̄ colorē candidū ſortiunt̄.ſ. candoreʒ
caſtitatis ⁊ cōtinētie. His igit̄ ſi aīa ſic ornata fue
rit: proculdubio principi militie noſtre chriſto
mirabiliter cōplacebit: ⁊ vſq̄ ad tabernaculum
eius.ſ. ad paradiſum veniet: ⁊ in eterne quietis B
cubiculū ſubintrabit. Pſ. Audi filia ⁊ vide ⁊ in- Pſ.44.c
clina aurē tuā ⁊c. Dicit̄ etiā chriſto de aīa beata.
Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato
circundata varietate. Ipſi vero aīe ſubdit̄ illud im
mediate poſitum. ¶ Vel ſi vis dic ꝙ holofernes Aliter
quē iudith volēs occidere taliter (vt p̄miſſum eſt)
ſe ornauit, eſt diabolus: quē ꝓ certo iudith id eſt
ſancta anima vel ſancta eccl'ia ſpūaliter vin-
cit ⁊ ſuperat, q̄n̄ p̄dictis ornamētis ⁊ virtutib⁹ ſe
ornat. ¶ Vel dic ꝙ iudith eſt beata virgo: q̄ ꝓ cer Aliter
to principē militie ſuperborū ſeu reproborum.ſ.
diabolū: q̄ populū iſraeliticū.i. populum fideliū
tentationibus oppugnat: aquā deuotiōis ipſius
ſubtrahit: ⁊ ciuitatē eccleſie capere et deſtruere
tentat: deſtruxit ⁊ ſuperauit: ⁊ potentiā ei⁹ ener
uauit: ⁊ dei pp'lm de ipſius manib⁹ liberauit: ipm
etiā nunc q̄tidie ſuperat: ⁊ deuotos ſuos ab ipſo
liberat ⁊ defendit. Vn̄ proprie dr̄: Una mulier he-
brea fecit cōfuſionē in domo Nabuchodonoſor. Judith. 14.d

**Capitulū x. Textus.**

**Factum eſt antē cū ceſſaſſet clamare ad
dominum. Moralitatum Capi. vij.**

CUm holofernes
princeps militie regis aſſyriorū
eſſet in obſidione bethulie: actū
eſt ꝙ quedā mulier iudith noie D
varijs apparata ornatib⁹ ſe ſuo
cōſpectui p̄ſentauit. Qui ſtatim
ſpecie ⁊ pulchritudine ei⁹ rapt⁹
in cōcupiſcentiā carnis exarſit: ⁊ ipſius ꝯcubitū
exq̄ſiuit. Ille igit̄ multo vino inebriat⁹ ⁊ ſopit⁹
cubiculū intrat: ſʒ mulier illa vidēs ipm ebriū et
ſopitū, euaginato ipſius holofernis gladio, ca-
put eius amputauit: ⁊ ipm ancille ſue tradidit: ⁊
euoluto corpore conopeū eius abſtulit ⁊ receſſit.
Mane autem facto, cū cubilari⁹ ipſius ipm in ſo
lo mortuū reperiſſet, ⁊ caput a corpore videret
abeſſe: incepit dicere ⁊ clamare. Ecce holofernes
inquit iacet in terra: ⁊ caput eius non eſt in eo.
Quo audito, exercitus dilabit̄: ⁊ ꝓijciētes arma,
relictis copijs fugere cōpellunt̄. Hoſtes vero ſui a
ciuitate exeūtes, ⁊ ipos viril̄r ꝑſequentes: tēto-
ria ⁊ ſupellectilia oīa depdant̄: ⁊ de diuitijs fugi
tini holofernis exercit⁹ vniuerſaliter locupletā
tur ⁊ cū feſtis ⁊ ꝯuiuijs iocūdant̄. ¶ Holofernes Moralitas
iſte pōt ſignificare mūdi ⁊ eccleſie p̄ncipes ⁊ recto
res in glia exercit⁹ ⁊ ſubditoꝝ multitudine glo-
riātes: iſta aūt iudith pōt malā ⁊ ornatā mulierē
vel etiā pctm̄ luxurie deſignare. Qr̄ ꝓculdubio
iſta eſt veritas, ꝙ principes noſtre militie chriſtia
ne tā ſeculares q̄ eccleſiaſtici, multo vino ⁊ pota

delitijſq; et vitijs hodie inebriati: per ſomnolen-
B tiā, negligētiā malarūq; mulierū pulchritudinē
decepti ⁊ allecti, carnis cōcubit⁹ apphendūt: ita
ꝙ habere ſecū in ſuis cubiculis hmōi mulieres
delectātur. Ideo iſte ſunt q̄ caput. i. capitale ſuū
⁊ tpalem eius ſubſtantiam tollunt: ⁊ ipſos ꝓſtra
tos et pauperes in ſuo ſanguine. i. in luxuria vo
luptatis diffamatos deſerunt ⁊ recedunt: caput
ſuum. i. capitale ⁊ diuitias ſecum tollūt. Nō cu-
rāt enī mulieres de luxurioſo, poſtq̄ caput ſuū
habere poſſunt: quia ſtatim poſtq̄ diuitias ſuas
exhauſerunt, de ipſis amplius non curātes rece
Judic.16.a dunt. Unde Illud Judic. Raſis crinibus Sanſo
nis, cepit Dalila eum abijcere. Sic igit̃ fit ꝙ prin
cipe vel prelato carnaliter per luxuriā mortuo
vel oppreſſo: exercitus eius, ideſt ſubditorū po-
pulus per diuerſa vitia dilabit̃: ⁊ ꝓpter defectū
correctionis virtutum ⁊ morum vnitas diſſipa-
tur. Facile eſt enim ꝙ ſubditi deuient ⁊ corā ho-
ſtibus ſuis. i. demonibus et tentationibus ſuccū
bant, vnitatē ⁊ charitatē amittāt: quando princi
pem, prelatum vel ſuperiorem a mulieribus ca-
ptū, et per luxuriam infamē ⁊ ſpiritualiter eſſe
Zach.14.a mortuum vident. Unde dicit̃. Percute paſtorem:
⁊ diſpergent̃ oues gregis. ¶ Uel ſi vis dic ꝙ iſta
Aliter. deceptrix mulier malos principū conſiliarios et
adulatores deſignat: qui cum ſpecie amicitie
ipſis magnatibus adulantur: et tanta ſciunt di-
cere et facere, ꝙ vſq; ad cubiculum. i. vſq; ad ſe-
creta conſilia admittuntur. Ubi cum ſe introdu
ctos viderint, ⁊ eos in amore ſuo bene raptos cō
gnouerint: eos ebrios ⁊ dormientes. i. ignaros et
negligentes inuenerint ſtatim ad auferendū eis
B caput, ideſt debitā intentionem ⁊ conſcientiam
conuertuntur, inquantum ſcilicet ipſorum malo
conſilio mediante, et eorum adulatione falſa ſuf
fragante: vie et conſilia reperiuntur: quibus
iſti principes et domini ad exactiōes et rapinas
contra deum et iuſtitiā concitantur, inquantū ca
pite conſciētie perdito, in ſanguine crudelitatis
volutantur: et in terra terrenorum amore iacēt
totaliter et verſantur: et inde fit ꝙ exercitus ſub
ditorum dilabitur et grauatur. Unde de talibus
malis conſiliarijs et adulatoribus poteſt dici il-
lud quod de Iſboſeth dicitur. Quod duo latro-
2.reg.4.d. nes ingreſſi inuenerunt regem dormientem ſup
lectum in conclaui: ⁊ eum interficientes, ſublato
capite abierūt. Duo enim latrones, ſunt duo ge
nera perſonarum, ſcilicet mali conſiliarij ſeu de-
tractores et adulatores: qui pro eo latrones di-
cuntur: q: principib⁹ caput et cōſcientiam, alijs
vero famam et temporalem ſubſtantiam furant̃.
Aliter. ¶ Uel dic ꝙ iſta mulier ſignificat falſos amicos:
qui omnino ſtudent diuitum amicitias et fami-
liaritates contrahere: ad hoc vt poſſint capita,
ideſt capitale et diuitias eorum ſubtrahere: ⁊ lu
crum temporale inde recipere et acquirere. Qđ
cum fecerint, et ipſos pauperes mortuos ⁊ de-
preſſos viderint, ſtatim ſolent eos dimittere, et
de ipſis amplius non curare. Sufficit enim eis,
C quod poſſint caput talium ſecum ferre. Unde il-
Eccli.13.a lud Eccleſia. Si nihil habueris derelinquet te:
Aliter. ſi habueris aliquid tecum, conuiuet. ¶ Uel dic
quod iſta mulier ſignificat auariciam, ſymo-
niam ſeu carnalem affectionem: que reuera mul-
tis modernis principibus taliter hodie intiman
tur: ⁊ multos taliter infatuat, quod caput recte
intentionis et debite conſcientie ipſis ſubtrahūt
vel furantur. Quod patet de multis, qui tantum
in ꝓprio ſanguine volutati, ideſt in proprio amo
re conſanguineorum ſuorum implicati ſunt ꝙ iā
in terra. i. in terrenorum amore iacere, ⁊ de celeſtib⁹
nihil curare penitus comprobant̃. Et hoc eſt qđ
hic dicit̃. Ecce Holofernes iacet in terra: ⁊ caput
eius non eſt in eo. Ideo reprehendunt̃ tales in li-
bro Joſue: cui in pſona prelati dicit̃. Surge: cur
iaces pron⁹ in terra? ¶ Moralizationem allego- Joſue.7.b
ricam ⁊ etiam myſticam quam ponunt doctores Allegoria.
⁊ gloſſe: ſcʒ ꝙ per Judith itelligatur eccleſia: per
Nabuchodonoſor diabolus: p holofernem anti-
chriſtus intelligatur: omitto cauſa breuitatis.
Diabolus enim principem exercitus reproborū,
ſcilicet antichriſtum mittet: cui ſe mundus par-
tim ſpōte, partim coacte ſubijciet: quē tn̄ ſancta
mulier eccleſia in fide perſeuerando finaliter vin
cet. Unde dicitur. Hec eſt enim victoria que vin-
cit mundum, fides noſtra. Joh.5.a

¶ Moralitatū libri Judith Finis. D

# Moralitatum Liber Decimusnonus ſuper libro Heſter.

## ¶ Capitulum j. Textus.

**In diebus Aſſueri qui regnauit ab india vſq; Ethiopiam. Moralitatum**

## Capitulum j.

Aſſuerus aſſy-
riorū rex, qui regnabat ab
india vſq; in ethiopiam ſup
centū ⁊ viginti ſeptē ꝓuin-
cias: anno tertio regni ſui
fecit grande conuiuiū prin
cipib⁹ ⁊ pueris ſuis fortiſſi
mis perſarū ⁊ medorū incly
tis prefectis ꝓuinciarū lon
go tpe: ⁊ hoc in illa domo mirabili: de qua legit̃
in hiſtoria Alexādri: qđ colūne erāt argentee: te-
ctū ſicut firmamentū gēmis lucentib⁹, inſtar ſtel
larū ⁊ ſignorū diſtinctum: ſeptem aūt diebus fie-
bat preparatio: poſtea autem preparatū eſt con
uiuiū in veſtibulo horti nemoris, qđ regio cultu
⁊ manu erat conſitū: erant aūt ex vtraq; pte tēto-
ria mira contexta varietate: et in pauimento le-
cti aurei (vt dicit Comeſtor) vineā habebat mira-
bilē: hort⁹ eius. i. vites erant argentee: palmites E
aurei: botri diuerſarū gēmarū varietate diſtincti:
populū aūt vniuerſum qui inuēt⁹ eſt in ſuſis, ad
cōuiuiū inuitauit. ¶ Aſſuerus iſte q̄ interpretat̃
beatitudo, atriū vel oſtiū: ſignificat xp̄m: qui eſt Moralitas
rex magn⁹ ſup oēs deos: ⁊ q̄ eſt btitudo ad glori
ficādū: atriū ad recipiendū: oſtiū ad nos in para
diſum introducēdum. Unde. Ecce ego ſum oſtiū.
Ille igit̃ tertio anno regni ſui. i. tertio tpe mūdi Joh.10.b
ſ. in tpe gratie: cūctis ſuis fidelibus in horto re-
gio eccleſie ſctē mr̄is mirabile ꝯuiuiū ꝑparauit:
in quo ſcʒ corpus ꝓpriū comedendū dedit: et in
quo ſanguinē ſuū loco vini effudit. Unde Luce.
Homo q̄dā fecit cenā magnā, ⁊ cōuocauit mul-
tos. Conuiuiū aūt dicit̃ a con ⁊ vino viuis: q: ibi Luc.14.b
ſimul viuit̃: ⁊ ſic ꝓprie fidem eccl'ie deſignat: vbi ⁊
in qua diuerſe natiōes ⁊ ppl'i viuere cōprobant̃.
Et q: nobilitatē conuiuiū fecit hoſpitis ſeu domi
cōditio, loci diſpoſitio, ciborū appoſitio, ꝯuiuarū
ordinatio: igit̃ ſi de rege querit̃: dico ꝙ ille Aſſue
rus eſt xp̄s ⁊c. Sed ſupra ſi q̄rit̃ de loco: dico ꝙ
illud cōuiuiū fit in domo ⁊ in horto. i. in eccleſia:
que dicit̃ dom⁹ rōne ſecuritatis: dicit̃ hortus ra E
tione fructuoſe amenitatis. Dicit̃ dom⁹, vbi co-
lumne argentee, i deſt predicatores eloquentes
⁊ argentei debent eſſe: tectū vero ſuperius. i. pre
latorū ſuperiorū ſtatus quaſi firmamentū p ꝯſtā
tiam debet eminere: ⁊ in eis debet ſtellarum et ſi-

Gen.i.b gnorũ.i.virtutũ copia ſplẽdere.Vñ.Stellas po
ſuit in firmamento celi. Hortꝰ etiã ille vineã ſa-
cre ſcripture cõtinet:que vites argenteas ꝑ elo-
quentiã/palmites aureos ꝑ ſapiẽtiã/vuas de la
pidibꝰ p̄cioſis ꝑ virtutẽ ⁊ documentorũ oim lu-
culentiã poſſidet.Habet ẽt iuxta ortũ iſtũ veſti-
bulũ religionis:qđ ex omni parte habet tẽto-
ria.i.ꝑſonas ad deũ ꝑ affectionẽ extẽſas :q̄ ſcilʒ
mire fuerũt ſanctitatis et pulchritudinis ⁊ ho-
Cañ.4.d neſtatis.Habet etiã lectos aureos charitatis:⁊
panimentum ſpacioſiſſime humilitatis.Unde in
Cañ.Hortus concluſus ⁊c. Itẽ ſi querit/q̄ fue-
rũt cõuiue.Dico generaliter ꝙ oẽs principes et
p̄fecti.i.oẽs boni ſuꝑiores prelati:oẽs pueri re-
gis,fortiſſimi.i.viri ſimplices ⁊ innocentes ⁊ mũ
di ⁊ contra vitia fortes et robuſti:⁊ vt breuiter
Lu.14.d concludat:oẽs ppl̄i qui ſunt in inſulis.i.oẽs qui
Eodẽ ca.b ſunt in mũdo ad fidei cõuiuiũ inuitati:alijs atq̄
alijs vna omnibꝰ dicitur. Omnia parata ſunt/
venite ad nuptias:dicit dñs. ¶Hic dicit ꝙ cibi
in vaſis alijs atq̄ alijs inferebant:⁊ poculis au
reis bibebat in cõuiuio aſſueri:eratq̄ vinũ abũ
dantiſſimũ : qđ etiam regali magnificentia erat
Moralitas. dignũ:ſic tñ fiebat/ꝙ nullꝰ erat qui nolentes ad
bibendũ cogeret:et ſic ordinatũ erat a rege/qđ
E vnuſquiſq̄ ſumeret qđ placeret.¶Sic vere dico
ꝙ vinũ ſacre doctrine et ſermo ſancte fidei abũ
dãter in eccleſie cõuiuio ꝓpinat:⁊ cibi ſpiritua-
les.ſ.bona exẽpla ⁊ documẽta vaſis alijs.i.per-
ſonis.ſ.per perſonas virtutibꝰ ⁊ meritis diffe-
rentes:quaſdã ſcʒ bonas ⁊ ſanctas:quaſdã ꝟo
fictas ⁊ hypocritas miniſtrant. In illo eñ cõui-
ii.ad Tim. uio ſunt vaſa alia et alia:qꝛ ſicut dicit Apl̄s. In
ii.c domo magna nõ ſolũ ſunt vaſa aurea et argen-
tea/ſed etiam lignea et fictilia Et tamẽ in oĩbus
vaſis miniſtrant ſacramẽtorũ cibi:q̄ ſcʒ per bo-
nos et malos eccleſie miniſtros miniſtrant:⁊ fi-
Phil.i.c des p̄dicat/et bona plurima efficiunt.Vñ Apl̄s.
Quid enim dum omnimodo ſiue ꝑ occaſionẽ,ſi-
ue per veritatem chriſtus annuncietur:⁊ in hoc
gaudeo. Itẽ ſi querit qualis fuerit in comeden-
do modus ⁊ regula.Reſpõdet,ꝙ in illo fidei ec-
cleſiaſtice cõuiuio nullꝰ eſt q̄ nolẽtes ad bibẽdũ
cogat:ſed q̄libet accipit qđ delectat:qꝛ ſcʒ nullꝰ
eſt q̄ vinũ fidei bibere cõpellat:vel q̄ ad fidẽ ve-
nire cogat:ſed vnuſquiſq̄ pro libito volũtatis
ſue ad ſacramẽta fidei admittit ⁊ leuatur. Non
vult enim ſeruos habere dominꝰ,ſed liberos:nõ
Mat.7.a coactos,ſed volũtarios:qꝛ vinũ fidei nõ dat niſi
voltẽti:dat tñ ꝓ libito cuicũq̄ petẽti:cũ dr.Oĩs
b eñ q̄ petit,accipit.Quãtũ enim vult de illo põt
Mat.14.c accipere:qꝛ ſcʒ quantum placet homini,tantum
Ioh.7.f poteſt a deo de fide/de moribꝰ/de gratia ⁊ ꝟtuti-
Aliter. bus impetrare.Unde dicit/ꝙ chriſti cõuiue co-
mederũt de piſcibꝰ quãtũ volebãt. Unde. Qui
ſitit/veniat ad me ⁊ bibat ⁊c.¶Vel ſi vis/applica
omnia iſta ad conuiuiũ paradiſi:quod in domo
ſecuritatis ⁊ in horto amenitatis,⁊ qđ ab aſſue
ro.i.a deo,qui eſt oĩm beatitudo parabitur:⁊ in
quo vinũ eterne cõſolationis,et ebrietas torrẽ-
tis perpetue voluptatis cuilibet ꝓ libito cõce-
detur:ibi erũt lecti aurei.i.quies ⁊ trãquillitas
i.cor.15.f incõcuſſa:ibi erunt vaſa aurea alia ⁊ alia.i.ſan-
Aliter. ctorũ differẽtia ſm̄ ſua merita ſubdiſtincta. Vñ
dicit Apoſtolus.Stella differt a ſtella in clarita
te.¶Vel ſi vis dic/ꝙ vaſa iſta alia ⁊ alia ſunt p̄-
dicatores:vinũ vero celeſtẽ doctrinã ſignificat
que ſcʒ nullus debet compelli audire:quia ſcilʒ
predicator nõ debet auditoribus importunus
eſſe:nec plus q̄ placeat offerre:quia aľs poſſet
Eodẽ ca.b faciliter diſplicere.¶Cum rex aſſuerus ſuum ſo
lẽne conuiuiũ iam ſeptem diebus continuis ce-
lebraſſet: contigit qđ vino calefactus,reginam
vaſthi que in palatio regis fecerat magnuʒ cõ-

uiuium feminarũ mandauit ꝙ ad ſe veniret :vt
impoſito diademate ſuper caput eiꝰ,pulchritudi
nẽ ipſius vniuerſis populis q̄ in cõuiuio interfue
rant,demõſtraret.Erat eñ ſicut hic dicit,pulchra
valde.Vaſthi vero vocata ad regẽ,venire cõtem
pſit:propter qđ qꝛ regẽ offenderat,⁊ qꝛ ceteris
mulieribꝰ de ꝯtẽnẽdis maritis malũ exemplũ de
derat:de ꝯſilio mamucha,qui erat vnus,de ſeptẽ
ducibus,qui faciẽ regis videbãt:fuit regno de- A
poſita ⁊ priuata.Heſter loco ipſius ſubſtituta:
facta eſt etiaʒ lex,ne de cetero mulieres maritos
contemnere preſumant:⁊ vt viri vxores preemi-
neant,⁊ in ſuis domibus principales exiſtant et
maiores.¶Iſta pñt exponi myſtice ⁊ allegori- Allegoria.
ce.Per Aſſuerum intelligitur chriſtus rex regũ:
qui ſcilicet Vaſthi reginam.i.animaʒ chriſtianam
ſibi per fidem deſponſauit:⁊ regni paradiſi re-
ginam beatitudiniſq̄ capacem effecit. Igit cum
iſta ſit pulchra valde in naturalibus:cõſtat ꝙ rex
ille chriſtus,vino charitatis calefactus, ipſam
continue ad ſe vocat ⁊ inuitat:vt ſcʒ diadema re
gni.ſ.gratiam ⁊ gloriaʒ ſuper caput eius ponat:
⁊ eius naturalem ⁊ moralẽ pulchritudinem cõui
uis ſuis ideſt angelis in paradiſo oſtendat:dicẽs
illud Canti.Veni dilecta mea de libano,veni coro Cañ.7.d
naberis.Et illud: Veni electa mea:ponam te in
thronum meum.Sed procul dubio ſepe fit,ꝙ iſta
in palatio eminentiarũ temporalium conſtituta,
⁊ in conuiuio corporalium occupata,vocationẽ
regis deſpicit:⁊ ad eum venire per penitentiam
contemnit:ſed in exterioribus reſidens,viri im-
perium vilipendit:⁊ ideo pro certo chriſtus indi
gnatus grauiter ipſam punit,⁊ de regno para-
diſi quod obtinuiſſet ſi vellet,detrahit ⁊ deponit:
dicens illud Prouerb.Vocaui ⁊ renuiſtis:expan Pro.i.c
di manꝰ meas,⁊ nõ fuit qui reſpiceret.Ego aũt
in interitu veſtro ridebo.Aliam vero ſanctam et B
humilem ſibi querit:quam ad gloriam eligit ⁊
extollit.¶Vel dic moraliter ꝙ vir ille eſt intelle- Moralitas
ctꝰ vel ſuperior portio ratiõis:vxor ſua eſt volũ
tas:que pro certo temporalibus oblectata con-
uiuijs ideſt honoribus ⁊ delicijs,virum contẽne
re videtur:nec eius monitis ſalubribus obedit
ſed circa conuiuia feminarũ.i.circa malos actus
⁊ delicias vacat ſolertius.Quo viſo vir eius de-
bet eam de gradu libertatis per penitentiam de
ponere:⁊ proteruiam ſuam atrocius caſtigare:⁊
virum debere dominari vxori,ſpiritum carni,ra-
tionem voluntati,debet oſtendere:dicens illud
Apoſtoli.Mulieri docere nõ permitto:nec domi- ii.Tim.a
nari in virum:ſed eſſe in ſilentio.¶Vel dic ꝙ rex Aliter.
iſte ſignificat de numero omniũ p̄latũ ſuperiorẽ:
regina iſta deſignat curatum vel p̄latũ inferiorẽ:
vel etiã quencunq̄ malũ iudicẽ principẽ vel re-
ctorẽ:qꝛ ſicut videmꝰ quotidie,vaſti.i.mali principes
⁊ prelati,molles,feminei ⁊ imperfecti:q̄ tñ
ſunt per rapinas ⁊ vaſtationes ſubditorum pro
prie vaſti dicti:in conuiuijs ⁊ circa feminas ad li
teram occupati:ad illũ qui ipſos in tali ſtatu po
ſuit,id ẽ ad aſſuerũ regẽ chriſtum,ꝑ bona opera
venire cõtẽnũt:ſed in ꝓprio palatio.ſ.in eccleſia
vel dignitatis ſtatu laſciuiunt vel excedũt:⁊ ſic
etiã ꝯtemnendi viros ſuos ſcʒ ſuperiores ⁊ p̄la-
tus,alijs inferioribus exemplum ſunt:quapro-
pter pro certo ſepe fit,ꝙ iſte rex aſſuerus chri-
ſtus,iſtos de regnis,officijs ⁊ dignitatibus per
mortem vel per infortunium deponit:⁊ loco eo- C
ruʒ alios ſubſtituit ⁊ reponit.Occulta enim pro-
uidentia dei iniquos ſuperiores ſibi cõtrarios
⁊ rebelles,⁊ maxime quando videt eos effemina
tos ⁊ molles ſolet deponere:⁊ locũ ſuũ alijs me-
lioribus ſubrogare.Unde Iob.Perdidit multos
⁊c.¶Vel dic ꝙ iſte eſt papa vel ſuperior p̄latus, Iob.34.c
vel princeps:q̄ in palatio ſuo.ſ.in aliquo eccleſie Aliter

vel curie ſue gradu/officio vel beneficio/videt
dominari aliquam malā ⁊ ſuperbam reginam.i.
aliquā mulierē ⁊ degenerā perſonam/circa conui-
uia ⁊ feminas occupatam : ⁊ nihilominus ſibi et
mādatis canonicis cōtumacem ⁊ rebellē:ipſum
pro certo debet deponere/⁊ aliam bonam perſo
nam loco eius ſubrogare:diademate iuriſditio-
nis caput ipſius inſignire dicēs illud Mat. Au-
feretur a vobis regnū ⁊c. Facto tm̄ et verbo de-
bent doceri non cōtēnere ſuperiores:et ſeipſos
etiā cognoſcere debere eſſe ſubditos ⁊ minores.
Mat.21.d Unde Apoſtolus. Mulieres viris ſubdite ſint.
Ephe.5.e ¶Uel dic allegorice/ſicut cōiter exponunt do-
Allegoria. ctores/ꝙ prima regis dn̄i chriſti ⁊ dei vxor fuit
ſynagoga iudeorum:que ſcʒ vaſti que interpre-
tatur finis ſignatus:proprie dicit̄/pro eo qḋ iſta
certo ⁊ ſignato fine terminari debeat. Igit̄ iſta
eſt veritas/qḋ qn̄ rex noſter chriſtus fidelibus
ſuis magnum conuiuiū fecit:et vtiqʒ fuit qn̄ per
ſonaliter veniēs ſeipſum ſacramēto altaris ad
D comedendū dedit:tunc pculdubio vxor ſua ſy-
nagoga/que ſcilʒ palatio regio.ſ.in ſcripturis/
vel in hieruſalē ⁊ iudea cōuiuiū feminis et ſan-
ctis animabus hactenus fecerat:ipſaſqʒ pabu-
lo fidei ⁊ doctrine pauerat:a rege a chriſto vo-
cata ⁊ ad fidem inuitata venire renuit:⁊ mariti
ſui chriſti amplexus fugiens/⁊ vitā ipſius vili-
pendens/in proterua rebellione et infidelitate
permanſit. Cū em̄ ipſa propter diuinas reuela-
tiones patrum et prophetarum ſcripturas ⁊ ſa
tiſfactiōes eſſet pulcherrima:voluit rex chriſt⁹
ipſam primitus ad conuiuiū fidei vocare:⁊ dia-
demate.i.religionis cultu inſignire : ⁊ pulchri-
tudinē virtutū ſuarū in exemplū fidelium con-
uerſorū voluit omnib⁹ demonſtrare:volens ſcʒ
Pſ.44.c ꝙ ipleret illud Pſ. Aſtitit regina a dextris tuis
in veſtitu deaurato circundata varietate. Sed
pro certo vocationem chriſti ⁊ apoſtolorum cō-
temnens/ad cōuiuium noluit venire:nec regis
iuſſionibus obedire. Ideo de cōſilio ſeptem du
cum.i.de cōſenſu omnium apoſtolorū predica-
torū:iſta deponēda ⁊ relinquenda condemnat̄.
⁊ alia ſubſtituenda.ſ.eccleſia de gentibus loco
ipſius iudicatur. Quod vtiqʒ tunc factum eſt/
qn̄ relicta iudea/apl'i ad gentiles ſe tranſtule-
runt:et eccleſiam ex gētilibus/ſicut nouā puel-
lam heſter/regi chriſto queſierūt:⁊ ſynagoga de
poſita/regio honore propter ſuam infidelitatē
priuata/diadema regis heſter/que interpretat̄
abſcōdita.i.ipſi gentilitati conuerſe/que diu in
Act.13.g peccatis abſcōdita fuerat/contulerūt. Iſta aūt
ſynagoge repudiatio/⁊ gentilium electio/tunc
E eſt perfecta et ſententiata ſuper hoc per vltimū
ſapientum/ſcʒ Paulū minimū apoſtolorū ꝓmul
gata/qn̄ ipſe iudeis intulit iſta verba : qꝛ indi-
gnos vos iudicaſtis ecce cōuertimur ad gētes.

## ¶ Capitulū ij. Textus.

**His itaqʒ geſtis/poſtq̄ regis aſſueri i-
dignatio deferbuerat. Mora. Cap. ij.**

Hic dicit ꝙ repu
diata vaſti/multe pulcherri-
me ⁊ ſpecioſe puelle de cūctis
ptib⁹ regni q̄runt̄:⁊ oib⁹ ipſis
de his q̄ ad mūdū.i.ad cultū
muliebrē ⁊ ad ornatū eaꝝ pti
nebant/copioſiſſime ꝓuidet̄.
Queſite ḡ ad Eugeniū eunuchū/q̄ cuſtos erat
regaliū feminarū i cuſtodiā adducunt̄:⁊/q̄cūqʒ
ip̄arū regi placeret amplius/loco Uaſti regina
efficeret̄. Inter ceteras aūt adducta eſt heſter
neptis Mardochei/de gn̄e iudeoꝝ:quā idē mar
docheus/in filiā adoptauerat ⁊ nutrierat : que
formoſa valde/in oculis oim̄ gratioſa ⁊ glorio-
ſa ⁊ amabilis apparebat. Eunuch⁹ etiā cuſtos
ei⁹/ipſam ſumme dilexit:⁊ ſeptē puellas formo-
ſiſſimas ſibi tradidit ancillas : ⁊ ornat⁹ ei⁹ ꝓ ce
teris feſtinauit. Igit̄ cū puelle ſucceſſiue ꝑ ordi
nē ad regis cubiculū ducerent̄:factū ē ꝙ heſter
ſuo ordine duceret̄:q̄ ip̄aʒ ſup oēs alias diligēs F
in reginā ſibi elegit:⁊ ipſam diademate corona
uit:⁊ ſibi ꝓ Uaſti in coniugē copulauit:nuptias
⁊ cōuiuium magnū ꝑparauit. Mardocheus aūt
auuncul⁹ ei⁹ de tribu gemini curā illius habe-
bat:⁊ ſuper ſalute ⁊ honore ipſius attētius vi-
gilabat:qui.ſ.ſibi preceperat/ꝙ pplm ſuū nemi-
ni diceret:⁊ ꝙ genus ſuū nemini reuelaret. Una
igitur inter multas vocata fuit ⁊ electa:⁊ repu-
diata vaſti/ad imperium ſublimata. ¶Sic vere Moralitas.
dico ꝙ cum multe ⁊ infinite puelle.ſ.multe chri-
ſtiane aie de vniuerſis mundi partib⁹ quotidie
regi chriſto querant̄:⁊ ſub manu ⁊ cuſtodia re-
galiū feminarum id eſt ſub cuſtodia prelatorū
in domo eccleſie per fidem conſtituantur:⁊ vni-
cuiqʒ de his que ad ornatū ſpūalē pertinent.ſ.
de documentis ⁊ ſciētijs prouideat̄:ſic tamen ſe
pe fit/ꝙ inter multas eligitur vna ſola que regi
placet:⁊ que ad regnū glorie debet ſublimari/⁊
diademate perpetui honoris coronari:et in cō-
uiuio ſempiterno perpetue copulari. Multi em̄ Mat.20.b
ſunt vocati/pauci vero electi. Si autē queritur
que ſit iſta? Dico ꝙ iſta heſter eſt/que interpre-
tat̄ abſcōdita vel eleuata:que erat neptis mar-
dochei/qui interpretatur amara contritio im-
pudentie:et erat pulchra/ornata et gratioſa:et
a dicto Mardocheo tanqʒ filia enutrita : qꝛ iſta
ſola anima chriſti regis coniunx efficitur:et ad
regnum paradiſi promouetur:que per humili-
tatem eſt abſcondita : per amorem celeſtium a G
terreſtribus eleuata:per cōſiderationem ama-
re contritionis neptis et filia nutritia et alum-
na:que ſcilicet per honeſtatem formoſa/per pu-
dicitiam eſt gratioſa. Talis enim a rege mere-
tur eligi/et in celi palatio diademate coronari:
et propter eius connubium gaudium celebra-
re:et maxime ſi genus et populum taceat:id eſt
nobilitatem generis contemnat:vel ſi mundum
de quo natus eſt vilipendat. Ideo tali videtur Pſ.44.c
dicere proprie illud Pſ. Audi filia et vide et in-
clina aurem tuam:et obliuiſcere populum tuū/
et domum patris tui. Et concupiſcet rex deco-
rem tuum : et breuiter illam quam humilitas
abſcondit/contemplatio erigit/et contritio ado
ptat:et nutrit:et quam mundi et amicorum car-
nalium affectio non impedit / ad gratiam re- Pſ.44.c
gis et gloriam regni faciliter peruenire. Pſal.
Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaura-
to / circundata varietate. ¶Uel dic quod ille
puelle que regi in omnibus prouincijs ſunt que
ſite:ſignificant diuerſas chriſtianitatis ſectas/
que omnes regi chriſto aliqualiter famulantur
omnes fidem eius ſaltem pro parte recipiunt:
et ſic omnes ad iſtius cubiculum admitti quo
dammodo videntur/omneſqʒ ſub cuſtodibus:
id eſt ſub prelatis et paſtoribus conſtituuntur:
et quelibet earum regi chriſto placere/et regnū
paradiſi in futurum obtinere ſperantes/ alijs H
ſe preferre noſcuntur. Sed reuera ſic erit/quod
vnica puella id eſt vnica ſecta eccleſia catholica/
et etiam romana ab illo eſt electa. Iſta vero ſo
la alijs eſt prelata/et tanqʒ vnica ſponſa ſibi per
veram et rectam fidem eſt matrimonialiter co
pulata : omnes enim alie concubine poſſunt di
ci. Iſta autem ſola et vnica coniunx meruit nū-
cupari. Unde in perſona Dei dicitur ſic. Una
eſt columba mea / perfecta mea / electa ge-

Caſt.6.c nitricis mee. Viderũt eã filie ſyon/⁊ beatiſſimam
predicauerũt:⁊ regine ⁊ cõcubine laudauerunt
eã. Et ſi vis dic/ꝙ iſta eſt heſter abſcondita ele-
Heſter.2.b uata ⁊c. Iſta aũt eugenio eunucho cuſtodi re-
galiũ feminarũ.i.ſummo põtifici q̃ eſt cuſtos ⁊
prelatꝰ oim aiarũ/in cuſtodia tradit:a quo ſibi
mũdꝰ muliebris.i.ꝟtutũ ornatꝰ cõparat:a quo
ſeptẽ puelle.i.ſeptẽ principales virtutes ſibi in
obſequiũ aſſignant:vel a quo ſeptẽ puelle:id eſt
vniuerſe mũdi eccleſie eidẽ ſubiungant/et ſibi in
obſequiũ deputant:⁊ ſic honor eiꝰ ⁊ gloria i me-
lius augmentat. Vñ in Exo. Sacerdoti madian
Exo.2.c erãt ſeptẽ filie. ¶Vel dic ꝙ ſeptẽ puelle regi q̃ſi-
Aliter. te/ſunt particulares ⁊ inferiores eccleſie. Heſter
vero eſt romana eccleſia:q̃ lʒ oẽs cuſtodie eunu
chi noſtri.i.ſummi põtificis cõmittant:iſta tñ p̃-
fertur ceteris/⁊ regi xp̃o intimius cõiugat. Iſta
ergo diademate coronata imperat/et alie famu
B lantur ⁊c. ſicut ſupra. ¶Vel expone ſicut ex-
ponunt doctores: qḋ repudiata vaſti,id eſt ſy-
nagoga:heſter que erat de genere captiuorũ.i.
eccleſia de gentibꝰ xp̃o eligit:cui ſeptẽ puelle.i.
vniuerſe anime fideliũ in obſequium concedunt.
Iſtã vero mardocheus id eſt paulus apl's/qui
impudicitiã cõterit:qui ad literã de ſtirpe gemi
ni.i.beniamin predicãdo eã nutriuit:et de ſalu-
te ipſius curã ſollicitam ſemper egit/et eã tãq̃
Eodẽ ca.c filiam erudiuit. ¶Hic habes ꝙ vnaqueq̃ cõcu-
binarum aſueri/poſtq̃ mane a rege exierat/ſta-
tim in cuſtodiã eunuchi qui cõcubinis preerat/
pertranſibat:ad regẽ tñ ampliꝰ redire nõ pote-
rat/nec audebat/niſi qñ rex ipſam proprio noie
Aliter. repetebat. ¶Sic vere nulla peccatrix aĩa/poſtq̃
a rege chriſto per pctm̃ receſſerit,⁊ ad cuſtodiã
eunuchi.i.diaboli ſterilis et cõcupiſcentiarũ et
malarũ animarum principis tranſierit/ad chri-
ſtum regem per ſe redire nõ poteſt:niſi per ſpe-
cialẽ gratiã vocet:et niſi per gratiã adiuuetur.
Iſta eñ per ſe poteſt cadere/ſed non reſurgere:
quia ſm Senecã/virtutes magiſto indigent: ſi-
ne magiſtro vitia diſcunt. ¶Hic habes ꝙ heſter
nõ q̃ſiuit a cuſtode ſuo ſpecialẽ ornatũ:ſʒ q̃cq̃d
ſibi dare voluit eunuchꝰ/accepit:⁊ tñ illa magis
placet ſeu placuit regi q̃ relique q̃ ex induſtria
ſe ornauerunt. In q̃ notat ꝙ mulieres q̃ ornatu
naturali contẽte adulterina ornamẽta nõ adhi-
bent/plus q̃ cetere vt cõmuniter placent. ¶Vel
Aliter. dic ꝙ iſta perſona q̃ a cuſtode ⁊ p̃lato ſuo orna-
B menta diuitiarũ ⁊ beneficiorũ per ambitionẽ nõ
exigit: ſed illis que a prelato ſibi conceduntur/
cõtenta nil aliud petit:regi chriſto amplius pla
1.Tim.6.b cere conſueuit:habentes alimenta ⁊ quibus te-
gamur,contenti ſumus.

## ¶Capitu. iij. Textus.

Poſt hec rex aſſuerꝰ exaltauit amã fi-
lium amadathi. Morali. Cap. iij.

A Sſuerus exal-
tauit amã filiũ amadathi de
ſtirpe Agag:⁊ ſup oẽs p̃ncipes
regni ſui exaltauit ſoliũ eius:
p̃cepitq̃ ꝙ oẽs corã eo genu
flecterẽt:⁊ ꝙ amã genibꝰ flexis
adorarent. Mardocheus aũt
qui ad portã regũ palatũ morabat/ hmõi ſup-
biã abominãs,eidẽ genu nõ flectebat:⁊ cunctis
adorãtibꝰ ipm adorare nõ volebat. Qḋ tũc vi-
dẽs iratꝰ amã cõtra ipm ſolũ nõ fuit indignatꝰ
ſeuire:ſʒ potiꝰ ordinauit totũ genꝰ iudeorũ per
totũ imperium vna die occidere ⁊ delere. Miſit
igit lr̃as regis p̱ vniuerſas p̱uincias,ꝙ iudei a
maiori vſq̃ ad minimũ decimatertia die interfi-
cerent:⁊ ꝙ bona eorũ a volentibꝰ raperent. Qḋ
vtiq̃ factũ fuiſſet:niſi Mardochei luctꝰ,ieiuniũ,
cinis et penitẽtia/⁊ heſter regine oratio ⁊ diligẽ-
tia edictũ imperij immutaſſet. Dñs aũt median-
te heſter negocium taliter immutauit:ꝙ iudeis
liberatis,amam proprio patibulo quod iniuſte
alijs parauerat punitus perijt. ¶Sic vere dico/
ꝙ in curia aſſueri.i.in curijs principũ ⁊ magna- C Moralitas.
tum:ſepe fit ꝙ aliquis amã.i.aliquis ſuperbꝰ de
genere agag/qui interpretat feſtina:et filiꝰ ama
dathi/qui interpretatur populꝰ ſeruiens pctõ.
i.de plebe ſua humili et paupere natꝰ:⁊ ſeruitu-
ti populi.i.pctõ nihilominꝰ ſubiugatus:ad ali-
quem magnum ſtatũ prouehit,⁊ altius ſoliũ.i.
ad excellens officiũ pluſq̃ alij ſublimatur. Qui
proculdubio ſtatim ſui prioris ſtatꝰ obliuiſcit/
⁊ in ſuperbiã erectus: ſi quis mardocheus.i.ſi
quis ſanctꝰ homo ipſius indignãs ſuperbiã/ſi-
bi non obedierit/vel ipſum iuxta votum nõ ho-
norauerit,ſtatim cõtra eũ machinat: ⁊ nõ ſolum
ipſum/imo etiã totũ genꝰ ſuũ/amicos ⁊ familia
res ſubuertere ⁊ grauare per ſui potentiã ſata-
git ⁊ molitur. Crudeles eñ ⁊ impij quotidie il-
lud faciũt:qui cõtra aliquẽ iuſte vel iniuſte fue-
rint irati:amicos ⁊ cõſanguineos ſuos,q̃uis in
nullo ſibi nocuerunt,grauant atq̃ ledũt:cũ di-
cat ſcriptura, Quod vnus non debet puniri pro Ezec.18.a
alio : ſed vnuſquiſq̃ pro peccato ſuo morietur.
Sepe tamen fit ꝙ heſter regina,que interpreta-
tur abſcondita.i.occulta prouidentia dei aliter
ordinat:⁊ ſuis malicijs obuians,innocentes de
manu eius in morte,et grauiſſimis infortunijs
ipſum damnat. Unde dicitur. Quod dñs diſſipat Iob.5.b
conſilia malignorum,ne poſſint implere. D

## ¶Capl'm iiij. Textus.

Que cũ audiſſet mardocheus ſcidit ve
ſtimẽta ſua. Morali. Cap. iiij.

C Vm totũ genus
iudeorũ morti eſſet p̱ amã mali-
ciã ab aſſuero rege adiudicatũ:
mardochęꝰ cũ alijs iudeis,nec-
non ⁊ heſter regina ieiunijs ⁊ la-
chrymis ſe dederũt:⁊ ſaccis ſe in
duerũt:⁊ ſup capita cinerẽ aſperſerũt ⁊ orõibꝰ
feruidis ad dñm clamauerũt. Igit q̃q̃ edictum
eſſet ꝙ nullꝰ ſub pena mortis nõ vocatꝰ intra-
ret ad regẽ,niſi forte rex in ſignũ clementie ſce-
ptrum ſuũ aureũ ſibi extẽderet ad tangendum.
Heſter tñ fiduciã habẽs in dño ſumptis regali-
bus ornamẽtis,p̱ liberatione populi ſui,duabꝰ
cõcomitata puellis,vna.ſ.cui innitebat,⁊ alte-
ra que defluentia in terrã veſtimenta portabat:
ad regẽ q̃q̃ ferocẽ intrauit:cuius aſpectus cor
dñi ſtatim in mãſuetudinẽ cõuertit:⁊ in ſignum
clementie virgam aureã ſibi tangendã extẽdit.
Que accedens ⁊ virgã tangẽs,regẽ ad prandiũ
inuitauit:⁊ liberationẽ populi,ſuſpẽſionẽ amã,
reuocationẽ epiſtolarum ipſius amã:que ſuper
nece iudeorum miſſe fuerant,per nouas regis
epiſtolas,⁊ ſublimationem mardochei ſui auũ-
culi impetrauit. Sicut enim dicitur hic ⁊ infra.
Cum vidiſſet rex heſter reginam ſtãtem,placuit E
oculis ſuis:et extẽdit virgam auream,⁊ acceſſit
⁊ oſculata eſt ſummitatem virge. Cui ſtatim rex
intulit in hec verba. Quid vis heſter regina:que
eſt petitio tua? Etiam ſi dimidiam partem regni
mei petieris,dabitur tibi. ¶Iſta omnia poſſunt Moralitas.
ad myſterium noſtre redemptionis applicari.
Conſtat enim ꝙ a principio totũ genus iudeo-
rum.i.hominum per maliciam et inuidiam amã
id eſt diaboli:ab aſſuero rege/id eſt a deo p̱ pec-

catum ad e moꝛti fuit adiudicatū:et per epiſto=
las regis.i.ipſius dei,ſententiā condemnatum.
Gen.2.c Gen. Quacūq; die comederitis/moꝛte moꝛiemi=
ni. Ita ꝙ Mardocheus et alij iudei.i.ſancti pa=
tres qui edictum illud in ſuſis/que interpꝛetat̄
gaudium viri.i.in ſacra ſcriptura que ſpiritua=
le gaudium eſt viroꝛum,pendere cognouerāt:
antiquitus flebant,ſaccis humilitatis/ieiunio
abſtinentie/et cinere moꝛtis memoꝛie ſe doma=
bant:et pꝛo liberatione et redemptione ſua do=
Pſ.79.a minum exoꝛabant:dicentes illud Pſ. Ueni ad li=
berandum nos domine deus virtutum. Nullus
enim ad regem tunc intrabat:nullus celum oc=
cupabat:nullus moꝛituris et damnandis veniā
Heſter.4.a impetrabat. Unde hic dicitur. Quod nō erat li=
citum ſacco indutum aulam intrare regis:nec=
dum enim illuc aliquem vocauerat:nulli adhuc
virtutis ſue virgam.ſ.filium per incarnationem
F oſtenderat:redemptiōis humane negocium de
ſolatum manebat. Quapꝛopter Mardocheus ⁊
iudeoꝛum populus.i.ſanctoꝛum patrum cetus
triſtabatur/⁊ flebiliter lugebat. Unde de huma=
Tren.1.a na natura pōt dici pꝛo illo tempoꝛe illud Tren.
Ploꝛans ploꝛaui in noctte.et ſequitur. Non eſt
qui cōſoletur eam. Sed quid:pꝛoculdubio he=
ſter regina:id eſt beata virgo/aſſumptis oꝛnamē
tis virtutum:et adiunctis ſibi duabus puellis/
id eſt duabus virtutibus ſibi familiaribus col=
ligatis:vna ſcilicet cui innitebatur/hec eſt vir=
ginalis caſtitas ⁊ integritas:altera que poꝛtās
caudam veſtium que ſequebatur,hec eſt humi=
litas:iſti regi ſe dignam ⁊ idoneam pꝛeſentauit:
quam vt ſtatim conſtantem et oꝛnatam et ſan=
ctificatam vidit:oculis eius placuit:et ideo vir
gam virtutis ſue auream et pꝛecioſam:id eſt fi=
lium benedictum emittēs ex ſion:ipſum ſibi per
beatam incarnationem extendit:et ſic in ſignū
clementie ſibi et toti generi humano ſuum be=
nedictum filium declinauit. Ad quem ſcilicet
iſta humiliter accedens,per fidem credens et
conſentiens,virgam iſtam tetigit,et concepit:
et ſic aman ſuperbum et iudeoꝛum et fidelium
inimicum ſuperauit:et potentiam eius ſtrauit,
ſuumq; populum a moꝛte liberauit:et veteres
literas,id eſt vetus teſtamentum nouis literis
noui teſtamenti temperauit. Unde iam congau=
Rom.7.b dendo poſſumus dicere illud Apl'i. Nunc ſoluti
ſumus a lege moꝛtis,in qua detinebamur:vt ſer
G uiamus in nouitate ſpiritus,non in vetuſtate li
tere. Iſta igitur eſt veritas,ꝙ cum regnū aſſue=
ri.i.dei in duobꝰ conſtet,ſcʒ in iuſticia et miſeri=
coꝛdia:iſti regine paradiſi dimidiā regni ſui par
tem.ſ.miſericoꝛdie diſtributionem/ſibi contulit
deus. Igitur iſta regina dicit̄ miſericoꝛdie. Al=
teram vero partē ſcʒ iuſticie ſibi retinuit:⁊ ideo
ſol iuſticie nuncupat̄. Quotiens igit̄ pꝛo aliquo
ſupplicat/rex ille nihil pꝛoꝛſus ſibi denegat:ſed
petitionē illius exauditā indicat:poteſtatem in
media parte regni ſuper facienda miſericoꝛdia
ſibi donat. Quid vis (inquit) heſter regina ⁊c.
3.Reg.2.d Unde dicitur. Mater mi nefas eſt vt auertam fa
Aliter. ciem tuā. ¶ Uel ſi vis dic/ꝙ illud ꝑdictū,ſcilicet
ꝙ nullus intret ad regem niſi vocatus:videtur
adhuc durare. Conſtat enim quod nullꝰ ad re=
gem.i.ad xp̄i palatiū introducit̄,niſi pꝛius per
fidem et gratiā vocet̄. Uocatio enim ingreſſum
Hebꝛ.7.a pꝛecedit:qꝛ gratia gloꝛiam antecedit. Apoſto=
lus. Nullꝰ aſſumit ſibi honoꝛem:ſed qui vocatur
⁊c. ¶ Uel dic ꝙ nullus ingreſſus ad regem xp̄m
ſcilicet fide ⁊ gratia dignus efficitur:niſi qui per
ſpecialem inſpirationem et gratiā a deo eligit̄
et vocat̄:qꝛ ſcʒ nullꝰ ex pꝛopꝛia virtute ſaluus
efficitur:imo neceſſe eſt quod a deo ſpecialiter
Rom.9.c vocitetur. Non enim eſt volentis,neq; currētis

ſed dei miſerentis. Qui ſcʒ ſicut idem saluatoꝛ di
cit. Nemo poteſt venire ad me,niſi pater meus Joh.6.c
traxerit eum. Et alibi dicit̄. Quod ꝓpꝛias oues Joh.10.a.
nominatiʒ vocat:⁊ ipſuʒ ſequūtur,⁊ vocē eius au D
diūt. ¶ Uel dic ꝙ altero de duobꝰ modis impune Aliter
intrabat̄ ad regeʒ,ſcʒ qn̄ ꝓuocabat̄,vel qn̄ virga
virga aurea in ſignū clementie tangenda exten=
debat̄. ¶ Sic vere dico ꝙ ad regē xp̄m nullus in Aliter
trat,nec in paradiſo ſue p̄ſentie ſe pꝛeſentat:niſi
ip̄ʒ vel miſericoꝛdie vocatio,vel iuſticie virga ſeu
coꝛrectio introducat. Iſtis enim duobus modis
deus vtit̄,vt aliquis ad ip̄ʒ per fidem ⁊ peniten=
tiā introducatur:qꝛ ſcʒ alios inſpirando vocat
⁊ ip̄os ſine violentia trahit ⁊ appellat. Alios ve=
ro virga aurea coꝛrectionis ⁊ tribulationis tā
git:⁊ mediāte virga huiuſmodi ſibi cōpꝛeſentia
les efficit:⁊ cū virga ſignū magne clemētie eiſdeʒ
oſtendit. Nunq̄ enim maius clementie ſignum
peccatoꝛi oſtenditur,q̄ quando virga coꝛrectio
nis ad eum extenditur,vt ſine periculo dei pꝛe=
ſentia ꝓfruatur. Unde dicitur: Quod non ſinere 2.mach.6.c
diu pecatoꝛibus ex ſententia agere,magni bene Aliter
ficij eſt indiciū. ¶ Uel iſtud allega de parentibꝰ
⁊ p̄latis et p̄dicantibꝰ:q̄ qn̄q; vocatione.i.dulci
monitione:qn̄q; virga aurea.i.aſpera coꝛrectiōe
debēt vti:vt auditoꝛes ⁊ ſubditi poſſint ad ſtatū Pꝛo.23.b
gratie introduci. Unde dicitur. Tu virga percu
tis eum:⁊ animam eius de inferno liberas. Si=
gnum enim clementie in virga oſtenditur:quia
qui parcit virge odire filium pꝛedicatur. ¶ Hic le Eodeʒ.c.b
gitur ꝙ Heſter inuitauit Aman ad pꝛandium,vt
veniret cum rege:erat enim ſecundus poſt regē: A
de qua quidem inuitatione ſumme gauiſus ſe ia
ctabat:⁊ ſumme btm̄ ſe reputabat. Regina tn̄ hoc
ꝓ bono ſuo nō fecerat,qꝛ mediante tali conui=
uio ipſum occidere pꝛoponebat. Quod factum
eſt:qꝛ ſcʒ in ipſo conuiuio tractatus eſt eius interi
tus:ita ꝙ de conuiuio ad ſuſpēdiū eſt ductus,et
conuiuio ⁊ gloꝛia ſpoliatꝰ:⁊ inimicus eius mar=
docheus ſibi in gloꝛia ⁊ officio eſt ſubſtitutus. Moꝛalitas
¶ Regina Heſter q̄ interpꝛetatur abſconſa,pōt
ſignificare foꝛtunam abſconſe ⁊ occulte mundi
negocia diuerſimode pꝛocurantem. Iſta eſt em̄
mundi regina ⁊ domina:a qua vniuerſaliter ꝓue
niunt tam bona q̄ mala:quapꝛopter ab antiquis
fuit credita quedam dea. Foꝛtunā aūt ꝓpꝛie lo=
quendo occultā dei ꝓuidētiam,vel ſaltem effectꝰ
iſtius ꝓuidentie occulte:ſʒ alias pluries dixi. Ec
ce credo qꝛ.ſ.ab iſta ex cauſis nobis ignotis di=
uerſa pꝛoueniunt:que pꝛima facie irrationabili=
ter facta eſſe videntur. Igitur iſta eſt veritas,ꝙ
iſta regina noſtra Heſter abſconſa foꝛtuna,ſcili=
cet,quandoq; Aman.i.aliquam malam pſonam
ad cōuiuiū ſuum.i.ad gaudia mundane ꝓſperi=
tatis vocat:vbi q̄q̄ indignū cum rege.i.iuxta re
ges ⁊ pꝛincipes in ſublimibus officijs ipſum lo=
cat. Pſal. Uidi impium ſuperexaltatum:ita ꝙ ex Pſ.36.g
hoc letatur q̄ plurimū ⁊ exultat:⁊ ſe beatum vo
cat ⁊ reputat:ignoꝛans q̄ ſibi occulte iſta regina
pꝛocurat ⁊ ſeruat:ſed reuera illud pꝛo bono ſuo
foꝛtuna non facit:ſed potius quia eum ſic electū B
grauius damnare,⁊ contemnere ipſuʒ cupit. Un
de Seneca de ſententijs oꝛatoꝛum dicit,ꝙ omnis
blādientis foꝛtune ſponſus cū periculo nititur:
⁊ inde eſt ꝙ ſubito dū non aduertit talis de cōui=
uio mūdane ꝓſperitatis eijcit̄:gloꝛia ⁊ honoꝛe,
ſtatu,gradu/⁊ officio exuit̄:⁊ qn̄q; coꝛpoꝛaliter
ſuſpēdit̄:moꝛti tēpoꝛali ⁊ perpetue mancipat̄:
⁊ alius ſuus foꝛſitan inimicus,eidē in officio ſub
rogatur. Ideo pulchꝛe loquitur Seneca in li=
bꝛo de tranquillitate animi.i.de foꝛtuna. Letio=
res inquit requires quos foꝛtuna nunq̄ reſpe=
xit,q̄ quos deſeruit:noli huic trāquillitati ꝯfide
re.in momento mare euertitur:et eadem die qua

nauigia luxuriāt ſorbent. ¶Uel dic ꝙ regina iſta
Aliter. eſt occulta dei iuſtitia: que apud deū regem ꝓcu
rat ītalibus, dum auertunt aliquotiēs malū ſuū.

## ¶Capitu. v. Textus.

**Die autem tertia induta eſt Heſter re/
galibus veſtimentis. Moralitatum
Capitulum v.**

Hic habemus ꝙ
impio aman nō ſufficiebat, ꝙ
generaliter oēs iudeos mor
ti tradendos ꝓcurauerat: ni
ſi ⁊ cōtra mardocheū ſpāliter
⁊ in ſpāli ſeuiret: pro eo ꝙ co
ram ipſo genua nō flectebat:
⁊ ideo de ꝯſilio vxoris trabē
excelſam in domo ſua parari
fecerat: ⁊ vt ad regē ꝓ mardocheo ſuſpendēdo
C licentiā requireret, ꝓparauit. Quod tñ mirabili cō
mercio de⁹ in cōtrariū immutauit. Nocte enim il
lā rex inſomnē duxerat: ⁊ hiſtorias antiquas le
gi fecerat: ⁊ de mardocheo inuenerūt ſcriptum,
ꝙ inſidias duorū eunuchorū qui regē occidere
voluerant, reuelauerat: ⁊ tñ exinde nullum pre
ciū reportauerat atqȝ premium: quapropter rex
volēs mardocheū pro fidelitate exhibita hono
rare: aman qui pro ſuſpēſiōe ipſi⁹ impetrāda ve
nerat, vocauit: ⁊ qualiter ab eo honorādus eſſet
quē rex honorare decreuerat, in genere requiſi
uit. Aman vero propter ſeipſum petitionem hu
iuſmodi factā credēs: adhuc ampli⁹ ſperans ho
norari, ſic ait. Homo inquit quē rex honorare cu
pit, debet indui veſtib⁹ regiis: ⁊ imponi ſup equū
qui eſt in ſella regis, ⁊ habere ſuper caput ſuum
regiū diadema: ⁊ primus de regis principibus ⁊
tyrannis teneat equū eius: et per plateas ciuita
tis incedens clamet ⁊ dicat. Hic eſt homo quē rex
voluit ſic honorari. Quo audito precepit rex, ꝙ
ille aman qui primus principū erat: oia q̄ dixe
rat, mardocheo iudeo faceret: ⁊ ꝙ ipſum ꝑdicto
modo ꝓtinus p ciuitatē perambulans honora
ret. Quod ſcȝ licet inuitus aman ſtatim execut⁹
eſt. Et ſic factū eſt, ꝙ tpe quo venerat ſicut crede
bat ꝓ eo ſuſpendendo, venit ꝓ eo honorādo. In
D craſtino vero in eodem patibulo quod Mardo
cheo parauerat, fuit ſuſpēſus: et ipſe mardoche⁹
in dignitate ei⁹ ſubrogat⁹: ſicut infra ponitur ca
Moralitas pitulo. vij. ⁊. viij. ¶Iſta poſſunt exemplariter al
legari ad multa: ⁊ primo quidē cōtra vindices ⁊
crudeles quibus nō ſufficit vna crudelitas, niſi
adhibeāt duas vel multas: ſicut ptȝ in iſto cui nō
ſufficiebat ꝙ iudeos vniuerſaliter occideret, niſi
etiam mardocheum in domo ſua ſpāli ſuſpendio
ingularet, qꝛ ſcȝ ſepe fit ꝙ deus aliud diſponit: ⁊
ꝙ crudelitatē illā quā in aliū exercere voluerat
in caput eius introducit: ⁊ proprio tormēto qđ
aliis parauerat, ipſum fecit: ſicut apparet de illo
qui bouē eneū reperit: qui tñ prim⁹ in eo ſ mortē
ſeu mortis ſupplicium tolerauit. Sicut em̄ par
rhyſi⁹ ille regis theſaurari⁹ patibulū regiū qđ
cū magna diligētia ꝓ ſceleratis ſuſpēdēdis pa
Eccli.3.d rauerat: ipſe i ꝓpria pſona ēcenianit. Qui amat
Eccli.27.d periculū, in illo peribit. Qꝛ ſicut dr̄ Eccle. Qui fo
ueā, in illā decidet: ⁊ q̄ ſtatuit lapidē ꝓximo, of
fendet i eo: ⁊ q̄ laqueū alteri ponit, peribit i illo.
¶Uel allega iſtud, ꝙ ſepe fit ꝙ eodē actu quo qs
alicui nocere credit, illi poti⁹ ꝓficit: et nocumen
tū qđ ſibi parare crediderat, ad vtilitatē ipſius
de⁹ vtit: ſicut ptȝ de illo aman, q̄ ꝓ ſuſpēſiōe mar
dochei venerat: ⁊ tñ cōtra ſpē ⁊ volūtatē ſuam
ipſum honorauit: ⁊ honorationē quā ꝓ ſe dictaſ.

ſe crediderat, de⁹ ad alterū ordiauit: ⁊ ecōuerſo, E
mortē, quā alteri cogitauerat: ipſe dei iudicio re
portauit. Mirabilis em̄ eſt ꝑmutatio occulte dei
ꝓuidentie qñ vult opari: ꝙ ſcȝ bonū qđ malū ꝓſe
habere credūt ad bonos qñqȝ deriuat. Prouer. Prou.13.d
Reſeruat iuſti ſubſtātia pctōꝝ: et malum qđ illi
mali bonis parauerāt, in caput ipſoꝝ gyrat. Uñ
Iuſtus de anguſtia liberabit, ⁊ tradet impius ꝓ Prou.11.b
co ¶Uel illud allega, ꝙ premiū iuſtorū qñqȝ dif Aliter.
fert, ita ꝙ quaſi in obliuionē tradi videt: ſicut de
illo Mardocheo patet, qui inſidias regi reue
lauerat: ⁊ tñ ſibi nullū pmiū datū erat. Uerūtñ
rex noſter chriſtus, qui cōtinue vigilās, noctē in
ſomnē, duxit: finaliter qñ hiſtorias preteritas et
ſanctoꝝ merita in libro indelebili ſue mentis re
legit: ipſoſqȝ nondū premiatos reperiens, hono
re tam tēporali ꝙ eterno honorandos decreuit.
Illos igitur finaliter veſtibus regis. i. corporū
dotibus induit: illos ſup equos in ſella regis. i.
ſuper celi celſitudinē conſtituit. Illos regio dia
demate. i. dignitate eterne glorie honorauit: il
los p principes ſuos. i. per angelos ſuos cōdu
ci ⁊ deduci pcepit atqȝ mādat: ⁊ hec qcqđ tardat,
ipſos ꝓ meritis ſuis remunerat ⁊ honorat: hoc F.
em̄ honore dign⁹ eſt quēcunqȝ rex honorare de Ps.8.b
creuerit. Uñ Ps. Gloria ⁊ honore coronaſti eum Moralitas
domine. ¶Uel dic moraliter, ꝙ veſtes regis fue
runt ille virtutes quas chriſt⁹ habuit circa cor
pus: ſcȝ carnis mūdicia ſeu puritas, q̄ fuit tanqȝ
camiſia interior: penitētie aſperitas, que fuit ſi
cut tunica ſuperior: ⁊ rerū mundialiū pauptas,
que fuit ſicut clauus exterior. Equus illi⁹ regis
fuit crux in qua fuit portatus. Diadema eius
fuit corona ſpinea, qua extitit coronatus. Dico
ſigit ꝙ mardoche⁹ qui interpretat amara contri
tio impudicitie: pōt Petrū ⁊ Andreā ſignificare,
⁊ quoſlibet viros ſanctos: q̄ reuera i hoc fuerūt
a rege ſumme honorati: qꝛ veſtib⁹, equo ⁊ diade
mate. i. ad ſue paſſiōis ſimilitudinē fuerūt crucia
ti: ⁊ per amā. i. per neronē ⁊ egeam honore hmōi
inſigniti. ¶Etiam moraliter iſta poſſunt dici de Aliter.
quolibet ſancto: q̄ veſtibus regis. i. humilitate,
charitate ⁊ paupertate regit: diademate regis. i.
ſpina diuini timoris coronat⁹ ꝓpūgit: equorū ſel
la regis. i. a beata ꝟgine vel a cruce p deuotionē
⁊ fiduciā vehit ⁊ portatur: atqȝ ab aman inimico
ſuo. i. a mundi principib⁹ ⁊ tyrānis circūducit et
vexat. Illo em̄ modo rex noſter xp̄s ſuos in hoc
mundo honorauit: inquātū illa que ipſe habuit
inſignia eis donauit: ⁊ iſtis mediātib⁹ celeſte pre
miū eis parat. Eccli. Corona aurea ſuper caput Eccli.45.b
eius expreſſa ſigno ſanctitatis glorie, honoris et
opus fortitudinis.

## ¶Capitu. ix Textus.

**Rex vero Aſſuerus omnē terrā et cun/
ctas maris inſulas. Moralita. Cap. vj.**

Hic capitu. x.
⁊. xj. ponit ſomniū Mardo
chei, ſcȝ ꝙ fiebāt voces, tu G
mult⁹ ⁊ tonitrua, terremot⁹
⁊ cturbatio ſup terrā. Ui
debat et ꝙ dracones maris
inuicē cōfligebāt: ad quoꝝ
clamorē cūcte cōcitate ſunt
nationes, vt pugnarent ꝯtra
gentē iuſtoꝝ: que timore, tribulatiōe ⁊ anguſtia
territa: ſeipam ꝑparabāt ad mortē: qb⁹ ſcȝ iuſtis
ad dñm clamātib⁹, ecce fons pu⁹ creuit i fluuiū
magnū, ⁊ i aqs plurimas redūdauit: ⁊ i lucē ſolē,
ꝙ ꝯuerſus eſt. ¶Uel ſm aliā lrām, lux ⁊ ſol⁹ ort⁹
eſt: ⁊ hūiles tūc exaltati ſunt: ⁊ deuorauerūt inſ

Moꝛalitas clytos. ¶Sic vere cũ a mũdi pñcipio poſt terre-
motũ ⁊ tonitruũ tẽtationis luciferi cõtinue fue-
rit bellum inter duos dracones .i. inter rationa-
les creaturas, diabolum ſcʒ ⁊ hominem: ſic factũ
eſt ꝙ commote ſunt nationes demonũ ⁊ iniquo-
rum cõtra populum iuſtoꝛum et fidelium, ⁊ pre-
ualebant. Ita ꝙ tũc omnes iuſti moꝛtem ⁊ infer-
num neceſſario expectabant: tribulatiões ⁊ an-
guſtias ſuſtinebãt: quapꝛopter ad dominum cla
mantes, liberationem deuotionis imploꝛabant:
Pſ.79.a dicentes illud Pſ. Ueni ad liberandum nos. Et
b ideo dei nutu fons paruus .i. beata virgo ⁊ par-
ua ⁊ humilis: in fluuium magnũ creuit, in quan-
tum deum qui eſt infinitus, continere potuit: et
in aquas redundauit, etiam plurimas, in quãtũ
ſ. humano generi multa bñficia ꝓpinauit: ⁊ lux
⁊ ſol .i. chꝛiſtus dei filius ſol iuſtitie in mundo oꝛ-
tus ⁊ natus extitit: ⁊ ſic pax tranquillitatis ⁊ bo
ne voluntatis hominibus nata fuit. Tunc enim
humiles .i. captiui qui erant in limbo: iuſti qui
ſunt in mundo exaltati fuerunt: contra inclytos
i. contra demones ⁊ tyrãnos pꝛeualuerũt: et vir-
tute illius ſolis fontiſꝗ moꝛtis eterne periculũ
Mala. 4.a euaſerũt. Uñ, oꝛietur vobis ſol iuſtitie timentibꝰ
Aliter. nomen meum. ¶Uel dic ꝙ quando in aliqua ec-
cleſia vel conuentu veniunt terremotus ⁊ turba-
tio: vtpote quia quãdo moꝛitur pꝛelatꝰ, ſtatim
eſt in electione lis et contentio. Fit enim tunc
quandoꝗ, ꝙ duo magni dracones .i. duo magni
canonici vel pꝛioꝛes malicioſi ⁊ ambitioſi inter
ſe pꝛo habenda dignitate cõfligunt. Quo facto,
ſtatim natiões et partes ſe diuididũt: ⁊ mali con
tra iuſtos pꝛeualere contendunt. Sed pꝛo certo
ſepe fit ꝙ neuter duoꝛũ draconum obtinet: quin-
imo ſepe fit ꝙ aliquis fons paruus .i. aliquis ho
mo humilis, pauper ⁊ nullius reputationis eli-
gitur: ⁊ in fluuiũ magnũ .i. in pꝛelatum cõuertit:
⁊ ſic tandẽ in lucem ⁊ ſolẽ per ſanctã, et exempla
rem vitam mutatur: ⁊ ſic per ipſum boni et humi
les ꝓmouentur et extollunt, mali vero et ſupbi
mediante iuſtitia denoꝛantur: qꝛ pꝛo certo ſepe
fit quando dominus ſuſcitat de terra inopem,
Luc.1.e vt ſedeat cum pꝛincipibus, et ſolium gloꝛie te-
neat: tunc deponuntur potentes de ſede, et exal-
tantur humiles.

A ¶**Capi. xvj. Textus**

**Rex magnꝰ Artaxerxes ad India vſꝗ Ethiopiam. Moꝛalitatum Cap. vij.**

**H**Ic cap. xvj. dici-
tur ꝙ populus iudaicus in ca-
ptiuitate poſitus iuſtis legibus
vtebatur. Circa quod nota ꝙ iu
dei in terra ſua vbi erant liberi,
4. Eſdre leges dei non ſeruabant, ſed po
13.c tius idolis ſeruiebant. In capti
Moꝛalitas uitate tamen et tribulatione et ſeruitute domi-
Eſa.28.e num coluerũt: ſicut ponitur quarto libꝛo Eſdre
cap. xiij. ¶Illud poteſt allegari, ꝙ vexatio dat
intellectum, ſicut dicitur. Et ꝙ plus pꝛoficit ho-
mini aduerſitas ꝗ pꝛoſperitas: qꝛ ſcilicet in pꝛo
ſperitate poſiti ⁊ deum et eius legem obliuiſcun-
tur, idolis et vitijs famulantur: in tribulatione
vero ad ſeipſos reuertunt: ⁊ ſe pꝛopter ſua pec-
Pſ.77.d cata puniri intelligentes, ſeruire domino et man
data eius facere compelluntur. Pſal. Cum occi-
deret eos querebant eum. ¶Uel expone ſi vis,
quod vt communiter homo eſt melioꝛ in terra
aliena ꝗ in pꝛopꝛia.

¶Moꝛalitatum ſuper Heſter Finis.

# Moꝛalitatum Liber viceſimus ſuper Job.

## ¶Capitulum j. Textus.

**Uir erat in terra hus, nomine Job.**

**Moꝛalitatum Capitulum j.**

**D**E Job cũ to-
tus ſit moꝛalis ⁊ moꝛaliza-
bilis, nihil intẽdo ponere,
niſi aliqua que narratiue
ponuntur. Dico ergo ꝙ vir
erat i terra hus, noie Job:
⁊ erat vir ille ſimplex et re-
ctus, timens deum, ⁊ rece-
dens a malo: ⁊ nati ſunt ei
ſeptem filij ⁊ tres filie: poſſeſſioꝗ erat ei ſeptẽ mi
lia ouiũ, tria milia cameloꝝ, quingẽta iuga boũ,
⁊ quingẽte aſine, ⁊ familia multa nimis. ¶Reue- Moꝛalit.
ra talis vir dʒ eſſe quilibet vir perfectꝰ: qꝛ ꝓ cer-
to iſte debet eſſe vir .i. vigoꝛoſus et virtuoſus in
terra hus ꝗ interpꝛetatur feſtinans, ⁊ cõſiliatoꝛ
diligens ⁊ et ſtudioſus, ⁊ alioꝛũ conſiliatoꝛũ pa-
cificus et dulcoꝛoſus. Simplex dʒ eſſe humilis et
modeſtus, rectꝰ et iuſtus. Debet eſſe timens deũ,
et maloꝛum oĩm fugitiuus: qui etiam debet dici
iob, qui interpꝛetatur dolẽs, qꝛ ſcʒ ipſe dʒ eſſe ꝓ
culpis et miſerijs huiꝰ vite dolẽs, triſtis et geme
bũdus: et ſic iſte erit iter oꝛiẽtales .i. inter iuſtos
magnꝰ in ꝟtutibꝰ et fecundus. Unde dr: magnꝰ Eccl.1.a
effectus ſum: et pꝛeceſſi oẽs qui ante me erant in
ſapientia. Ideo poſſeſſio virtutum ſuarũ dʒ eſſe C
multiplex: qꝛ reuera ipſe debet habere ſeptem fi-
lios .i. ſeptem ſpũſſancti dona: tres filias .i. tres
theologicas virtutes: ſeptem milia ouiũ .i. ſeptẽ
miſericoꝛdie opera: tria milia chameloꝛũ .i. triũ
partiũ penitentie .ſ. contritiõis, cõfeſſionis et ſa
tiſfactionis onera. Fuit etiã poſſeſſio eiꝰ quingẽ
ta iuga boũ .i. quinꝗ ſenſuũ carnaliũ cohibitio:
et quingẽte aſine .i. qnꝗ libꝛoꝛũ legis, ⁊ diuinoꝝ
mandatoꝛũ humilis recoꝛdatio: et familia multa
nimis .i. ceterarũ virtutũ abundans cumulatio. Job.1.b
Unde infra capĩo iſto dr. Operibus manuũ eius
benedixiſti: et poſſeſſio eiꝰ creuit in terra. ¶Uel Aliter.
dic ꝙ iſte vir eſt bonus pꝛelatus: qui ſcʒ debet eſ
ſe vir ſine imbecillitate, rectus ſine acceptione
perſonarũ vel iuſtitie toꝛuitate: ſimplex ſine pli-
ca .i. ſine malicia et duplicitate: timens deum: ſine
ſeruilitate: recedens a malo non timoꝛe ſed cha
ritate: iob dictus .i. dolens ex compaſſione et pie
tate: in terra hus .i. conſilians et cõcoꝛdãs alios
cum feſtina ſedulitate: magnus inter oꝛiẽtales,
virtutis et fame multiplicitate: ita ꝙ iã de ipſo
poteſt dici illud quod ſequitur. Non cõſideraſti
ſeruum meũ iob, qđ non ſit ei ſimilis in terra: vir
ſimplex ⁊ rectus et timens deũ. Igitur iſte hʒ in
poſſeſſiõe ſua filios .i. ſubditos charitatiuos. Fi D
lias .i. ſimplices et imperfectos. Chamelos .i. vi-
ros patientia et humilitate oneribꝰ tribulatio-
num ſubiectos. Boues .i. viros bonoꝛum operũ
laboꝛibꝰ deditos. Aſinas et oues, ideſt viros mi-
ſericoꝛdes lacte eleemoſynarum irriguos et fe-
cundos. Pꝛelatus enim non ſolum filios habe-
bit, imo et filias, non ſolum boues, imo et oues:
non ſolum camelos, imo et aſinas: quia ſcilicet
ſub pꝛelato in domo eccleſie non ſolum ſunt per
fecti, imo etiam imperfecti: non ſolum ſapiẽtes,
ſed etiam ſimplices: non ſolum laboꝛioſi, imo de-
biles. Apoſtolus. In magna enim domo non ſo 2. Ti.
lum ſunt vaſa aurea: imo et argẽtea, lignea et fi-
ctilia

ctilia.Unde etiam inter iſtos ſubditos aliqui nu
merantur ſeptenario numero,propter ſeptē ope
ra miſericordie.Aliqui ternario,propter trinita
tis ſimplicem fidez.Aliqui quinario,ꝓpter quin
Aliter ꝙ ſenſuum cuſtodiam.¶Uel dic ꝙ in ſpirituali
poſſeſſione viri iuſti debēt eſſe filij.i.opera chari
tatiua:filie.i.opera pia.Chameli:qui oneri ſe in⸗
clinant.i.humilitas ⁊ obedientia.Oues.i.ſimpli
citas ⁊ innocentia.Boues.i.fortitudo ⁊ temperā
tia.Aſine.i.trāquillitas ⁊ patientia.Familia mul
ta nimis.i.aliarum virtutum bonorumqꝫ actuuz
Phi.4.d ⁊ affectuum fertilitas ⁊ opulentia.Apl's.Habeo
Eodē.c.a oīa ⁊ abūdo.¶Septē filij iob viciſſim ꝯuiuia
faciebāt nūc penes vnū,nūc penes aliū comede
bāt:⁊ tres ſorores ſuas vocātes ipſas vt ſecū co
mederēt,⁊ vinū biberēt inuitabant.Job vero de
ſalute liberorum ſollicitus erat:⁊ ideo completis
E cōuiuijs pro ſingulis ſacrificiū offerebat.¶Job
ſignificat bonū plātum:filij eius ſignificāt viros
ſciētificos ⁊ pfectos:filie vero ſue deſignant infe
riores ſimplices ⁊ ignaros.Iſta ergo ē veritas ꝙ
filij iob.i.clerici ſcientificiqꝫ viri qui ſunt in eccle
ſia:debent viciſſim conuiuium ſpūale facere:vbi
ſcilicet docendo ⁊ predicando poſſint auditores
⁊ etiam alter alterum recreare.Debent etiam fi⸗
lias ſorores.i.ſimplices ⁊ laicos ad iſtud conui⸗
uium vocare:⁊ vino ſue doctrine ipſos reficere
⁊ potare:ſicut ad literam videmus de religioſis
⁊ mendicātibus:qui alternatim ſibi ⁊ alijs predi
cant ⁊ ad predicationes ſuas ſimplices ſeculares
Cañ.3.d ⁊ maxime sorores,ſuas benignas ⁊ filias inuitāt
⁊ inuocant,dicentes illud Cañ.Egredimini filie
ſyon.Job etiam pater iſtorum.i.prelatus ſum⸗
mā curā ⁊ ſollicitudinem debet de ſalute iſtorum
liberorum.i.ſubditorum,habere:⁊ ideo ipſe de⸗
bet ſacrificium laudis ⁊ orationis ſingulis domi
Aliter no facere ⁊ offerre.¶Uel dic ꝙ per filios intelli⸗
guntur diuites:per filias vero intelligūtur pau
peres ⁊ infirmi.Iſti ergo filij.i.diuites quandoqꝫ
ſolent alternatim conuiuia facere:veruntamen
debent ſemper ſorores ſuas.i.pauperes aduo⸗
Lu.14.c. care.Unde dicitur.Cum facis conuiuium,voca
pauperes.Uel tempore cariſtie debent alternatiz
conuiuium eleemoſynarum impendere pauperi
bus ⁊ egenis:ſicut ad literam faciunt boni ⁊ mi⸗
F ſericordes diuites in iſtis ciuitatibus qui inter
ſe ſolēt ꝯuenire:⁊ vnꝰ poſt aliū ꝯuiuiū eleemoſy⸗
narum ⁊ ſubuentionum pauperibus preparare.
Eodez.c.b ¶Hic dicitur ꝙ cum filij dei aſſiſterent coram do
mino,affuit inter eos etiā ſathan:cui cū diceret
dominus:vnde venis?reſpondit circuiui terrā
perambulaui eam.Igitur iſte ſathan non legi⸗
tur a domino aliquid petijſſe,niſi ꝙ ſolum Job
poſſet affligere:⁊ primo eum temporali ſubſtan⸗
tia ſpoliare:tandem eum in corpore percutere et
Moralitas grauare.¶Sic pro certo dico,ꝙ hodie vbicunqꝫ
conueniunt filij dei coram domino.i.in quacūqꝫ
bona ſocietate ſiue religioſorum ſiue laicorum:
ſemper eſt dare aliquem ſathan,qui interpretat̄
D contrarius vel aduerſarius,tranſgreſſor vel pre
uaricator.i.aliquos rebelles malos ⁊ cōtrarios:
⁊ omniū bonoruz aduerſarios,diuine legis trāſ
greſſores,et ſue pfectiōis preuaricatores:qui ꝓ
certo non faciunt niſi terram et patriam explorā
do perambulare et circuire:et hoc nō vt poſſint
proficere:ſed vt poſſint iuenire quē affligant:et
cui noceant:et occaſionem alios ledendi reperi⸗
re ſicut ad literam videmus de detractoribus in⸗
ter religioſos,de inuidis inter clericos,et de bal
1.pet.5.c liuis inter laicos.Unde dicitur.Aduerſarius ve
ſter tanqꝫ leo rugiens circuit,querens quem de
uoret.Et breuiter nihil aliud querunt niſi quod
poſſint Job:qui interpretatur dolens,ideſt pau⸗
peres et dolētes affligere:et eos in rebus et cor⸗
poribus,rapinis ⁊ moleſtijs impugnare:commiſ
ſiones enim talia faciendi libenter accipiunt:et
ipſas citiſſime executioni tradunt:nihilqꝫ in hoc G
mundo qꝫ nocendi poteſtatem appetunt.Apoc. Apoca.9.b
Aculei erant in caudis eoꝝ ⁊c.¶Uel dic ꝙ diabo Aliter
lus ſemper eſt inter bonos:vel ꝙ diabolus non
poteſt nocere homini niſi a deo acceperit poteſta
tem.¶Hic habemus ꝙ laxata manu diuine pote
ſtatis ⁊ protectionis,eſt data licentia diabolo ꝙ
poſſit affligere Job.Statimqꝫ ipſo cooperante,
tribulationes quatuor ei per ordinez euenerunt:
quarum.ſ.prima fuit:Quod cuz boues eius ara
rent,⁊ aſine iuxta eos paſcerentur:irruerunt ſa⸗
bei,tuleruntqꝫ omnia,necnō pueros occiderunt
gladio:vnuſqꝫ ſolus euaſit,qui cladem ad Job fu
giens nunciauit.Ignis etiam de celo tunc ceci⸗
dit,q̄ oues eiꝰ ⁊ earuz cuſtodes pueros vno ſolo
euadente cōſumpſit.Chaldei etiam tres turmas
fecerunt:⁊ irruentes chamelos rapuerunt:pue⸗
ros vero cuſtodes preter vnum gladio occide⸗
runt.Filijs autem ⁊ filiabus ſuis in domo fra⸗
tris ſui primogeniti veſcentibus ⁊ vinum biben
tibus,ventus a regione deſerti vehementer ir⸗
ruens,quatuor angulos domus concuſſit,⁊ libe
ros omnes oppreſſit:ita ꝙ vnus ſolus de famu⸗
lis qui hoc nunciaret,remanſit flebilis atqꝫ nu⸗
dus.Et ait Job.Nudus egreſſus ſum ex vtero Job.1.d
matris mee:nudus reuertar illuc.Reuera,vide⸗
tur ꝙ in domo iob.i.in eccleſia ſancta dei:hoc eſt H
dictu in cetu fideliuz ſathan aduerſarius noſter
diabolus huiuſmodi tribulationes diuerſimode
ſuſcitat ⁊ inducit.Conſtat enim ꝙ ibi hodie inue
niuntur boues arantes.i.auari,qui circam ter⸗
ram laborant,⁊ aſine iuxta eos paſcentes.i.car⸗
nales,qui comeſſatiōibus vacant:ibi ſunt oues.
i.ſimplices,qui illa que ad ſalutem ſunt neceſſa⸗
ria,ignorant.Ibi etiam ſunt chameli.i.alij prin⸗
cipes ⁊ ſuperbi,qui gibbum ⁊ tumorem ſuper⸗
bie ⁊ preſumptiōis habent.Ibi ſunt filij ⁊ filie.i.
religioſi ⁊ religioſe:qui comeſtionibus ⁊ vini po
tationibus,⁊ ebrietatibus inhiant ⁊ anhelant.
Ibi ſunt pueri iſtorum cuſtodes,id eſt mali prela
ti:qui pueriliter alios gubernant.Iſtos ergo di
uerſimode perdit:⁊ alios alijs culpis:non quoſ
dam ſpiritualiter interficit per ſabeos,qui elo⸗
quentes interpretantur.i.per eloquentiam pro⸗
priam ⁊ ſuggeſtionem:quoſdam per chaldeos
qui interpretantur quaſi fere vel quaſi mammil⸗
le,ideſt per mundi proſperitatem ⁊ lactationem:
quoſdam per ignem auaricie ⁊ cupiditatis:quoſ
dam per ventum ſuperbie ⁊ vanitatis.Iſtis eniz
quatuor plagis diabolus iob.i.chriſtum depau
perauit:⁊ poſſeſſione bonarum perſonarum tam
eccleſiaſticarum qꝫ ſecularium denudauit multi⸗
pliciter.Unde de chriſto videtur poſſe dici illud.
Relicta ſindone nudus profugit.Et Amos.Ro⸗ Mar.14.e
buſtus inter fortes nudus effugiet.¶Uel ſi vis Amos.2.d
dic ꝙ omnia iſta que habemus hic,ſcilicet ꝙ om⸗ Aliter
nia bruta animalia iob perierunt,⁊ ab hoſtibus
rapta fuerunt:⁊ ſeruitores perempti,veruntas
men pauciſſimi ſunt qui euaſerunt:quinimmo
liberi eius mortui fuerunt.De ſeruis vero Job A
ſeu pueris aliqui pauci ſuperfuerunt.¶Poteſt Aliter
adhuc allegari,ꝙ cum Job.i.chriſtus ſub ſe ha⸗
beat homines,⁊ beſtias.i.fideles ⁊ infideles,chri
ſtianos et gentiles,iſta tamen eſt veritas:ꝙ om⸗
nes beſtie.i.gentiles ⁊ alij infideles moriuntur ⁊
damnantur:de hominibus vero.i.fidelibus ſunt
pauciſſimi qui ſaluentur.Unde dr̄.Multi ſunt vo
cati,pauci vero electi.Quinimmo etiam de homi Mat.20.c
nibus iſtis.i.de perſonis rōnabilibus ⁊ de xpī fi⸗
delibus illi qui ſunt filij ⁊ filie.i.illi q̄ ſunt ſpūales
filij dei.i.clerici ⁊ religioſi,magis pereūt:⁊ vēto
ſuperbie ⁊ epulatione gaſtrimargie damnationi

ſuccumbunt,ꝙ̄ illi qui pueri et ſerui .i.ſubditi ꝛ
ſimplices ꝛ ignari:qꝛ ſcꝫ de illis aliqui remanent
Aliter ꝛ ſaluantur: iſti vero quaſi oēs ad vitia prolabū
tur.Scdꝫ em̄ Auguſti.ſimplices ꝛ idiote rapiūt
celos:et nos cū literis noſtris mergimur in pro⸗
fundum inferni.¶Uel dic ꝙ ſabei qui interpretā
tur eloquentes, ſunt adulatores vel etiā aduo
cati,q̄ reuera pueros cuſtodes .i. p̄latos ꝛ ſupe
riores gladio lingue ſue pcutiunt:ita ꝙ boues ꝛ
Aliter aſinas . i . lucra ꝛ vtilitates ab ipſis pre alijs re⸗
portant et rapiūt.¶Uel dic ꝙ in domo dei boues
i.viri ſcientifici ꝛ pfecti debent in agro ſacre ſcri⸗
B pture arare.i.ſtudere, legere ꝛ predicare.Aſine
vero.i.ſimplices iuxta eos debent paſci.i.eorum
doctrinis ꝛ p̄dicationibꝰ informari : a pueris ve
ro .i. a puris ꝛ innocētibꝰ prelatis debent cōiter
cuſtodiri. Sabei tn̄ qui interpretantur claman⸗
1.re.26.c tes et detractores litigioſi, iſtos moleſtāt: ꝛ tam
Aliter maiores ꝙ̄ inferiores infeſtāt. Uñ dr. Quid cla⸗
mas ꝛ inquietas regē?¶Uel dic ꝙ caldei gñali⸗
ter ſignificāt humani generis inimicos,ſcꝫ mun⸗
dum, diabolū,et carnem:caldei em̄ interpretan⸗
tur quaſi fere:et eſt iſte mūdus cū auaris,q̄ mo⸗
re ferarū deuorāt aliena. Interpretātur etiā q̄⸗
ſi demones:iſte eſt diabolꝰ cū tyrānis . Interpre
tanꝫ inſuper q̄ſi mamille:iſta eſt caro cum illece⸗
bris:q̄ ſcꝫ delectationibꝰ ſuis lactat ꝛ decipit.Iſti
igitur caldei.i.iſti hoſtes humani gñis,iter tur⸗
mas predictas ſe diuidūt,ꝛ ſic camelos ſeu pue⸗
ros.i.malos ꝛ bonos rapiūt ſpiritualiter et occi
dunt et moleſtāt temporaliter ꝛ affligunt.¶Uel
dic ꝙ chameli ꝛ alti ꝛ gibboſi ſignificāt altos pn⸗
cipes ꝛ p̄latos:quos ꝓ certo tres turme caldeo⸗
rū q̄ interp̄tātur mamille .i.tria gña perſonarū
lactando in amorē ſuū rapiunt : ꝛ iob dño ſuo.i.
Aliter deo,ipſos ſubtrahūt atq; tollūt . Primi ſunt ne⸗
potuli et amici carnales.Secūdi ſunt verboſi adu
latores.Tertū ſunt donoꝝ et munerum oblato⸗
res.Ab iſtis em̄ tribus generibꝰ caldeorū, que
quaſi mammille dicunꝫ noſtri ſuperiores, ꝛ ma⸗
xime prelati , lactātur et recreātur . Iō ab ipſis
taliter rapiūtur , ꝙ nulli alij emolimentū de eis
conſequuntur : ita ꝙ ipſi p̄lati videtur dicere il⸗
C lud Eccli. In tribus beneplacitū eſt ſpūi meo ꝛc.
Eccli.25.a ¶Uel ſi vis dic , ꝙ domus primogeniti in qua fi⸗
Aliter lij et filie comedētes vento irruente ſternunꝫ: do
mos ꝛ curias principum vel prelatorū deſignat:
qui pro eo primogeniti fratris dicuntur:qꝛ alijs
ditiores et potētiores eſſe noſcūtur . Deut. Da⸗
deut.21.c bit pater primogenito ſuo de his q̄ habet cuncta
duplicia.Iſta igitur eſt,veritas, ꝙ illi qui in do⸗
mo primogenitoꝝ ſuorum . i . in curijs ꝛ hoſpi⸗
tijs diuitum ꝛ magnatum morātur:ꝛ qui panem
ꝛ vinū eorū comedunt:ꝛ apud eos officijs ꝛ obſe
quijs deputātur,diuerſis periclitāꝫ vitijs ꝛ caſi
bus,ꝛ periculis ſupponuntur. Uentus em̄ et fla
tus diabolice tētationis ibi precipue ſolet flare:
que totam domum iſtam ſolet ad malum concu
Mat.11.a tere et mouere, et ſic illos qui ſunt ibi, per vitia
Aliter. opprimere et damnare.Conſtat autem ꝙ illi qui
curias ſectantur diuitū,ſunt vt cōmuniter adu
latores,raptores, inuidi et ſupbi : et ſic euidens
eſt vitiorum turbine opprimi et inuolui.Uñ Se⸗
neca dicit de iſtis. Si quis cum magnatibꝰ habi
tat:aut veritas aut eorum amicitia perdenda ē.
Unde illud Matth.Ecce qui in domibus regum
ſunt,mollibus veſtiuntur.¶Uel dic ꝙ in talibus
domibus officijs et ſtatibus homo ſtatim pericu
lum patitur : et hoc quia ventꝰ inuidie qui ꝛ cō
muniter a regione deſerti id eſt a malis,deſertis
et inſufficientibꝰ pſonis ſolet procedere,ibi flat
D qui totam domum quandoq; concutit et contur
ezech.1.a bat:et illos q̄ ibi habitāt, aliquotiens opprimit
Aliter. atq; damnat , Unde Ezech . Ecce ventus turbi⸗
nis veniebat ab aquilone.¶Uel dic ꝙ frater no⸗
ſter primogenitus fuit lucifer: qui dicitur frater ps.109.a
noſter : quia fuit ab eodem patre deo genitus et iob.4.b
creatus.Pſal.Ante luciferum genui te . et Job.
Ecce behemoth quem feci tecum.Primogenitus Ibidem
vero, quia creatura dei eſt.Et alibi. Ipſe eſt pn⸗
cipium viarum dei. Conuiuium vero eius eſt ꝓ⸗
ſperitas : cuius ſcꝫ dominium vendicat ipſe ſibi.
Unde Luc.Oſtendens chriſto oia regna et gl̄iaꝫ,
dixit.Hec oia dabo tibi, ſi cadēs adoraueris me:
quia mihi tradita ſunt:et cui voluero do ea.Iſta
igitur eſt veritas, ꝙ quandoq; filij iob et filij dei
ideſt chriſtiani et chriſtiane:ſeu etiā generaliter
tam viri ꝙ̄ mulieres:taꝫ eccleſiaſtici ꝙ̄ ſeculares:
in domo fratris ſui primogeniti diaboli,ſcilicet Luc.4.a
in mundo et in conuiuio eius . ſcilicet in mundi
di proſperitate comedunt et bibunt : et de cibis
huius conuiuij , id eſt de bonis et diuitijs laute
ſumunt. Uinum etiaꝫ mundi ſcientiaruꝫ hauriūt
atq; ſumūt: ſubito fit ꝙ vento tribulationis e re⸗
gione deſerti , id eſt ab occulta dei prouidentia
inſurgente : et quatuor angulos huius domus.
i. quatuor partes proſperitatis mundane , ſcilꝫ
diuitias,delicias,honores et ſcientias,concutiē⸗
te et deſtruente , ipſi tales conuiue , id eſt ipſi in
mundi proſperis conuiuātes: ſubito aliquotiēs
opprimuntur: et per infortunium id eſt, per mor
tem ad caſum flebilem deducuntur.Uentus em̄
deſerti id eſt tribulatio mortis iſtam concutit et
ſubuertit:et conuiuas eius per damnationem et E
tribulationeꝫ temporalem opprimit atq; perdit.
Unde Ezechiel.Uentus auſtri cōtriuit te in cor⸗
de maris, diuitie tue et theſauri tui ꝛ multiplex eze.27.f
inſtrumentum tuum

## ¶Capl'ꝫ ij. Textus. Factum eſt autē cum quadam die veniſſent filij dei. Moralitatum Capitulum ij.

Job percuſſus i
corpe: ita ꝙ a plāta pedis vſq;
ad verticeꝫ nō eſſet in eo ſanitas
bonis oibus a diabolo denuda
tus,in ſterquilinio ſedebat:ſa⸗
niē q; vlcerū teſta radebat: ꝛ tri
bulationes ſibi immiſſas in pa Job.16.c
tiētia ſuſtinebat. Uxor vero eiꝰ cū ſeruis ipm atro
citer deridebat : et fetorē ipſiꝰ abhorrebat, ſicut
hic vbi dicit.Benedic deo ꝛ morere.Et infra, vbi
ip̄e iob dicit ſic.Habitū meū abhorruit vxor mea
amici vero eiꝰ ip̄m arguebāt et irritabāt:et pctōrē
volebāt ꝓbare : ſerui vero eius ſibi obedire nole⸗
bāt.Seruū meū vocaui:et nō rñdit mihi.Sꝫ fina
liter viſa eiꝰ pnia ꝛ patiētia, dñs ip̄m ſanauit: ſe⸗ Ibidem
ptem filios et tres filias ſibi dedit. Amici et noti
eius ad eum conuenerunt:ipſumq; cōſolati ſunt Job.vlt.
Et qui prius eum contempſerunt ſibi bona pro⸗ f
pria diuiſerunt.¶Moraliter loquendo iob ſigni Moralitas.
ficat peccatorē: qui ſcilicet a diabolo per pecca⸗
tum percuſſus : bonis ſuis ſcilicet virtutibus et
gratijs ſpoliatur : et vlceribus malarum condi⸗
tionum et conſuetudinum plenus , in ſterquili⸗
nio i.in immūdicia voluptatis vel in fetore incō
tinētie ſeu infamie moraꝫ Ubi vxor eiꝰ.i.ꝯſciētia
ſua ipſuꝫ remordet ꝛ abhorret:vbi ſerui ſui .i. in⸗
teriores affectus ꝛ exteriores ſenſus q̄ ſibi ſerui⸗
re debuerūt,ſibi non famulātur,ſed contrariāꝫ,
et vbi amici ſui, id eſt ſancti ipſum contennunt ꝛ
arguunt:et vilitatem eius deteſtantur . Statim
enim quando quis bonis ſuis ſpūalibꝰ p diabo⸗
lum fuerit ſpoliatus : reſtat ꝙ de fctis ſuis ami⸗ Tren.1.a
cis ſpūalibus ſit contemptꝰ.Unde Tren. Omnes
amici eius ſpreuerunt eā : ꝛ facti ſunt ei inimici.

Et ideo ponit conſequēter:q3 ſc3 manū ſuā miſit
hoſtis ad oīa deſiderabilia eius. Sed quid? pro
certo; qñq3 fit q̄ iſte Job qui interpretat dolēs.i.
peccator de peccato cōtrit⁹: ſaniē vitiorū teſta.i.
mortis memoria mediāte per cōfeſſionē educit:
et ad pniam ⁊ patientiā ſe cōuertit/dicēs. Idcir-
Job.vlti.a co ipſe me reprehēdo: ⁊ ago pniam. Et tūc deus
bona deperdita.i.virtutes ⁊ gratias: ⁊ hoc qñq3
in duplo maiores q̄ habuerat/ſibi reſtituit: ſe-
ptem filios.i.ſeptē dona ſpūſſancti: tres filias.i.
tres virtutes theologicas ſibi concedit. Et ſic
quilibet amicorū ſuor̄.i.ſanctorū, ad amorē ſuū
B redit: ipſumq3 ſpiritualiter cōſolat: ⁊ bona ſua.
Dañ.4.B i.ſpirituales gratias ſibi diſtribuit et concedit.
Unde dicit. Figura mea reſtituta eſt mihi: ⁊ opti
Aliter. mates me requiſierūt. ¶ Uel ſi vis dic exempla-
riter, q̄ mundi, amici, vxor et ſerui, q̄diu homo
eſt in tribulatione et paupertate, de ipſo nō cu-
rant: imo quādoq3 grauia improperia cōtra eū
iactāt: ſi vero ad proſperitatē redierit, tūc eum
Aliter. conſolant et amant. ¶ Uel dic q̄ tres amici Job
ſunt fides, ſpes ⁊ charitas: vel contritio, confeſ-
ſio et ſatiſfactio, eleemoſyna: ieiuniū et oratio: q̄
ad ipſum cōſolandum veniunt: et finaliter bona
ſpiritualia ſibi diſtribuunt et concedunt.

¶ Moralitatum ſuper Job finis.

## Moralitatum Liber viceſimuſprimus ſuper Eſaiam.

### ¶ Capitulū j. Textus.

Uiſio Eſaie filij amos. Mora. Ca. j.

**E**ſaias de ge-
nere regali ſcdm hebreos:
Tante autē ſanctitatis ex-
titit/ vt ponit Comeſtor: q̄
cū exercitus ſennacherib
hieruſalē obſideret: et iu-
xta aquas ſyloe fixiſſet tē-
toria: ita q̄ piſcina ⁊ hoſti-
D bus ⁊ ciuib⁹ cōmunis eēt:
Eſaias a dño impetrauit orando/et obtinuit qđ
cum hoſtes ad piſcinā veniebant eam ſine aqua
reperiebāt: cū vero ciues ad piſcinā deſcēdebāt,
aquas in abundantia inueniebāt: ita qđ hoſtes
mirabant vnde aquas in ciuitate habebant. In
cuius memoria aque ſyloe adhuc non cōtinue/
ſed certis horis ac interpolatis ebulliunt: ſicut
Moralitas. ait Epiphanius. ¶ Talis fons videt eſſe gloria
paradiſi: q3 iſta eſt que ex oratione Eſaie, id eſt
ex ordinationeq3 dei ſolis ciuibus, id eſt ſolis bo-
nis et iuſtis ſe exhibet: hoſtibus vero et impijs ⁊
peccatoribus ſe ſubtrahit atq3 latet. Iſta eñ eſt
ſm Augu. que nulli negabitur digno. ¶ Uel dic
Aliter. q̄ iſta eſt diuina gratia ⁊ deuotio, que ſolis ciui-
bus et ſanctis hominib⁹ concedit: hoſtibus ve-
ro, id eſt peccatoribus/ qui ſunt de exercitu ſen-
nacherib.i.diaboli: qui hieruſalē, id eſt eccleſiam
quotidie obſidet/ denegat. Mali enim iſtū fontē
inuenerūt valde ſiccum: boni inuenerunt ipſum
opulentū et plenū: quia fons cōpunctionis ⁊ de-
uotionis a malis inuenit aridus: a bonis vero
inuenit dulcis ⁊ ſapidus et amenus: qđ eſt etiam
verū de fonte et gratia cōpaſſionis: vel de fonte
diuine ſcripture, vel cuiuſlibet ſpiritualis recrea
tionis. Unde. Erit fons patēs domui Jacob. Ille
Zach.13.a etiā fons non cōtinue/ſed certis horis erupit: q3
diuina gratia ſm dei occultā ordinationē/ quā-
do vult ſe ſubtrahit atq3 venit: cōpunctio etiā et
deuotio non ſolet cōtinue fluere: ſed interpola
tim certis horis et diuerſis a deo ordinatis/ ſo-
let erumpere ⁊ manare. Unde dicit. Spiritus eñ Joh.3.a
vbi vult ſpirat. Quia ſicut dicit Apl's. Nō eſt vo Rom.9.c
lentis neq3 currentis/ſed dei miſerētis. ¶ Uel dic Aliter.
q̄ talis fons debet eſſe prelatus: quia ſcilicet iſte
debet ſe quātum ad malos exhibere ſiccū/ ſterilē
et auſterū: quātum ad bonos aūt effluentē ⁊ ple
num: ſiccū enim et durū et rigidū debēt eum ho-
ſtes hieruſalē.i.tyrāni eccleſie ſentire: boni vero
qui hieruſalē.i.eccleſie ſunt ciues et amici/ ipm
debēt effluentē ⁊ pium/ liberalē et fluidū inueni-
re. Unde Eccl'ia. Benefac iuſto/ et nō dederis im- Eccl'ia.12.a
pio: quod tamē eſt cōtra multos eccleſiaſticos ⁊
prelatos: qui ſcilicet liberaliores ſunt ad hiſtrio
nes et tyrānos nobiles, qui eccleſie ſunt hoſtes,
q̄ ad bonos ⁊ pauperes: qui ſunt ciues: magiſq3
⁊ affluētius malos promouent: bonis vero ſub-
ditis et pauperibus ſiccos/ auaros et impios ſe
demonſtrāt. Unde dicit. Dilexerūt hoīes magis Joh.3.a
tenebras q̄ lucē. ¶ Uel dic q̄ talis fons eſt iudex Aliter.
vel prelatus, perſonarū acceptor: q̄ ſc3 ſolis ciui
bus, id eſt ſolis nepotib⁹/ notis et familiarib⁹ ſe
liberalē exhibet: hoſtibus vero.i.extraneis qui- B
buſdam ſiccus/ ſterilis et auarus apparet: q3 ſc3
aquas beneficiorū ſuorum temporaliū ſolis illis
cōicat/ quos ſc3 generaliter negat: cum tamē ad
fontē pertineat q̄ ſit patens ⁊ cōmunis oibus.

### ¶ Capitulū. v. Textus.

Cantabo dilecto meo canticū patruelis mei vinee ſue. Moralita. Ca. ij.

**Q**uidam pater
familias plātauit vineam
electam: et ſepi circūdedit
eā: et lapides elegit ex ea:
et edificauit turrim in me-
dio eius: ⁊ torcular extru-
xit in ea: ⁊ expectauit q̄ fa
ceret vuas: et fecit labru-
ſcas. Iſte ergo indignat⁹
contra eam/ incepit totaliter cōminari. Quid eñ
inquit debui facere vinee mee/ et nō feci? Et nunc
oſtēdam vobis quid faciā vinee mee. Auferā ſe-
pem eius/ ⁊ erit in direptionē: diruā maceriā ei⁹,
et erit in cōculcationem: non putabitur: et nō fo-
dietur: et aſcendent ſpine et vepres ſuper eam: et
nubibus mandabo deſuper/ ne ſuper eam pluāt
imbrem. ¶ Chariſſimi ſicut hic ibidē exponitur Moralitas.
vinea dñi ſabaoth domus iſrael eſt, ſcilicet eccle
ſia vel religio: quā ſcilicet in agro huius mundi
plantauit: ſanguine ſuo rigauit: et ſepē angelice
protectionis ei circūdedit: turrem cōtemplatio-
nis in ea cōſtruxit: et torcular paſſionis proprie
in ea fabricauit: lapideſq3, id eſt offendicula ⁊ er- C
rores in ea ſuſtulit et amouit. Uñ Matthei. Ho- Matth.21.d
mo quidā plātauit vineā ⁊ circūdedit ei ſepem: ⁊
fodit in ea torcular: et edificauit turrim: quapro
pter a principio expectauit q̄ hec vinea religio-
nis vel eccleſie/ vuas.i.virtutes et opes bonorū
operū faceret: ⁊ q̄ vino cōſolationis ipm dñm re
crearet: ſed reuera iſta nō videt facere vuas ſed
labruſcas: non opera bona/ ſed vana: non actus
virtuoſos/ ſed poti⁹ inutiles et defectuos. Hier.
Quomodo cōuerſa es in prauū vinea aliena? Et Hiere.2.e
ideo indignatus dñs/ beneficia ſua ab ea ſubtra
xit: ſepem et maceriam diuine protectionis ſub-
mouit: et demonibus et tyrānis eam in direptio-
nem et cōculcationē exponit. Iam enim ſicut ap-
paret ſenſui: iſta vinea p examinationē et diſcuſ-
ſionem non fodit: per correctiones aſſuis, ſuper-
fluitatibus non putatur aut ſcinditur: quinimo
ſpinis temporaliū ſolicitudinū pungitur: et ve-
pribus quarum ſpine ſunt acute et curue et te-

naces,id eſt multa pꝛelatoꝛū et eccleſiaſticoꝛum
rapina et auara tenacitate replet:ꝛ ſic a deo ma=
ledicta ꝛ condēnata eſt. Et ideo de ea videt poſſe
Puer.24.d dici illud Pꝛouer. Per agrū pigri hoīs trāſiui/ꝛ
per vineam viri ſtulti:et ecce totum repleuerant
vꝛtice:et operuerant ſuperficiē eius ſpine:ꝛ ma=
ceria lapidum dirupta erat. Et bꝛeuiter videtur
ꝙ deus mādauit nubibus deſuper,id eſt ſanctis
et angelis ſuis/ne ſuper iſtam pluant:et imbꝛem
ſpiritualiū bonoꝛum et beneficioꝛū infundat:qꝛ
ſcilicet iam videtur dn̄s ipſam dereliquiſſe:et in
ſuis manibus dimiſiſſe:et de eius regimine non
Pſal.105.f curaſſe. Unde dicit Pſal. Abhominatus eſt here=
ditatem ſuam et poſſeſſionē ſuam ſpꝛeuit. ❡Uel
dic moꝛaliter de vinea anime ꝛc. Expone et dic
quod turris eſt contemplatio toꝛcular ꝛc.

## ❡Capitulū vj. Textus.

**In anno quo moꝛtuus eſt rex ozias/vi=
di dn̄m ſedētem. Moꝛalita. Ca. iij.**

Eſaias vidit do
minū ſup ſoliū excelſum ꝛ ele=
uatum:ꝛ ea que ſub ipſo erāt,
replebāt templū:ſeraphin ſta=
bant ſuper illud:ſex ale vni,et
ſex ale alteri:duabus velabāt
pedes eius:ꝛ duabus volabāt
et clamabāt alter ad alterū/ſanctꝰ ſctūs ſctūs,ꝛ
cōmota ſunt ſuperliminaria cardinū a voce cla=
Moꝛalitas. mantis:et impleta eſt domus fumo. ❡Per iſtos
ſeraphin/qui interpꝛetant incēdiū/intelligo vi=
ros ſanctos:qui ſcꝫ charitatē ardent/et alios in
deum eleuant et inflāmant:qꝛ iſti pꝛo certo ſolēt
alis contēplationis de mūdo in paradiſum vo=
lare/ſoliū dn̄i ꝛ maieſtatē circūire:et templū pa=
radiſi mētaliter viſitare:necnō ſctūs ſctūs ſctūs
in honoꝛe trinitatis deo decantare:totāꝗ domū
eccleſie fumo oꝛationis et ſanctarū affectionum
implere:et clamoꝛē diuine laudis et p̄dicationis
alter ad alterū pꝛoclamare:et cardinales eccle=
Amos.9.a ſie.i.alios fideles ad cōtritionē et deuotionē cō=
Eſa.40.b cutere et mouere. Unde. Percutite cardinem,et
moueant ſuperliminaria. Eſa. Clama:quid cla=
mabo?omnis caro fenum. Sed quid? pꝛoculdu=
bio iſte ale cōtemplatiōis iſtoꝛū debēt eſſe ſextu=
plices.i.ſex partes cōtemplationis quas debent
habere fideles/que ſunt amoꝛ feruens/ſpes eri=
gens/deuotio vngēs/oꝛatio ſupplicans/ cōſide
ratio chꝛiſti operū eidē gratias agēs:humilitas
in pꝛopꝛijs meritis.i.de pꝛopꝛijs meritis nō p̄ſu
mens. Iſtarū enim alarum ſeu virtutū due ſunt
que coꝛdis faciē.i.intellectū cōcernunt.ſ.humili
tas et conſideratio chꝛiſti. Iſta enim duo magis
pertinent ad intellectū ſcꝫ pꝛopꝛios defectus co=
gnoſcere ꝛ inde humiliari et conſiderare chꝛiſti
beneficia/et inde regratiari. Item due cōcernūt
pedes.i.affectū:qꝛ ſm̄ Augu. pes meus affectus
meus ſcꝫ amoꝛ et deuotio. Affectio enim amat et
conſiderat:affectio ſe per deuotionē vngit et ri=
gat. Itē duabꝰ alis volare dicunt/ꝛ iſte ſunt ſpes
et oꝛatio:iſte enim vſꝗ ad ſolium patris volāt:ꝛ
2.para.9.c tamē chꝛiſti beneficia ſecū poꝛtant. Ideo de iſtis
ſex alis.i.de iſtis ſex cōtemplationis partibꝰ po=
teſt dici totum illud/ꝙ ſex erāt gradus quibus
Aliter. aſcēdebatur ad ſolium. ❡Uel dic ꝙ ſex ale ſera=
phin/ſunt virtutes hominis iuſti: due ſcilꝫ que
F caput ſeu faciē,id eſt intentionē cōtegunt:vide=
licet iuſticia/vt ſit intentio recta:innocētia/vt ſit
munda. Item ale due:que pedes.i.affectionē cō=
tegunt/ſcilicet temperantia/vt ſit modeſta:ſpes
celeſtiū:vt ſit erecta. Iſte due ſunt quibus debēt
volare:contemplatio/que volat ad celi gaudia:
timoꝛ et conſideratio/que volant ad moꝛtis ſeu
inferni toꝛmenta. Iſte ergo ſunt ale quibus de=
bet volare anima viri iuſti:ſcilicet ala innocētie
volat ad ſeipſum:ala iuſticie volat ad pꝛoximū:
ala temperantie volat ad mundū:ala ſpei volat
ad deum:ala contemplationis volat ad celū:ala
vero timoꝛis volat ad moꝛtē in deum vel in in=
fernum. Bene igitur dicitur de iuſtis. Quod ipſi
aſſumūt pēnas vt aquile ꝛc. Et in Pſal. Quis da= Eſa.40.g
bit mihi pēnas vt colūbe:et volabo ꝛ requieſcā? Pſal.54.b

## ❡Cap. xxxviij. Textus.

**In diebus illis egrotauit Ezechias vſ=
ꝗ ad moꝛtem. Moꝛalita. Ca. iiij.**

Cum rex iſrael
ezechias egrotaret/ pꝛomiſit
dn̄s quindecim annos ſuper=
addere vite ſue:ꝛ vt de ſanita=
te recuperanda certioꝛ fieret:
fecit dn̄s vmbꝛā p decē lineas
retrouerti i hoꝛologio achā.
Sol enim a pꝛogreſſu curſus ſui per decem gra=
dus et lineas retroceſſit:ꝛ ſic vitā regi ſuperad=
didit:vmbꝛa vero retrocedēte/ſol neceſſario re= G
troceſſit. Iſtud autem inter cetera dei opera ma
gnum fuit mirabile:quia ſcilꝫ ſol qui eſt planeta
non retrogradus/cum dei miraculo retroiuit.
❡Igitur allegoꝛice loquēdo/hoꝛologiū quod Allegoꝛia.
cōtinue currit/quouſꝗ veniat ad terminū vbi ca
dat:ſignificat humanā naturā:que ſcilꝫ ſemper
eſt in curſu ꝛ fluxu,quouſꝗ ipſam ſiſtere facit ca
ſus moꝛtis. Un̄ Iob. Conſtituiſti terminos eius Iob.14.b
qui pꝛeteriri non poterunt. Nam ſicut pondera
et menſure hoꝛologiū continue faciunt fluere,et
inceſſanter currere,quouſꝗ ad punctū ꝛ ad ho=
ram ad quā tenſum eſt, peruenire habeat:tunc
vero ſolet diſtendi,et campanarū ſonitus audi=
ri. Sic vero vita humana ſm̄ pondus et menſu=
ram diuine pꝛouidentie,et ſm̄ quod a deo,conti
nue habet fluere quouſꝗ ad hoꝛā moꝛtis valeat
peruenire. Tunc enim hoꝛologiū iſtud per moꝛ=
tem diſtenditur campanarū.i.amicoꝛū ꝛ vicino=
rum fletus et ſonitus audiunt. Unde illud Mat= Mat.2.b
thei. Uox in rama audita eſt/ploꝛatus et vlulatꝰ
multus. Per vmbꝛam etiā iſtius hoꝛologij intel
ligo vitia generis humani:que ſcilicet decem li=
neas habere dicunt:quia per tranſgreſſionē de=
cem mādatoꝛū ab inuicem diſtinguunt: que etiā
vmbꝛa dicunt,pꝛo eo ꝙ mentis intelligentia per
ea obfuſcatur. Pſal. Cooperuit nos vmbꝛa moꝛ Pſal.43.c
tis. Per ſolē intelligit dei filius:qui etiā ſol iuſti Mala.4.a
cie nuncupat. Per decē gradus intelligit decem b
creaturarū rationabiliū ſtatus.i.nouē oꝛdines
angeloꝛū ꝛ humana natura. Per regē vero infir=
mum,intelligo Adam cū ſua poſteritate:qui ſci=
licet rex coꝛpoꝛaliū creaturarū dicit:et qui etiā
diuerſis vitijs infirmat. Unde dicit Pſal. Miſere=
re mei dn̄e:quoniā infirmus ſum. Igitur dico ꝙ Pſal.6.a
rex iuda,id eſt homo dudum diuerſis vitioꝛum
languoꝛibꝰ infirmat:ita ꝙ in hoꝛologio vite hu=
mane vmbꝛa peccati iam pꝛoceſſiſſe decē lineis,
id eſt vſꝗ ad tranſgreſſionē decē mandatoꝛū de=
calogi videbatur:quapꝛopter iam homines po=
terant dicere illud Hiere. Ue vobis:quia declina Hiere.6.a
uit dies,et facte ſunt longioꝛes vmbꝛe veſperi.
Sed pꝛo certo deus pater volens iſtum regē.i.
hominē a peccato ſanare:fecit ſolem.i.filiū ſuū
benedictū ab excellentia ſue deitatis quodāmo=
do retrocedere:et per ſummā humilitatē tranſ=
actis nouem gradibus,id eſt nouem angeloꝛum
oꝛdinibus:ad decimū gradū,id eſt ad humanā
naturā,que etiā in dꝛachma decima figurat,per

Eccl'i.48.d incarnationē deſcendere et venire. Unde illud. Retro rediꝫt ſol: ⁊ addidit vitam regi. Sic ergo factū eſt ꝙ vmbra peccati in horologio vite humane ſimiliter retroceſſit: et vita et ſanitas gratie ipſi regi, id eſt homini applicuit ⁊ ceſſit. Quia pro certo homo tunc temporis eſt, ſanatus/ cum ſol iuſticie chriſtus ad gradū decimū eſt reuerſus: et per beatam incarnationē in hominē eſt cōuerſus. Pſal. Conuertere domine vſqꝫ quo. Et in Geñ. Sol egreſſus eſt ſup terrā: et loth egreſſus eſt ſegor. ¶ Uel dic moraliter ꝙ horologium qđ fluit eſt voluntas: ſol vero qui illuminat/ eſt gratia: quia vere tunc rex iſte, id eſt homo infirmus et languidus per peccata ſanatur: quādo ſol diuine gratie per decem gradus, id eſt per adimpletionem decem mandatorū ad ipſum reuertit: et quādo vmbra ignorantie vel peccati in horologio cordis ſui minuitur ⁊ aufertur: vmbre eñ peccati diminutio/ et ſolis ſeu gratie illuminatio: ⁊ decem graduū. i. decem mandatorū impletio: nihil aliud eſt ꝙ̄ regis anime et affectus curatio ⁊ ſaluatio. Pſal. Domine ſaluum fac regē.

A · Pſal.89. · Geñ.19.e · Aliter. · Pſal.19.f

¶ Moralitatum ſuper Eſaiam finis.

# Liber viceſimuſſecūdus Moralitatum ſuper Hieremiam.

## ¶ Capitu. xiij. Textus.

Hec dicit dñs ad me. Uade et poſſide tibi lumbare. Moralita. Ca. j.

a Hieremie preceptū fuit/ ꝙ lumbare ſuū acciperet et in eufratē abſconderet infra petram. Qui poſt multum tempus ad eufratē rediꝫt/ ⁊ lumbare putrefactū inuenit: ita ꝙ nulli vſui aptum eſſet. Dixit autē ſibi dñs/ ꝙ lumbare domus iſrael erat q̄ ſibi diu adheſerat: quā cum vitiꝫs putrefactā intendebat proiꝫcere: ⁊ de terra propria captiuare. ¶ Illud allega, ꝙ nullus eſt ita adherēs deo per charitatē et ſanctitatem: ſi in euphrate quod interpretatur frugifer, id eſt fructibus diuitiarū et in aquis deliciarum mergatur: quin per vitia putreſcat ita ꝙ ab heſione qua herebat deo, prorſus cadat. Eſa. Quaſi cadauer putridum non habebis conſortium. ¶ Illud quod ſupra dicitur de figulo/ qui ſedēs ſuper rotam faciebat vas: quod cum diſſipatum fuiſſet/ de eodem luto fecit aliud vas prout placuit ſibi. ¶ Cui quidem figulo aſſimilatur deus: qui filios iſrael quos deſtruebat/ et quos finaliter reedificare et conſtruere iterum intendebat: poteſt ad occultam dei predeſtinationem adduci: que ſcilꝫ alios edificat/ ſaluat ⁊ plantat: alios deſtruit et damnat: et quando illum quem ante deſtrui per peccatū promiſerat/ iterū per penitentiam reparat ⁊ reformat: quod etiam temporaliter quādoqꝫ facit: quia illum quem antea depreſſerat/ aliquādo iterum ad proſperitatem reſeruat et reſtaurat. Unde ibidem dicitur: ꝙ ſicut lutū in manu figuli/ ſic vas in manu mea domus iſrael. Ideo bene dicit Aptus. Quod figulus de eadem maſſa facit vas, aliud in honorem ⁊c.

Moralitas. · Eſa.14.e · Ca.xviꝫ.a · Moralitas. · c · Rom.9.c

## ¶ Capi. xxiiij. Textus.

Oſtendit mihi dominus: ⁊ ecce duo calathi. Moralitatum Capi. ij.

Hic caplo. xxiiij. dr/ ꝙ hieremias vidit añ tēplū duos calathos plenos ficub⁹: vnū q̄ hēbat fic⁹ bonas: ali⁹ ꝙ̄ hēbat valde malas/ ita ꝙ ñ poterāt māducari: et dictū eſt ꝙ prime fic⁹ primā captiuitatē filioꝝ iuda deſignabāt: q̄ ſub iecoñia ſe tradiderāt voluntarie: ſecūde vero male/ vltimā captiuitatem illorū qui cū ſedechia per violētiā fuerāt captiui: primi eñ pro magna parte redierūt: vltimi vero in captiuitate perierūt. ¶ Illud allega ꝙ iſti peccatores qui patiēter et volūtarie ſuſtinēt captiuitatē et aduerſitatē quā meruerūt/ et patienter expectāt dñi voluntatē: dicētes illud ſupra. Irā dñi portabo/ qm̄ peccaui ei: dño ſunt accepti. Et ſicut ficus bone in calatho diuine cōprobationis cōſtituti/ faciliter etiā cōſequunt miſericordiā: ⁊ ad proſperitatē et gloriā reducunt. Ecōtra vero illi peccatores peſſimi ſunt/ qui penas habēt immiſſas a deo: non voluntarie, ſed coacte, nō patienter, ſed violenter ferunt: quia ſcilicet tales in ſua captiuitate et aduerſitate obſtinati pereunt, et ad dei miſericordiam non accedunt.

Moralitas · D

## ¶ Capi. xxxv. Textus.

Uerbū quod factum eſt ad hieremiam a domino. Moralitatum Ca. iij.

Rechabite fuerunt quedā familie iudeoꝝ: que quodā artiori ritu viuentes/ quaſdam de mādato patrū cerimonias mirabiles obſeruabāt. Quidā enim dict⁹ rechab/ de cuius ſtirpe pceſſerāt/ hoc ipſis dederat in mādatis: ꝙ ipſi, vxores ⁊ filiꝫ vinū in eternum non biberent/ domos nō edificarēt: ſementē nō ſererent: vineas nō plantarēt: ſed in tabernaculis quādiu viuerēt habitarēt: vt ſic multis dieb⁹ ſuper terrā viuerēt et manerēt. Iſti igitur qui in tabernaculis extra ciuitatē manebant, timentes chaldeos ad hieruſalē refugerūt: vinū oblatū a hieremia refutauerūt: ⁊ ideo mandatum patris ſui ſeruauerunt: tueriqꝫ a nabuchodonoſor et a mortis periculo meruerūt. ¶ In iſtis igit rechabitis videtur habuiſſe exordiū ſtatus et cōditio eremitarū, et primorū monachorū: et ſic videtur dictū illud qđ ſcribit in hiſtoria tripertita: videlicet lib. j. ca. xj. ſm opinionē aliquorū/ ꝙ monachi habuerunt originē a iudeis. ¶ Uel dic myſtice, ꝙ rechabite, q̄ interpretant aſcēdētes vel excelſi: ſed teneri patrib⁹, vel delicie patrū: ſignificant viros religioſos, ⁊ quoſcūqꝫ pfectos/ q̄ ſcilꝫ aſcēdunt per celeſtiū affectionē, excelſi ſunt per vite eminentiā ⁊ perfectionē: ⁊ teneri ſunt patribus, per parentū honorē et ſubuentionē: delicie ſunt patrū. i. ſuperiorū ⁊ platorū dei ⁊ angeloꝝ, p placentē ⁊ ſanctā cōuerſationē. Uñ in prouer. Delicie mee eſſe cū filiꝫs hoim ⁊c. Tales igit patrū ſuorū. i. dei platoꝝ et ſeniorū mādata ſeruare: a vino ſcꝫ i quo eſt luxuria. i. a carnis deliciꝫs abſtinere: a ſemētis ſatione. i. a diuitiarū acquiſitione ſupſedere, ⁊ a domorū edificatione abſtinere. Uineas etiā q̄ inebriāt hoies, id eſt carnales affectiones et adulationes debent euellere, non plantare: ⁊ habitare debēt in tabernaculis: hoc eſt ꝙ peregrinos et hoſpites ſe debēt in hoc ſeculo reputare: dicētes cū apoſtolo. Nō habem⁹ hic ciuitatem manentē: ſed futurā inquirimus. Sic enim diu per gratiā poterūt viuere in ſanctitate ⁊ iuſticia perſiſtere. hieruſalē. i. paradiſum finaliter intrare: et chaldeorū. i. demonum ſeuitiam

Moralitas. · E · Aliter. · prouer.8.d · heb.13.c

non timere. Tales qui terrena contemnūt, a de-
monibus tutiores ſunt, et mundi tribulationes
Pſal.90.a et tentationes cauent facilius et euadunt. Pſal.
Non timebunt a timore nocturno.

## ¶ Capitulū xxxiiij. Textus. Uerbum qđ factū eſt ad hieremiā a domino: quando Nabuchodonoſor. Moralitatū Cap. iiij.

Hic.c.xxxiiij. dicit
F q̄ cū hieremias cōtra hieruſalē
p̄dicaret ⁊ captiuitas imineret: ⁊
tribulatio totum populum con-
turbaret: factū eſt q̄ popul⁹ iu-
da in hieruſalē fec⁹ cū dn̄o pepi
git: et in pacto quilibet ſeruos hebreos dimiſit:
et ad maiorē firmitatem pacti vitulū occiderūt,
⁊ per mediū diuiſerūt: ⁊ inter diuiſiōes vituli trā
ſierūt: verūtn̄ popul⁹ cito poſt a pacto receſſit: ⁊
ſeruos quos dimiſerant, quilibet in ſeruitutem
retraxit. Quapropter ira dei fortius ꝯtra ipſos
inſurrexit: et ipſos cito poſt chaldeis ſuis hoſti-
bus ſubiugauit. ¶ Uitulus occiſus ē xp̄s, i duas
ptes in paſſiōe p ſeparationē corpis ab aīa diui
Moralitas. ſus: p cui⁹ ſcꝫ mediū ptranſit, quando ſua occi-
ſio vel paſſio ad memoriā reuocatur: ⁊ tunc pec-
catum trāſeundo firmatur, quando deo ad ho-
norem et memoriam paſſionis aliq̄d promittit
et pponit. Iſta eſt igitur ṽitas, q̄ quādoq̄ mul-
ti ſunt qui tempore tribulatiōis imminente, et of
ficio predicatiōis ſonitu cōmonēte, ⁊ īfirmitatis
metu purgāte, quādoq̄ de peccatis ſuis timo-
re cōcuſſi penitent: et pactū de non peccādo cum
deo facientes: ſectiōes vituli id eſt paſſiōis chri-
ſti memoriā adhibent: et ſeruos quos iniuſte poſ
ſederāt ſcꝫ peccata propria vel bona aliena: que
non iuſte occupauerāt, dimittunt et reſtituūt et
relaxāt. Un̄ Eſa. Dimitte eos q̄ cōfracti ſunt li-
beros: ⁊ oē lon⁹ dirūpe. Uerūtn̄ ſepe fit q̄ i hoc
nō ſolēt pſeuerare, ſed recidiuādo ⁊ peccando a
B pacto iā facto recedere: ſeruos dimiſſos. i. bona
reſtituta paupcrib⁹: vel ſeruos dimiſſos. i. pctā
Eſa.58.b ꝯfeſſa ſacerdotib⁹ reſumere: ppter qđ irā dei ꝯtra
ſe puocāt: ita q̄ finaliter neceſſe eſt eos tpaliter
⁊ eternaliter deperire. Chaldei em̄. i. demones:
ꝯtra eos finaliter venient: q̄ eos in babylonē. i. in
infernū captiuāt ⁊ detrahūt ⁊ deducūt. Un̄ dr.
Ducti ſunt in captiuitatē ante faciē tribulantis.

## Tren.1.b ¶ Capl'm xxxviij. Textus. Audiuit āt ſaphacias fili⁹ mathaꝫ ⁊ hiedelias fili⁹ phaſſur. Mora. Cap. v.

Uia Hieremias
vera p̄dicabat: et regē principes
et ppl'm hieruſalē captiuādos a
Nabuchodonoſor publice dice-
bat: et ipſos de ſuis criminibus
arguebat: pncipes a rege ipetra-
uerūt q̄ in lacū mitteret: ⁊ ſic in domū helchie i la
D cu in quo nō erat aqua ſed lutū miſſus eſt: ⁊ vſq̄
ad os in luto ſepult⁹, vt ibi ꝯcito moreret. Abde
malech tn̄ quidā ethiops, relaxationē ei⁹ ipetra-
uit: ⁊ ipm̄ ſubductis funib⁹ ⁊ pānis veterib⁹ ⁊ pu
tridis, quos de domo regis ſumpſerat, de lacu ⁊
luto leuauit: ppter qđ ſalutē aīe ⁊ vite ſue de⁹ di
cto ethiopi repmiſit. ¶ Allega iſta q̄ hodie i cu
riis principū et potentū nō eſt q̄ audeat verū di
Moralitas. cere, vitia redarguere, infortunia promulgare:
q̄ principes ſtatim indignantur: et tales veridi-
cos in carcere, vel alias grauare cōtinuo molliūt
Unde dicitur. Oderunt in porta corripientē ⁊ lo Amos.5.e
quētem ⁊c. Et Apoſtol⁹: Inimicus factus ſuꝫ vo
bis vera dicēs. ¶ Uel allega q̄ quādoq̄ inueniū- Gal.4.c
tur ſeculares magis miſericordes q̄ eccleſiaſti- Aliter.
ci. Ethiops vero gentilis pauperem innocentem
de carcere liberat: vbi principuꝫ ⁊ ſacerdotū ma Aliter.
licia ipſum damnat. ¶ Uel dic q̄ hieremias ſigni
ficat chriſtum: quem quia vera predicabat, prin-
cipes ſacerdotuꝫ morti adiudicabant: ⁊ in lacū,
id eſt in ſepulchruꝫ occaſionaliter poſuerūt: ⁊ ſic
nomen eius delere ex hominū memoria credide
runt. Treno. Lapſa eſt in lacū vita mea: poſuerūt
lapidem ſuper me. Ethiops tn̄ id ē gētilitas ipꝫ Tren.3.f
credendo leuauit: et fidem eius reſpiciens et cū
funibus charitatis amplexās, pannos veteres
et putridos. i. memoriaꝫ proprie fragilitatis mi-
niſtrans: ipſum ⁊ ipſi⁹ fidem de luto miſerie ⁊ de
lacu incredulitatis ſaluauit. ¶ Uel dic q̄ hiere-
mias eſt peccator: quē ethiops. i. pauper chriſt⁹
a lacu peccati et auaricie liberauit: quādo pan-
nos putridos. i. mortis et putrefactiōis ſue me- B
moriam ſibi donat: et charitatis funibus ipſuꝫ li Aliter
gat. Ozee. In funiculis adā trahā eos ⁊c. ¶ Uel
illud allegant fratres minores p ſe. Dicunt eniꝫ Ozee.11.b
q̄ hieremias. i. homo de lacu mūdi ⁊ luto auari Aliter.
cie ⁊ periculo mortis eterne extrahitur: quando
ab ethiope. i. a beato Franciſco pānis putridis.
i. humili habitu induitur: ⁊ qn̄ funib⁹. i. chordis
ipſorum cingitur et ligatur. Allega vt ſupra.

## Capl'm q̄dragesimūprimū Text⁹. Et factū eſt in mēſe ſeptimo venit hiſmael fili⁹ nathaniel. Mo. C. vj.

Um Godolias
fuiſſet p̄fect⁹ reliquiis iſrael:
et cū hiſmael ad ipꝫ ſub ſpecie
boni veniens, ipſuꝫ occidiſſet:
factū eſt q̄ octoginta viri raſi
barbā, ſciſſis veſtib⁹, et ſqualē
tes in hierl'ꝫ veniebāt: ⁊ in ma
nib⁹ munera et thura habebant: vt ſcꝫ godolie *
munera offerrēt ⁊ thura in domo dn̄i incenderēt
et orarēt. Iſtis igit̄ p̄dictus hiſmael pditor ſeu
traditor obuiā venit: ⁊ incedēs et plorans, ipſos
ſub ſpecie boni recepit, et ſtatim eos interfecit: ⁊
cadauera eorum in lacū proiecit. Dicitur tamen
ibi q̄ inter eos decē viri fuerunt, q̄ dicerent ſe in
agro theſaurū hordei frumēti ⁊ olei ⁊ mellis ha
bere: qđ ſe ſibi pmiſere daturos, ſi ſuis parceret
aiabus. Quod factū eſt. Iſtis em̄ ſolis pepercit:
alios vero occidit: ⁊ etiā oēs reliq̄as captiuauit. Moralitas.
¶ Dic q̄ hiſmael iſte eſt diabol⁹: q̄ pro certo ſub
ſpecie fletus. i. ſub ſpecie boni et pietatis ad ho-
mines intrat: et eos p diuerſa peccata interficit
atq̄ necat: maxime aūt qn̄ inuenit hoies q̄ ſunt
raſi barba. i. imbecilles et effeminati, ſqualentes
vultu. i. cōuerſatione difformes et denigrati: ſciſ
ſis veſtib⁹. i. cūctis virtutibus exuti ⁊ denudati:
videlꝫ q̄ iſti godolie. i. mundi principib⁹ ſtudēt
placere, et munera portare: ⁊ thura. i. adulatio-
nes deferre. Tales prius ſpūal'r interficit: ⁊ eoꝶ
cadauera. i. eoꝶ ferentes aīas i lacū inferni pii-
cit et immittit. Eſa. Cōgregabunt congregatiōe
vnius faſcis in lacū: et claudentur ibi in carcerē:
et poſt multos dies viſitabūtur. Et erubeſcet lu-
na: et confundetur ſol cum regnauerit dominus Eſa.24.d
⁊c. Ueruntamen quandoq̄ inter ipſos peccato-
res inueniuntur decem homines, id eſt aliqui vi-
ri decem legis mandata ſeruantes: qui ſcilicet i
agro cordis ſui, hunc theſaurum virtutum ⁊ me
ritorum abſconſum, ſcꝫ frumētum de quo fit pa-

nis,id eſt diuine ſciētie vtilitas:hordeum/palea
tectum,hoc eſt ſeipſum abſcondens humilitas:
oleū qđ eſt lenitiuū/hoc eſt cōpaſſionis benigni-
tas:vel mel qđ eſt guſtui ſapidum/hoc eſt deuo-
G tionis ſuauitas. Iſta enim ſi quis habuerit/ab
hiſmael diabolo non ledet:ſed de manibus eius
preſeruabitur et tolletur.Unde in Apoca. Bili-
Apoc.6.b bris tritici denario vno/et tres bilibres hordei
denario vno:et vinū et oleū nō leſeris.¶Uel dic
Aliter. ꝙ iſte hiſmael ſignificat malos ballinos et iudi-
ces,qui pro certo ſqualentes et pauperes rapi-
nis et vexationibus interficiunt. Illis vero qui
habent theſaurū in agro.i.diuitibus et munera
promittētibus parcunt.Unde dicit. Pepercerūt
1.Reg.15.d pinguioribus amalech:quicquid vero vile ꝛ re-
probum fuit/demoliti ſunt. ¶Uel allega contra
Aliter. proditores et latrones et homicidas:qui fingūt
ſe flere vt poſſint hominem decipere et ledere.

## ¶Cap'm xlij. Textus.

**Et acceſſerunt omnes principes bella-
torum et iohannan filius caree. Mora-
litatum Capitulum vij.**

IAm reliquie
iſrael idolatrie ſe dediſ-
ſent contra voluntatē atq̧
cōſiliū hieremie et chriſti:
ſtatim incepit eos hiere-
mias redarguere:ꝛ aduē-
tū nabuchodonoſor, egy-
ptiq̧ deſtructionē et eorū
captionē et occiſionē pre-
dicere:ꝛ cōtra eos ſeueriter prophetare:ꝓpter
qđ vt dicit Comeſtor/contra ipſum cōmoti fue-
runt:et eum lapidibus obruerunt : egyptij vero
ipſum prophetā honorantes/cum in ſepulchris
regū ſepelierūt.¶Iſtud allega ad duo exempla
Moralitas. riter.Primo ꝙ nō amat peſtilens eum qui ſe cor-
ripit:quinimo ſi quis cōtra impios veritatē lo-
quitur/et ab ipſis protinus impugnat. Unde in
Prouer.15.b Prouer.Qui arguit deriſorem/ſibi iniuriā facit.
prouer.9.b ¶Secūdo illud allega,ꝙ quādoq̧ extranei ma-
Aliter. gis cōpatiunt homini ꝙ̄ propinqui,ſeculares
ꝙ̄ religioſi:quia ſcʒ ipm egyptij ſepelierūt:ꝛ ſui
eum occiderūt.Mat.Inimici hominis domeſtici
Mat.10.d eius.Epiphanius dicit:ꝙ cum hieremias eſſet in
Epiphanius. egypto/oratione ſua aſpides et crocodilos fu-
gauit:a quibus antea egyptus infeſtabat:quin-
imo etiā ſm ꝙ tradunt hebrei,de puluere eiuſdē
loci adhuc crocodili fugantur:et aſpidum per-
cuſſura ſanatur.Et dicit idē Epiphanius ſe au-
diſſe a viris ſenioribus,qui ex ſeruorū antigoni
ꝛ ptolomei ſtirpe deſcēderant:ꝙ alexander ma-
cedo ad tumulum prophete veniens,et loci my-
ſterium cognoſcēs,ipſum in alexandriā trāſtu-
lit,et glorioſe eum ſepeliuit:ꝛ extunc aſpidum ꝛ
crocodilorum,qui prius ciuitatē infeſtabāt, ra-
bies aufugit et ceſſauit.¶Iſtud allega,ꝙ cū ita
Moralitas. ſit ꝙ hieremias qui interpretat excelſus dño,id
eſt viri ſancti ad deum eleuati:vel etiam chriſtus
dudum a iudeis occiſus : venenoſa animalia, id
G eſt demones et vitia ſua oratione fugauerunt,ꝛ
ſuperauerūt dum viuebāt:vtile eſt ꝙ puluerem
ſepulture ſue.i.memoriā mortis ipſorum ſuma-
mus:ꝛ eorū auxilio cōtra ſerpentes huiuſmodi
triūphemus.Alexāder enim,id eſt homo qui vi-
det ciuitatē cordis ſui,a talibus venenoſis ani-
malibus,id eſt a vitijs et demonibꝰ infeſtari:de-
bet iſtum,id eſt chriſtū mortuū,vel quēlibet virū
ſanctū ibidē per deuotionē transferre,ꝛ eum ibi
per iugem memoriā ſepelire:et ſic proculdubio
poterit iſtorū ſerpentiū impetū precauere.Mat.
Inuoluit corpus in ſindone munda et poſuit il- Mat.27.g
lud in monumento ſuo.Epiphanius idē dicit:ꝙ
hieremias dum eſſet in egypto dedit ſignum ſa-
cerdotibꝰ idolorū:ꝙ quādo virgo pareret,ido-
la eorū corruerent:propter quod idem ſacerdo
tis imaginē virginis in gremio baiulantis,ima-
ginem pueri ſtatuētes,in ſecreto templi abdito
adorabant.De quo cū Ptolomeus rex ipſos in-
terrogaſſet,dixerūt:hoc eſſe traditum prophete
et eis myſteriū:et ꝙ ita credebāt in rebus eſſe fu-
turum.Iſtud autē dicitur eſſe completū, quādo
ioſeph et maria cum puero in egyptū fugerunt:
quia tūc (ſicut dicūt hiſtorie) omnia egypti ido-
la corruerūt.Eſa.Dñs ingredietur egyptum,et Eſa.19.a
corruēt omnia idola eius.Iſte etiā (vt aſt)dedit
ſignū,ꝙ quādo omnes gentes adorabūt lignū,
tunc dñs veniet ad iudiciū. ¶Si vis iſta allega F
vel de incarnatione,vel de cruce:vel ꝙ ante iudi
ciū totus mundus debet chriſto credere:ꝛ lignū,
id eſt fidem crucis et crucifixi tenere.

¶Moralitatum ſuper hieremiam finis.

# Liber viceſimuſter-tius Moralitatum ſuper Ezechielem.

## ¶Capitulū j. Textus.

**Et factū eſt i triceſimo anno/id eſt quar
to in quinta menſis. Mora. Ca. j.**

EZechiel vidit
quatuor animalia mirabi-
lis conditionis:ſicut poni
tur Ezechielis primo : et
quodlibet iſtorū habebat
quatuor facies.i.quatuor
partes protenſas,ſcilicet
faciē hois a parte priori:
faciem aquile a parte ſu-
periori:faciem leonis a dextris:faciē bouis a ſi-
niſtris:habebāt etiam quatuor alas:quarū due
inuicē iungebant:et corpora eorū duabus alis
tegebant:et pēne vnius ad pēnas alterius erant
iuncte:et ſub pennis manus hominis ponebant:
pedes autem ad ſimilitudinē vituli habebant:ꝛ
pedes eorum recti erāt:aſpectus eorū ad ſimili-
tudinē carbonū ignis ardentiū rutilabant:ſcin- G
tille ꝛ fulgura de medio aialiū prorumpebant:ꝛ
ſic patet ꝙ iſta aialia habebant facies,alas/ma-
nus et pedes/et oia quadruplicia : qr habebant
quatuor facies/quatuor alas/quatuor manus,
quatuor pedes.¶Iſtam viſionem exponit Gre-
gorius de quatuor euangeliſtis : ſed ad preſens Moralitas.
nos eam exponamus de oibus iuſtis.Dico igit
ꝙ viri iuſti et eccleſiaſtici/qui in quatuor parti-
bus mūdi ſunt poſiti:in iſtis quatuor animalibꝰ
deſignari poſſunt:qui ꝓ tanto aialia dicunt, qr
vita gratie animant.Iſti quatuor facies.i.qua-
tuor virtutes cardinales ꝑ quas cognoſcunt/a
deo habebāt:in quātū ſcʒ temperantiā que eſt fa-
cies hois/iuſticiā que eſt facies leonis/fortitu-
dinē q̄ eſt facies bouis/prudentiā que eſt facies
aq̄le/virtualiter habebant.Homo eñ q̇ refrenat
et temperat appetitū/ſignificat tēperantiā. Leo
qui eſt rex animaliū/et diſcernit inter leſum ꝛ pa-
cientes,ipſoſq̧ ſm ꝙ magis et minus leſerūt/
punit,ſignificat iuſticiā. Bos vero q̄ eſt animal
forte et patiens laborū,ſignificat fortitudinē et
cōſtantiā.Aquila vero que viſum habet clariſſi-
mum,ſignificat prudentiā. Ulterius quantū ad
ſe habet faciē leonis,id eſt iuſticiā ad dexteram

q̄tū ad ſtatū ꝓſperitatis: faciē leonis.i.tēperan
tiā: faciē bouis ad ſiniſtrā.i.fortudinē q̄tum ad
B ſtatum aduerſitatis: faciē aquile.i.prudētiā de-
Eze.10.d ſuper q̄tū ad ſtatū ſuperioritatis. Ezech. Intel-
lexi ꝙ cherubin eſſet, ⁊ quatuor vultus vni. Itē
iſti debent habere quatuor alas.i. quatuor bo-
nas affectiones quibus poſſunt ad ſuperiora et
futura volare. Ala enim gaudij volat ad meri-
ta. Ala doloris volat ad peccata. Ala timoris vo
lat ad infernū. Ala ſpei volat ad paradiſum: q꞉
gaudium de bono, dolor de malo, timor de ſup-
plicio, ſpes de premio, ſunt quatuor ale iuſtorū,
quibus volant ad ſalutē. Unde dicit̄. Alas habe-
Dan.7.b bat quaſi auis quatuor ſuꝑ ſe. De iſtis aūt alis
verū eſt, ꝙ vna cū faciebꝰ deſuꝑ extēdit̄, inq̄tū.ſ.
iuſtorum virtutes ⁊ affectiones bone ſurſum in
deum referunt̄: ⁊ ipſas deſuꝑ datas fatent̄: dicē-
tes illud Iaco. Omne datum optimū, ⁊ omne do
Iac.1.a num perfectū deſurſum eſt, deſcendens a patre
luminū. Alterius aūt ad alterum dicuntur iūcte:
q̄tū ſcꝫ ipſe affectiones iuſtorū inter ſe charita-
te ligantur, inm̄ ꝙ dolor, gaudium, ſpes, timor
vnius gaudium ⁊ dolorem alterius congauden
do, ⁊ ſpem ⁊ timorē condolendo tangere videan
Exo.25.b tur. Exod. Ubi de cherubin dicitur: ꝙ extēſe erāt
ale eorum alterius ad alterum. Aduerte etiā, ꝙ
de iſtis affectionibꝰ due ſunt de preſenti.ſ. gau-
diū ⁊ dolor: ⁊ due ſunt de futuro.ſ. ſpes ⁊ timor:
⁊ ideo benedicit̄, ꝙ due ale extēdebantur, ſupple
ad futurorum conſiderationem, ſcꝫ ſpes ad pa-
radiſum, timor ad infernum. Due vero ale corpꝰ
tegebāt.ſ. gaudium et dolor, quantū ad p̄ſentiū
⁊ propinquorū meditationem. Corpꝰ eīn tegere
reſpicit preſens tps: alas ꝟo extendere ad futu
A rū. Eſa. Duabus alis tegebant corpa ſua ⁊c. Si
Eſa.6.a aūt vis dilatare: oſtēde quomodo quelibet ala.i.
quelibet affectio ex pluribus ꝯſtat pennis ⁊c. Sꝫ
ꝓcuidubio manꝰ humane ſub alis eſſe dicunt̄: q꞉
opera rōnalia que per manus hominis notātur
alas affectionū iuſtoꝝ ſemꝑ cōcomitare debent.
Non eīn ſufficit velle, niſi aſſit ⁊ perficere: ⁊ parū
valet affectio, niſi cū poſſibile eſt, aſſit manualis
operatio. Apl's. Opatur in nobis velle ⁊ ꝑficere.
Iſta enim manꝰ ſeu operatio debet eſſe quadru
Phil.2.b plex: q꞉ quantū ad ſe exercere opa penitētie de-
bet, quantum ad bonos, opera beneficentie:
q̄tū ad malos, opera iuſtitie: q̄tū ad deū opera
honoris ⁊ reuerentie. Ezech. Manꝰ hois ſub pen
Eze.1.b. nis eorū. Item pedes ipſorū aīalium erant recti:
ad denotandū ꝙ intentio et finis iuſtoꝝ qui per
pedes qui ſunt fines corporū, intelligit̄: vitulina
i. ſimplex ⁊ recta eſſe tenet̄. Pedes etiā iſti ſunt
quadruplices, inq̄tū.ſ. intentio debet hr̄e qua-
tuor conditiones vt.ſ. ſit ſancta, ſine iniquitate:
ſimplex ſine duplicitate: recta, ſine varietate: cō
Eze.1.d tinua, ſine diffidētie inſtabilitate. Ezech. Per qua
tuor partes euntes ibant. Aſpectus etiam eorū
i. cōuerſatio debet more carbonum per charita-
tem ardere, ⁊ per doctrinā ꝓximi ſcintillare: et ꝑ
bona exēpla in alioꝝ oculis fulgurare: ⁊ ſic ſcin-
tille ⁊ fulgura videbunt̄ de medio iſtoꝝ aīalium
emanare. Apocalip. De throno exibant fulgura
Apoca.4.b voces ⁊ tonitrua. ¶ Uel dic ꝙ facies q̄ continet o-
Aliter. mnes ſenſus, ſignificat diſcretionem: ale que vo
B lant ſignificāt contemplationem: manus que la
borant ſignificant operationem: pedes qui cor
pus portant, ſignificant affectionem: aſpectus.i.
habitus, quem oēs conſiderant, ſignificat cōuer
ſationem. Dico igitur, ꝙ facies diſcretionis viri
iuſti debet eſſe quadruplex: q꞉ qn̄qꝫ debet eſſe hu
mana, dulciter alijs indulgendo, et benigniter
ſe habendo: quandoqꝫ leonina, ſeueriter malos
puniendo, et iuſtitiam faciendo: quandoqꝫ boui
na, tarde ⁊ mature procedendo: ſolide et fortiter
in vno propoſito bono permanendo: quandoqꝫ
aquilina, clare et ſubtiliter conſiderando: ⁊ ſur
ſum ad deum per affectionem volando. Capita Dan.7.b
quatuor erant in beſtia. Similiter ale ſue contē
plationis debēt eſſe quatuor, q꞉ debet contēpla
ri ⁊ conſiderare primo ſe quantū ad vilē natiui-
tatē, vitā miſerā, mortē aſperrimā. Scdo mundū
q̄ ſit fallax, q̄ trāſitorius, q̄ laborioſus. Tertio
infernū q̄.ſ. durꝰ durabilis ⁊ periculoſus. Quar
to paradiſum, q̄ ſit amenus, perpetuꝰ ⁊ gaudio-
ſus. Allega vt ſupra. ¶ Itē dico ꝙ iſti debent ha
bere quatuor manꝰ.i. quatuor partes bone ope
rationis.ſ. penitentiā, beneficium, iuſtitiā ⁊ pru
dentiam ⁊c. vt ſupra. Item quatuor pedes bone
affectionis.ſ. gaudium de bono facto, dolorē de
malo commiſſo, timorem de ſupplicio inferni, ſpē
de gaudio paradiſi. Item pedes debent eſſe vitu
lini ⁊ recti per ſimplicitatē ⁊ rectitudinem inten
tionis. Debent etiam iſta animalia habere aſpe
ctum ſplendentis cōuerſatiōis: que emittit ſcin C
tillas charitatis et dilectionis etiā ſi ſit neceſſe,
fulgura aſpere correctionis. Ps. Fulgura coru- Ps.143.b
ſcationum ⁊c. Et ſi vis dilata ꝙ iſte aſpectꝰ erat
ad ſimilitudinem lampadarum: ⁊ dic de lampade
ſicut ſupra lib.xiij.ca.xxvj.⁊.liiij. ¶ Uel dic ꝙ ta- Aliter.
le animal fuit chriſtus, qui habuit faciē humanā
quādo fuit incarnatꝰ: bouinā qn̄ per mortē fuit
immolatꝰ: leoninā qn̄ reſurrexit: aquilinā quan
do aſcendit: qui etiā habet quatuor alas.i. qua
tuor glorificati corporis dotes habuit: ⁊ ſcintil-
las bone doctrine, ⁊ fulgura bonorum exemplo
rum emiſit. Et tunc more carbonū per iuſtitie ri-
gorem ardebit, qn̄ ſeculū iudicabit: q꞉ tunc ſcꝫm Ps.119.a
Pſal. erunt ſagitte potētis acute. ¶ Uel ſi vis dic Aliter.
in malo, ꝙ animal quatuor facierū ſignificat ho-
mines varios ⁊ peruerſos ⁊c. vide ſupra de par
do: vbi inuenies moralizatum contra auaros. Aliter.
¶ Uel dic ꝙ mali qui habent quatuor facies in-
quantū facies ſue exterioris apparentie, in con-
ditiones quatuor variatur, q꞉ aliquando eſt hu
mana per fictam benignitatem: aliquando leoni
na per apertam crudelitatē: aliqn̄ bouina per ſi-
mulatam ruditatem: aliqn̄ aquilina per elatam
pompoſitatē. Ezech. Apparuit rota vna ſuꝑ ter- Ezec.1.d.
rā, habens quatuor facies. Item iſti habent qua-
tuor alas ſuperbie, inquantum iſti videntur ſu-
perbire de quatuor.ſ. de diuitijs, ſcientijs, eminē D
tijs, ⁊ de corporalibus gratijs. Dan. Alas habe- Dan.7.b
bat quatuor ſuper ſe. zacha. Uidi, ⁊ ecce quatuor zacha.1.d
cornua. Itē quatuor habent manus inquantum
ipſi habēt quadruplicē malam operationē.ſ. ope
ra ſuperba contra deū: luxurioſa quantū ad ſe:
ingrata q̄tum ad amicos: crudelia et iniurioſa
q̄tū ad inimicos. zacha. Oſtendit mihi dominus zacha.1.d
quatuor fabros, idelt quatuor malos operarios
ſcꝫ ſuperbos, luxurioſos, igratos, ⁊ iniurioſos.
Item iſti habent quatuor pedes.i. quatuor ma-
las affectiones.ſ. gaudiū ⁊ inanem leticiam, dolo
rem ⁊ inuidiam, triſtitiā, timorem deſperationis
⁊ ſpem fatue preſumptionis. Habent igitur gau-
dium de mundi proſperis: dolorē de mundi aſpe
ris: ſpem de maiori eminentia conſequenda. Di-
citur ꝙ iſti quatuor pedes affectiōis ſunt recti:
quia flecti nequeunt ad pietatem: ſunt vitulini:
q꞉ ſemper habent admixtam aliquam laſciuiā et Tren.1.c
carnalitatē. Tren. Sordes eius in pedibus eiꝰ. Aliter.
¶ Uel dic ꝙ pedes iſtorum ſignificant quatuor
iſtorum malas occupatiōes.i. auariciā, qua cur
runt ad diuitias: carnis cōcupiſcentiā, qua cur-
runt ad delicias: ambitionem, qua currunt ad
eminentias: iracundiā, qua currūt ad vindictas
vel ſeuitias. Ezech. Per quatuor partes euntes Ezech.1.d
ibant. Aſpectus eīn illorū.i. cōuerſatio ſcintillat
per exempla mala: ⁊ coruſcat ꝑ ſuꝑflua orn-mē-

Pſ.96.a ta.pſ.Illuxerūt coruſcatiões tue orbi terre ⁊c.
Aliter. ¶Uel dic ꝙ tale animal eſt mulier:que circa fa‑
tuos iuuenes quadruplici facie ſolet vti.ſ.in pn
cipio humana attrahendo:tandem leonina forti
E ter cōtradicendo:tandem bouina diſſimulando
ſe pungi ⁊ rogari ſe permittendo:tandem aquili
Aliter na ad cuncta eorum beneplacita volādo.¶Uel
dic ꝙ tale animal ſignificat eccleſiam:que ꝗtum
ad ſui progreſſionem quatuor habuit facies ſeu
partes.Prima fuit humana.i.ſimplex,pauper et
nuda in apoſtolis.Scda fuit leonina:ferox ⁊ au
dax,⁊ firma in martyribus,Tertia fuit bouina.
i.labori penitentie aſſueta in cōfeſſoribus.Quar
ta nunc eſt aquilina,clare videns per ſcientiam
Aliter ⁊ fidem inſtructa in doctoribus.¶Uel dic expo‑
nēdo de quatuor euangeliſtis,ſicut exponit Gre
gorius in homilia prima ſuper Ezechielem.Q;
ſcʒ quatuor aīalia ante thronum filij hoīs qua‑
tuor euāgeliſtas deſignāt.Facies hominis Mat
theum:q̄ pre ceteris loquit̄ de chriſti humana ge
neratione.Facies leonis Marcum:qui loquitur
de chriſti reſurrectione:q; ſcʒ leo ſuſcitat catulū
mortuum rugiendo.Facies bouis Lucam qui p̄
ceteris loquitur de morte chriſti ⁊ immolatione.
Facies aquile Johannem:qui pre ceteris loquit̄
de chriſti alta deitate ⁊ aſcenſione ⁊c.Per omnia
vide Gregorium vbi ſupra.¶Uel dic ꝙ homo eſt
Aliter rex animalium,leo ferarum,bos iumentorum,
aquila auium.Iſta ergo quatuor animalia circa
thronum chriſti fuiſſe deſcribūtur,vt per hoc ipe
Apo.19.c rex regum ⁊ dn̄s dominantium fuiſſe intelligat̄.
F Habebat in femore ſuo ſcriptum rex regū.Illud
quod exponitur ſupra in principio.Ecce ventus
turbinis veniebat ab aquilone nubes magna et
ignis inuoluens:poteſt exponi contra diuites ma
los:qui ſcʒ ſunt ventus ꝓpter vanitatem:turbo
propter violentam rapacitatem:ab aquilone ve
nientes propter operis frigus ⁊ tepiditatem:nu
bes propter ignorātie obſcuritatem:magna pro
pter proſperitatem ⁊ rerum facultatem:ignis ꝓ‑
pter crudelitatem:inuoluens propter acquiren
di inſatiabilitatem ⁊c.¶Uel expone de ſpūſctō:q̄
Ezech.1.c eſt ignis,nubes ⁊ ventus ⁊c.¶Animalia ſancta
ſicut ponitur Ezech.Ibant,et vbi erat ſpiritus
impetus,illuc gradiebant̄:⁊ vnūquodq; an̄ fa‑
ciem ſuā ambulabat:⁊ nō reuertebant̄ cū ambu‑
larent:⁊ hec erat ſimilitudo animalium:⁊ aſpe‑
ctus eorum quaſi carbonum,⁊ quaſi aſpectꝰ lā‑
padaꝝ:⁊ hec erat viſio in medio animalium:ſplē
dor ignis ⁊ de igne fulgor egrediēs.¶Sic vere
facient ſancti viri:quia vbicūq; impetus ⁊ motus
⁊ inſpiratio ſpiritusſancti ipſos ſ moverit,cōtinuo
ibunt:⁊ illud quod ſuggeſſerit,debent ſine cōtra
dictione complere.Cuius tamen contrarium fa‑
Act.7.f ciunt illi qui bonis ſpiritus cogitationibus ⁊ in‑
ſpirationibus non obediunt,ſed reſiſtunt.Unde
dicit̄.Dura ceruice ⁊ incircūciſi cordibꝰ:vos ſem
p ſpūiſctō reſtitiſtis.Unuſquiſq; iſtoꝝ ante faciē
ſuam ambulat inq̄rēs de bonis eternis q̄ an̄ nos
ſunt cogitat,ad ipſa per opera bona,affectus et
deſideria graditur ⁊ aſpirat:tpalia que poſt nos
Phil.3.c remanent nec reſpicit nec affectat.Apoſtolꝰ.Que
retro ſunt obliuiſcens:ad ea vero que ante ſunt,
B extendēs meipſum deſtinatum pſequor ad bra‑
uium.Item cum ambulant,non reuerti dicunt̄,
q; ſcʒ q̄libet vir iuſtus.i.in via morū quā icepit,⁊
in bono ꝓpoſito nunq̄ precidiuationē vel apo‑
Job.16.d ſtaſiā vel negligentiā deſiſtit a bono ope ſiue ceſ‑
ſat.Un̄ Job.Semitā p quā reuertar ambulo.Itē
ſilitudo ⁊ aſpectꝰ ideſt conuerſatio,dʒ eſſe quaſi
aſpectꝰ carbonum ardētium:ignis per feruidā
charitatem:⁊ quaſi aſpectꝰ lāpadarū p lucidam
honeſtatē:⁊ de medio taliū dʒ egredi ignis boni
amoris:a quo etiā exire debet fulgur iuſti rigo‑
ris.¶Uel ſi vis per animalia intelllige malos:vt Aliter
ſupra expoſitum eſt capitulo precedenti:qui non
ſecundum rationem,ſed ſm ipetū ſpūs ſui ⁊ volū
tatis ſue gradiunt̄ ante faciem ſuam:ſcʒ ad mūdi
bona que habent ante ſe per deſideria deferunt̄:
nunq̄ aūt p penitentiaʒ a ſuo malo itinere,reuer
tunt̄:ſed more carbonum ⁊ lampadarum p aua‑
riciā,inflammant̄:iō in medio taliū,ignis.i.auari
balliui ⁊ famuli conuerſantur:a quibus procul‑
dubio fulgur rapine contra ſubditos egreditur
⁊ graſſatur.¶Poſtq̄ Ezechiel fecit mentionē de Eodē.c.d
quatuor ſanctis animalibus:ipſe dicit ꝙ iuxta
animalia apparuit rota vna ſuper terrā habēs
quatuor facies:hoc eſt dictu,ꝙ quatuor erant
rote ſimul iūcte:⁊ ecce rota vna in medio rote:⁊
totū corpꝰ rotarū erat plenū oculis:⁊ erat vna ſi
militudo omnium quatuor:⁊ facies ⁊ aſpectus
rotarum:⁊ opus erat viſio maris:ſtatura quoq;
⁊ altitudo erat in rotis,⁊ aſpectus horribilis p
quatuor partes ibant euntes:⁊ non reuerteban
tur cuʒ incederēt:⁊ ad quencūq; locū declinabāt
que prima erāt,ſequebant̄ ⁊ cetere.Cumq; ambu
labant animalia,ambulabāt pariter ⁊ rote iux‑
ta ea:cū euntibꝰ ibant,cū ſtātibꝰ ſtabant:⁊ cū ele
uatis a terra pariter eleuabant̄:ſpūs autem vite
erat in rotis.Quocūq; ibat ſpūs illuc ⁊ rote ele‑
uabant̄ ſequentes eum.¶Per rotas iſtas poſſu‑ Moralitas
mus intelligere bonos ſubditos,⁊ maxime reli‑
gioſos vel clericos:ſicut p animalia intelligimus
prelatos.Boni enim ſubditi rote dicuntur:ꝓ eo
ꝙ volubiles ⁊ mobiles per obedientiam eſſe dino
ſcuntur.Ezech.Rotas ipſas preſente me vocauit Eze.10.a
volubiles.Iſte igitur debent eſſe quatuor vel ha
bere quatuor facies,propter virtutum cardina‑
lium quaternitatem.Quilibet enim quatuor eſſe
dicitur,qui quatuor virtutibꝰ inſignit̄:vt pote,
q; dicit̄ tēperatꝰ,iuſtꝰ,fortis ⁊ prudēs.Unꝰ etiā
dicitur in medio alterius p intimā charitatem:
q; quilibet dʒ habere aliū in medio ſui cordis p
memoriam,compaſſionem,charitatē ⁊ vnitatem.
Rota enim in medio ponit̄:quando p memoriam
⁊ amorē alter in medio.i.in corde alterius ſtabi‑ Pū.18.c.
litur ſicut dicit̄ in Prouer.Frater qui adiuuat̄ a Gal.6.a
fratre tanq̄ ciuitas firma.Et Apoſtolus.Alter
alterius onera portate ⁊c.Acſi dicat ſic.Alter in
medio alterius.Rota tamen iſta ſuper terrā ap‑
parere dicitur,q; quilibet vir iuſtus ſup terrā.i.
ſuper terrena p ipſorū contēptū eſſe tenet̄.Eccl'a
Tu ſuper terram.Dico igitur ꝙ iſte rote ſcʒ bo‑ A
ni religioſi vel ſubditi debēt apparere ſuper ter‑ Eccl'e.5.a
rā:contemnendo ⁊ ſpernēdo terrenā pſperitatē.
debent eſſe iuxta ſancta animalia.ſ.frequentādo
ſocietatē.Debet eſſe quatuor facieꝝ:continendo
quadruplicē virtutū cardinaliū quaternitatem.
Debet eē vnus in medio alterius per mutuā dile
ctionē ⁊ charitatem.Debet etiam eſſe in eis vna
ſimilitudo p cōmunem victus ⁊ habitus parita‑
tem,⁊ per mutuam morum cōformitatem:vt ſic
alter poſſet dicere alteri illud Eſa.noſtri ſimilis Eſa.14.c
es effectus.Aſpectus eoruʒ dʒ eſſe quaſi viſio ma
ris per contritionis amaritudinem,⁊ p pnie aſpe
ritatē.Debet etiā in eis eſſe ſtatura per cōſtantie
firmitatē,altitudo p mētis ſublimitatē:⁊ aſpectꝰ
horribilis per ſqualoris abſtinentie hiſpidam Pſ.75.b
difformitatē.Pſ.Terribilis es:⁊ quis reſiſtit ti‑ Job.4.c
bi?Job.Inhorruerunt pili carnis mee.Item iſti
debent ire in quatuor bonas affectiones,vt ſcʒ p
gaudium de bono,⁊ dolorem de malo:timorem
de ſuppplicio:ſpem de premio ad bona opera am
bulent ⁊ incedant.Reuerti etiam non debent cū
ambulauerint:quia nunq̄ debēt deſiſtere vel re‑
trocedere a bono quod inceperunt:quia dicitur
Nemo mittens manum ſuam ad aratrum ⁊ re‑ Luc.9.g
troſpiciens:aptus eſt regno dei.Item tales ple‑

b ni oculis eſſe dicuntur: qr viri iuſti oculis diſcre
tiõis ⁊ circũſpectionis illuminati eſſe tenent: vt
ſic videant ⁊ cõſiderẽt quicq̃d ad ſalutẽ ptinere
Apo.4.c videat. Apoc. Plena erant oculis ante et retro.
Ezec. 10. d. Unde Ezech. d:. Qđ rotarũ corpus, colla, manꝰ
⁊ penne et circuli plena erant oculis, ad ſimilitu-
dinem caude pauonis: ad denotandũ ꝙ iſti boni
religioſi ⁊ ſubditi debẽt habere pennas contem-
plationis: manus bone operationis: collum gu-
ſtatiue deuotionis: ⁊ oculos diſcretionis: ⁊ ſimi-
litudinem caude pauonis. i. picturam bone con-
uerſationis. Et quocunq; declinabat que prima
erat, ſequebãtur: qr ſcilicet inter bonos religio-
ſos ⁊ ſubditos debet eſſe tãta humilitas, obedien-
tia, ⁊ talis morum coformitas: ꝙ vbicũq; vident
declinare et inclinari illos qui primi ⁊ ſuperio-
res ſunt inter eos: ſcꝫ bonos prelatos ⁊ honeſtio
res ⁊ ſeniores perſonas: pro certo alij debent ſe-
Matth.8.c qui: per ſimilitationem ⁊ obedientiam inclinari.
Matth. Magiſter ſequar te quocũq; ieris. Ille
igitur rote, ſcilicet boni ſubditi: debent ſequi ani
malia ſancta, ideſt bonos prelatos ⁊ viros do-
Eze.10.d ctos: ſcilicet obediendo, ⁊ ſe eis conformando.
Ezech. Gradientibus illis rote quocunq; ſubſe-
cute ſunt. Ita cum eis debent ire bene operãdo:
cum eis ſtare fortiter perſeuerando: cum eis ele
uari a terra terrena deſpiciendo, et celeſtia affe
ctando. Eleuata ſunt de terra coram me: et ratio
eſt: quia ſpiritus vite debet eſſe in eis, ideſt ſpiri
tuſſanctus: qui debet eis virtutem ⁊ gratiam da
Eſa.1.c re: ipſi vero debent eum ſequi: et inſpirationi et
C voluntati ipſiꝰ obedire. Ezech. Ubi erat impetꝰ
Eodẽ.c.c ſpiritus, ibi gradiebantur. ¶ Conſequenter vi-
dit Ezechiel firmamentum ſuper capita anima-
lium ſanctorum quod erat de ſpecie cryſtalli: et
in firmamento erat ſedes de lapide ſaphiri: et in
throno ſedebat ſimilitudo filij hominis: qui in ſe
gerebat per circũitum ſpeciem ignis ⁊ electri: ⁊
circa ſe habebat quaſi ſimilitudinem arcus celi:
acſi fuerit in die pluuie ⁊ in nube. Sed pro certo
quando ſupra firmamentum celi, quod erat ſu-
pra caput eorum, fiebat vox: ſtatim animalia pẽ-
nas ſuas ſubmittebant: ⁊ ſic vocem que facta
Moralitas fuerat audiebant. ¶ Dic ꝙ firmamentum ſignifi
cat eccleſiam: que bene fundata eſt ſupra firmã
petram, que cryſtallina dicit: quia in ea ſplendor
veritatis fidei, et etiam ſtabilitas perpetue per-
manentie reperitur. Sub iſto etiam firmamento
dicuntur animalia ſancta habitare: quia nullus
eſt bonus aut ſanctus, niſi illi qui in firmamento
eccleſie per fidem et gratiam dinoſcuntur ma-
nere. Geneſ. Stellas poſuit in firmamento celi.
Gen.1.b In iſto autẽ eccleſie firmamento eſt thronus ec-
cleſiaſtice, et maxime apoſtolice plature: quia
ſcilicet de ſaphiro cuius eſt color celeſtis, dicitur
eſſe: pro eo ꝙ eccleſiaſtica iuriſdictio celeſtis, et
ſpiritualis totaliter debet eſſe. Eſa. Fundabo te
Eſa.54.a in ſapphirũ: et dabo iaſpidem, ideſt iuſtitiã pro-
pugnacula tua. In iſto etiam throno. i. dignita-
te eccleſiaſtica: debet ſedere filius hominis: ideſt
perſona rationalis: per honeſtatem ad modum
electri debet fulgere: per charitatem more ignis
debet feruere: per ſapientiam debet ſplendere:
arcum etiam celeſtem. i. iuſtitiam debet circa ſe
poſſidere. Qui tamen in die pluuie et in nube eſ-
ſe dicitur: pro eo ꝙ iuſtitia ſemper debet eſſe cũ
miſericordia, et cũ dulcedinis profluuio. Unde
Gen.9.b Gen. Arcum meum ponam in nubibus. Quid igi-
tur? procul dubio ſi contingat quod de firmamẽ
to eccleſie, et quod de throno iudiciarie poteſta
tis, et a filio hominis, ideſt a prelato exeat ali-
qua vox. i. a domino preceptum vel ſtatutũ: ſta-
tim animalia ſancta que ſunt ſubtus. i. ſubditi
boni debẽt ſtatim alas põpe ⁊ ſupbie deponere,
et illud qđ mandatur, reuerenter audire. Nunq̃
enim debet eſſe aliq̃s tã groſſum animal, nec ita
alta, nec ſancta aut ſolẽnis perſona, quin mãda-
ta dei ⁊ prelatorum verba documentaq; maiorũ
⁊ ſeniorum debeat reuerenter audire, et omnem
pompam ſubmittere: ⁊ pennas cuiuſlibet nobili
tatis vel ſufficiẽtie ſue poſtponere: ⁊ qđ dicit vel
predicat, humiliter auſcultare: dicẽs illud. Dñe Abacuk
audiui auditũ tuũ. ¶ Uel dic ꝙ thronꝰ ſaphireꝰ 3.a
eſt beata virgo: ⁊ ſi querat quare dicit ſaphirea: Aliter.
tractatũ eſt ſupra de lapidibꝰ cap. de ſapphiro.
Filiꝰ aũt hoīs eſt xp̄s: q̃ ſcꝫ in iſto throno per in-
carnationem ſedet: ⁊ ibi ſicut ſplendidus ⁊ ferul
dus apparuit. Qñ igit vocẽ iſtius audiuimus:
ſtatim alas ſuperbie deponere debemus, ⁊ cũ re
uerentia exequi quod nobis mãdatum ſentimꝰ. Ps.94.b
Ps. Hodie ſi vocẽ eius audieritis. Arcũ etiã pre C
dicationis ⁊ iuſtitie habuit quo peccatores ſa-
gittauit. In pluuia fuit: p eo ꝙ ſpe venie ipſos
dulciter cõſolatus refrigerauit. Predicatio enĩ
arcus dicit: qr dꝫ pungere: in die pluuie: qr debet
vrgere. Apo. Sedens ſuper equum habebat ar- A.
cũ. ¶ Uel dic ꝙ ille filiꝰ hoīs. ſ. dei filius in throno Aliter.
ſedebit in iudicio: vbi per magnum rigorem quẽ
pretendit, igneus apparebit: ⁊ ibi arcum iuſticie
tẽdet, quẽ tñ pluuia miſericordie ꝯtũ ad bonos
tẽperabit: malos autem ſagittabit: ita ꝙ omnes
ſubmittent alas ſuas, inquãtũ vocem ſuam oĩs
creatura timebit. Gen. Uocẽ tuã domine audiui Gen.3.b
⁊ timui: eo ꝙ nudus eſſem. Et tunc dicet peccato-
ri, quando ſe nudũ ⁊ ſine indumẽto charitatis ⁊
gratie ſentit, ⁊ qñ nude quicquid fecit, oībus no
tum fiet. Hier. Nudaui femora tua ante faciem Hiere.13.b
tuam: ⁊ apparuit ignominia tua ⁊c.

## ¶ Capitu. ij. Textus.

### Hec viſio ſimilitudinis glorie domini. Et vidi. Moralitatum Cap. ij.

Onſequẽter poſtq̃ Ezechi-
el animalia mirabilia et dei glo-
riam conſpexerat, ad terram ce
cidit pre timore: ſed ingreſſus in
eum ſpiritus domini, ſtatuit eũ
ſupra pedes ſuos, precipiens ꝙ
quicquid ſibi daret, comederet
et voraret: ⁊ ecce quaſi manus de celo mittitur,
in qua quidam liber clauſus et inuolutus cõti- A
nebatur: q̃ corã eo expanditur, ⁊ ante eius ocu-
los explicatur. Hic liber ſcriptus intus et foris
erat: ſcripturãq; mirabilem continebat. ſ. lamen
tatiões, carmẽ ⁊ ve: ſcripture ſeries poſſidebat.
Iſto igitur libro Ezechiel fuit orbatus, ⁊ in ore
eius ad modũ mellis extitit dulcefactus. ¶ Eze- Morali-
chiel in iſto loco ſignificat humanum genus: qđ tas.
per Ade peccatũ primitus cecidit: ſed tandẽ per
ſpũſancti myſterium reſurrexit: qui ſcꝫ ipſum ſu
pra pedes. i. ad ſtatum gratie ſtatuit et erexit:
manus enim diuine munificentie de celo homi-
ni miſſa fuit: vel manus. i. beata virgo: que librũ
ſalutis noſtre. i. chriſtũ nobis attulit: q̃ ꝯuis ab
eterno fuiſſet per ſecreta diuine prouidẽtie a no
bis inuolutus ⁊ clauſus vtpote qr nondũ fuerat
hominibus reuelatus: ipſum tamẽ finaliter deꝰ
pater per natiuitatem ⁊ crucem ⁊ mortem corã
nobis expandit. Apoc. Alius liber apertus eſt q̃ Apoc.20.b
eſt vite. Iſte enim ſcriptus erat intus per deita-
tem, ⁊ foris p humanitatẽ. Et pro certo iſta ſcri-
ptura in ſe habuit ſacramentorũ fidei corpalẽ ve
ritatẽ, qr in iſta apparuerũt lamẽtationes penitẽ
tiũ, carmina ꝯtẽplãtiũ, ⁊ gr̃as deo agentiũ, ⁊ feli-
citer in patria viuentium: ⁊ ve damnatorum ⁊ per-
euntium. In iſto enĩ libro, ⁊ in verbis eiꝰ potes ſi

vis legere lamēta pnie. Uñ dr. Qr gaudiū eſt an
Lu.15.c gelis dei ſup vno pctōre pniam agēte. Item ibi
ſunt carmina ſpei ꝛ miſericordie ꝛ future glorie
G Matth. Uenite bñdicti patris mei/percipite pa-
Mat.25.c radiſum. Itē ibi eſt ve dānatiōis ppetue: et hoc
cū dicit. Ite maledicti in ignē eternū ꝛc. Hic aūt
Mat.25.d liber quādo p deuotionē comedit/dulcis et ſa-
Ps.118.a pidus inuenitur. Ps. Quam dulcia faucibus
Aliter. meis eloquia tua: ſup mel ori meo. ¶ Uel dic qḋ
iſte liber eſt liber ſacre ſcripture: qui intus eſt
ſcriptus per ſenſum ſpiritalem/et foris per lite-
ram hiſtorialem: qui ſcꝫ eſt inuolutus per figu-
rarum conſignationē: expanditur tamen coram
nobis per doctorum expoſitionem. Iſte liber cō
tinet lamentationes mundane miſerie ꝛ incola-
tus: ſicut eſt illud Ps. Heu mihi quia incolatus
Ps.119.b meus prolongatus eſt. Et alia ſimilia carmina
laudis ꝛ ſpūalis cōſolatiōis: ſicut illud. Lauda
Ps.116.a te dominū omnes gentes cū ſimilib⁹. Et ve eter-
ne damnationis ꝛ excōmunicationis: ſicut illud
Ecclſi.18.c Ezech. Anima que peccauerit/ipſa morietur. Sꝫ
ille liber in ore hominis fit ſuauis/quando per
os predicatorum ꝛ doctorum de ſcriptura pro-
rumpit aliquis ſermo dulcis.

## ¶ Capitu. iiij. Textus.

**Et tu fili hominis/ſume tibi laterem et panes. Moralitatum Cap. iij.**

**Receptū fuit in** viſu ezechieli/ꝙ ciuitatē hie-
ruſalē oppugnaret/ ꝛ ꝙ inter
ſe ꝛ ciuitatē ſartaginē collo-
caret. Preceptū etiā fuit ſibi
b ꝙ durāte obſidione ipſe dor-
miret ſup lat⁹ ſuū ſiniſtrū pro
iniquitate dom⁹ iſrl: ꝛ qḋ dormiret ſuper latus
dextrū pro iniquitate domus iuda. Preceptū
etiā fuit ſibi/ꝙ panē faceret quē ſub ſtercorib⁹
cooperiret: et ꝙ ipm manducaret in pondere: et
Moralitas. aquā ſuā biberet in mēſura. ¶ Chariſſimi: per
ciuitatē hierlm intelligit ciuitas pacifica padiſi
quem quilibet debet velle acquirere: ꝛ ideo vt
ipſam habeat/nō debet ceſſare cū machinis bo-
norum operum eam impugnare. Uerūtamē ſar-
taginem mortis vel ignis infernalis/videlicet
vbi peccatores frixantur/debet inter ſe et ciui-
tatem paradiſi per cōſiderationem ponere: ꝛ ꝙ
iſtā magis ꝙ paradiſi gloriam meruerit/debet
cum formidine cogitare: ibiqꝫ cor ſuū debet per
timorem frigere vel verſare. Dum durat autem
iſta obſidio id eſt iſta bonorum operum pro ac-
quirenda ſuperna hieruſalem executio: homini
precipitur tria facere: ſcꝫ de latere in latus dor-
mire/panem ſuum ſtercorib⁹ tegere/et panem ꝛ
aquā in pondere et menſura comedere: que ſunt
tria que homo ſpiritualiter debet facere/ſi vult
ciuitatem paradiſi acquirere. Et primo debet
per contemplationem dormire ſuper latus ſini-
ſtrum infernalis aduerſitatis: deinde ſuper la-
a tus dextrū eterne felicitatis: qꝛ homo debet per
cōſiderationē iacere ꝛ dormire, nūc in latere ſi-
niſtro cogitādo de inferno: nūc in latere dextro
2.cor.6.b cogitādo de padiſo. Aplš. A dextris ꝛ ſiniſtris
per arma iuſticie ꝛc. Scḋo debet panē ſuū, id eſt
mūdi pſperitatē ſtercoribus cooperire: vt cogi
tare nō ceſſet ſperma fetidū, ſaccū ſtercorū, ꝛ ci-
bum vermiū ſe eſſe, ſm Bernardū ꝛ Innocētiū.
Debet cogitare ꝙ oia iſta ſunt vilia, ꝛ viliora ꝙ
ſtercora reputanda. Aplš. Oia arbitrat⁹ ſum ſi
Phil.3.b cut ſtercora. Tertio dꝫ panē ꝛ aquā, id eſt mun-
di delicias ꝛ diuitias in pōdere ꝛ mēſura come-
dere ꝛ bibere: vt ſcꝫ ſuperflue nō appetat diui-
tias habere, nec delicias frequentare: ſed vſum
eorūꝫ in menſura ſtudeat temperare. In vſu eñ
diuitiarū ꝛ deliciarū dꝫ eſſe pondus: qꝛ ſcꝫ hō dꝫ
ponderare ꝙ difficile acquirunt, ꝙ timide cōſer
uant, ꝙ doloroſe perdunt. Itē ibi dꝫ eē mēſura vt
ſcꝫ nulla ſit ſuperfluitas: immo cū Salomone di
cat illḋ Prouer. Diuitias nec pauptatē mihi de-
deris dñe, tribue tamē victui meo neceſſaria. Et Prou.30.b
iuxta illud. Sapiens debet facere quicquid fa-
cit in numero, pondere ꝛ menſura. Sap.11.d

## ¶ Capitu. viij. Textus.

**Et factū eſt in anno ſexto, in ſexto mēſe, in quinta menſis: ego ſedebam in domo mea. Moralitatum Capi. iiij.**

**Cum ciuitas hie-** ruſalem ꝛ ſeniores tēpli dnm re-
liquiſſent, ꝛ idolatrie dediti eſſent,
ita ꝙ diuerſa idola in tēpli parie
tib⁹ depinxiſſent: factū eſt ꝙ ſimi
litudo manus apprehendit eze-
chielē q̄ erat captiuus in babylone: ꝛ adduxit eū
in hieruſalē in viſiōe dei: cui dixit dñs vt videret
abominatiōes magnas, quas faciebāt filij iſrael:
vt pcul recederet a ſanctuario ſuo. Uidit igitur
ezechiel in templo primo in porta aquilonis ido
lū zeli: qḋ erat ibi factū ad puocandū emulatio-
nē: q̄ tādē fodiēs parietē, vidit ſimilitudines re-
ptilium aīaliū, idola domus iſrael. Uidit etiā ſe-
niores iſrael: q̄ in cōſpectu iſtoꝝ reptiliū adole-
bāt incenſuꝫ. Itē cōuerſus ad aliam partē: vidit
mulieres q̄ plangebant adonidem. Itē cōuerſus
ad alios parietes: vidit quoſdā viros in templo
q̄ ſcꝫ dorſuꝫ ad altare vertebāt, ꝛ ad orientē ado
rabāt. Alios vidit q̄ ramos ad nares ſuas appli
cabāt. Iſte igit erāt abominationes idolatraruꝫ
quas filij iſrael faciebāt in tēplo, ꝛ in ſecretis cu
biliū ſuoꝝ: ppter q̄ deū a ſuo ſanctuario recede-
re faciebāt: ppter qḋ dñs terrā dereliquerat, et
coꝝ ſcelera nō videbat. Aduerte aūt ꝙ adonis
fuit quidā gratiſſimus iuuenis fili⁹ martis: quē
dea venus intantū dilexit, ꝙ de eo amicum ſuum
fecit. Hunc igitur ab apro quem venabatur occi
ſum, ceperūt mulieres plāgere, ꝛ rediuiuum cre C
dere: ꝛ inde gentiles mulieres cōſueuit mos plā
gendi mortem adonidis inolere: ſicut Ouidius
metamor. li. xiiij. dicit. Reuera per iſtas abomina
tiones que fiebāt in templo a filijs iſrael poſſunt
intelligi quedam vitia que hodie fiunt in eccleſia
a quibuſdam fidelibus chriſtianis. Iſti enim a
propoſito videntur delinquere: vt deum a ſan-
ctuario ſuo. i. ab amore eccleſie faciant fugere ꝛ re
cedere: ipſamqꝫ neceſſe habeant in tyrannorum
manibus dimittere, ꝛ de ea nō curare. Unde dicit
Iob. Qua ſi de induſtria receſſerūt a deo. Si eñ Iob.34.
parietem foderimus: ꝛ ſi de babylone, id eſt de
mundo ad cōſiderationem hieruſalem. i. eccleſie
ducti fuerimus: proculdubio multa abhomina-
bilia et enormia videre poterimus. Unde hier. Hier.13.b
In agro vidi abominationes. Sunt igitur iſta
quinqꝫ per ordinē deteſtāda. ſ. idolum, reptilia, ꝛ
eos adorantes, plorantes adonidem: dorſum ad
altare vertentes: ꝛ ramos ad nares applicātes.
Per idolū igit zeli, intelligunt immūdi detracto-
res: qui zeli ꝛ inuidie ſunt idola ꝛ repſentatores:
qꝛ ſcꝫ illi ſunt q̄ verbis detractorijs emulationē
ꝛ inuidiā puocāt: ꝛ rixas ꝛ odia ſepe mouēt. Uñ
dicit Pſalm. In ſculptilibus tuis ad emulatio- Ps.77.f
nem eum ſepe prouocauerunt. Per reptilia depi
cta intelligo mundi malos diuites ꝛ potentes q̄
dicuntur reptilia: qꝛ reptāt p auariciā circa tem- D

poꝛalia. Iſti em̄ oꝛnatu ſupfluo depingūtur et a
ſenioꝛibus.i.a malis aduocatis ⁊ conſiliariis/⁊
ab aliis adulatoꝛibus coluntur:et malis conſi-
liis ⁊ adulationibus/alioꝛūq₃ accuſationibꝰ in-
Act.25.a censant. Uñ dr ꝙ ſenioꝛes iudeoꝛū poſtulabant
aduerſus paulū dānationem. Iſti aūt pꝛincipes
⁊ diuites bene vniuerſa reptilia dicūtur:qꝛ qui-
dā bufoni inflato per ſuperbiā/alii lacerto can-
dato per maliciā/alii limaci viſcoſo per luxuriā
Pſ.103.c aſſimilant ⁊ ſic de aliis. Pſ. Hoc mare magnū et
ſpacioſum manibus:illic reptilia quoꝛū non eſt
numerus. Per ploꝛantē Adonidē/intelligo iu-
uenes ⁊ iuuēculas ⁊ curioſas:q̄ de aliis perſo-
nis iuuenibus ploꝛare vident:inq̄ātū pꝛo eo-
rū malo amoꝛe ſuſpirare videntur: dicentes il-
Cañ.2.a lud Cāticoꝛū. Fulcite me floꝛibꝰ:ſtipate me ſma-
lis:qꝛ amoꝛe langueo. Per vertētes doꝛſum ad
altare intelligo malos religioſos et eccleſiaſti-
cos:qui oculos mētis ad oꝛtū ſolis.i.ad clarita
tē mūdane pꝓſperitatis vertunt:ab altari xp̄o.i.a
dei ſeruitio ipſos diuertūt,⁊ magis q̄rūt ſecu-
Hiere.2.f laria q̄ȝ regularia/⁊ tp̄alia q̄ȝ ſpiritualia. Hiere.
Uerterūt ad me doꝛſuȝ/⁊ nō faciē. Per illos aūt
q̄ applicāt ramos ad nares intelligo delicioſos
qui ſcȝ in ramis ⁊ rebꝰ odoꝛiferis delectant:⁊ in
hoc excedere compꝛobant. Hec em̄ oīa abomi-
Mal.2.c nabilia ſunt apud deū/⁊ deteſtabilia apud mū-
dum. Unde dicit. Abominatio facta eſt in iſrael
⁊ in hieruſalem.i.in eccleſia et religione:qꝛ cōta
E minauit iudas ſanctificationem domini:q̄m di-
lexit filiam alieni id eſt pꝓſperitatē mūdi:quare
aūt iſta faciāt apparet: quia ipſi vident credere
Pſ.72.b ꝙ dereliquit dñs terram:⁊ qđ non videat. Pſ.
Dixerunt/quomodo ſcit deus?

## Capitulū ix. Textus.

**Et clamauit in auribus meis voce ma-
gna dicēs Appꝛopinquauerūt. Mo-
ralitatum Capitulum v.**

Ezechiel vidit vi
ros ſex.i.ſex angelos/qui ha-
bebant vnuſquiſq₃ vas interfe-
ctionis/id eſt gladiū:erat in me
dio vir indutꝰ lineis/habens
atramētariū ſcriptoꝛis i manu
ſua. Iſti igit pceptū eſt a voce
dñi de glīa exeunte:ꝙ ſignaret thau ſup frontē
viroꝛū dolentiū ⁊ gementiū ſup cunctis abomi-
nationibus que fiunt in medio hierl̄m. Aliis aūt
qui poꝛtāt gladios/dictum eſt:vt per mediū ci-
uitatis tranſirent/⁊ ꝙ homines vtriuſq₃ ſexus
occiderēt:⁊ ꝙ a ſanctuario dñi inciperent: ⁊ qđ
nulli penitꝰ parcerēt/niſi ſuper illis in fronte ſi-
gnū thau viderent. Sic igit factū eſt/ꝙ cōtami-
F nauerūt domū:⁊ impleuerūt atria interfectis:⁊
Moralitas. ratio reddit ibidē/ꝙ iniq̄tas domꝰ iſrael magna
eſt nimis valde:et repleta eſt terra ſanguinibꝰ.
¶ Moꝛaliter ꝑ ſignū thau quod factū eſt ad mo
dum crucis/ſignificatur crux vel cōmemoꝛatio
diuine paſſionis:ꝑ illū qui indutꝰ eſt lineis in-
telligitur pꝛedicatoꝛ:qui ſcȝ verbis ⁊ exemplis
impꝛimit in frontibus.i.in mentibꝰ hominum ſi-
gnum illud:qui ſcȝ per caſtitatē eſt lineis indu-
tus:⁊ per ſciētiam debet eſſe ſcriptoꝛis atramē-
tario munitus. Iſte em̄ eſt angelus qui poꝛtat
Apo.7.a ſignum vite vel dei viui. Apoc. Per angelos au-
tem cum gladiis intelliguntur angeli iudices:
qui ſcȝ ad executionē iudicioꝛū parati ſunt. Uñ
Cañ.3.c in Cañ. Uniuſcuiuſq₃ enſis ſup femur ſuū. Quid
igitur? Pꝛo certo finaliter q̄n viderit dñs ꝙ do-
mus iuda/id eſt eccleſia que per fideȝ trinitatis
confitetur:quia per iudā interpꝛetat cōfitens:⁊
domus iſrael.i.religio/que per cōtemplationē
debet eum videre:et terra.i.mundꝰ bene fuerint
pleni ſanguinibꝰ carnalitatis:⁊ eoꝛū iniquitati-
bus bñ increuerint.i.in fine mūdi:tūc mittet an-
gelos ſuos vt gladios iuſticie vindictā ſcȝ eter
ne dānationis exerceāt in eiſdē:⁊ ſic fiet ꝙ nulli
penitꝰ parcēt:imo ſenes ⁊ iuuenes ⁊ virgines q̄
male fecerūt/interficient:⁊ ſup oīa a ſanctuario
dñi.i.a ſtatu eccl̄iaſticoꝛū incipiēt:⁊ eos pꝛe cū-
ctis punient atq₃ ledēt:qꝛ quāto q̄s ꝓpinquioꝛ ē
deo ſtatu ⁊ gradu ⁊ ſcia:tāto ſi delinq̄t/acriꝰ eſt
puniēdꝰ:qꝛ dicit. Seruꝰ ſciēs volūtatē dñi ⁊ nō
faciēs vapulabit plagis multis. Breuiter igit il- Luc.12.f
lud eſt verū/ꝙ ſolū viri gemētes ⁊ dolētes ſup
pctis ſuis ⁊ alioꝝ/ſignū thau.i.crucis xp̄i mēo- G
riā i coꝛdis frōtibꝰ deferētes:tūc tpīs ſaluabun
tur:⁊ ab angelis pcutientibꝰ ⁊ pctōꝛes moꝛti ⁊
dānationi tradētibꝰ/non ledent:ſed ab ipſis an
gelis diuino munere defendent. Uñ Apoca. No Apoc.7.a
lite nocere terre ⁊ mari/neq₃ arboꝛibꝰ/quouſq₃
ſignemus ſeruos dei in frontibus eoꝛum.

## Capitu. xii. Textus.

**Et factus eſt ſermo dñi ad me dicens.
Fili hominis vaticinare. Moralitatū
Capitulum vi.**

Receptū eſt eze
chieli/ꝙ vaſa aurea moꝛe trāſ
migrātiū ⁊ ſe mutare volētiū
pꝛepararet:ſibiq₃ dictū ē. Fili ho
minis fode parietē:i humeris
poꝛtaberis:i caligine efferetis
faciē tuam velabis/vt non vi-
deas terrā:⁊ dictū eſt ſibi ꝙ hoc ſignificabat qđ
pꝛinceps iuda.i.zedechias eſſet captiuandꝰ exce-
cāduſq₃/⁊ in babylonē captiuus ducendus:⁊ tñ
eā nō viſurꝰ ibi moꝛiturꝰ. ¶ Illđ pt dici de hoīe Moralitas
moꝛtuo. Iſte em̄ de hoc ſeculo ad aliud trāſmi-
grat:paries/id eſt ſepulchꝛum fodit/⁊ in hume-
ris poꝛtatur:in caligine moꝛtis effert:et ſibi fa- H
cies ſudario operit. ¶ Uel dic de homine pecca-
toꝛe/qui per ſpem future penitentie in infernū Aliter
defertur:facies mentis ſue ſudario, id eſt amo-
re mundane gloꝛie inuoluitur:in caligine igno
rantie ⁊ peccati poꝛtat:⁊ per obſtinationē penī-
tus excecatur:ita ꝙ terrā/id eſt,mūdum ⁊ terre
na bona que vehit in babylonem/id eſt in infer-
num/ad quem captiuus ducit:videre per cōſi-
derationem nō dicit:quia peccatoꝛ dū eſt in mū
di pꝛoſperis/nunq̄ȝ in talibus meditatur. Unde
de anima peccatrice dicitur. Soꝛdes eius in pe-
dibus eius:nec recoꝛdata eſt finis ſui.

## Capl̄m xvi. Textus.

**Et factꝰ eſt ſermo dñi ad me dicēs. Fili Trē.1.c
hoīs notas fac. Morali. Cap. vii.**

Deſcribit em̄ Eze
chiel ciuitatē hieruſalem,vel ſy-
nagogam a deo pꝛius dilectam:
ſed tandem idolatria damnatā:
ſub figura puelle dicens: quod
erat quedam puella: cuius ra-
dix ⁊ generatio fuerat de terra chananea: pa-
ter ſuus Amoꝛreus: mater ſua cethea. Iſta a
pꝛincipio quando nata eſt, non fuit a ſuo ſan-
guine munda:nec aqua lota:nec ſale ſalita: nec
pꝛeſciſſus vmbilicus eius,nec pannis inuoluta.
Quidam tñ dñs vidēs eā ſuper faciē terre pꝛo- I

iectam,ſanguine infectam ⁊ nudam/atq; confuſione repletam/miſertus eſt eius:⁊ quia iam ad mundum muliebꝛem venerat/⁊ vbera eius intumuerant/piluſq; eius germinauerat/ita ꝙ iam amari poterat:expandit pallium ſuper iſtam/et operuit eius nuditatem: et iurato pacto ipſam accepit vxoꝛē. Iſtam igitur aqua lauit:ſanguine mundauit:oleo vnxit: diſcoloꝛibus veſtiuit: hyacintho calciauit:byſſo tinxit:ſubtilibus coloꝛibus induit:oꝛnamento oꝛnauit:armillas in manibus dedit:toꝛquem collo circūdedit:inaurem ſuper os eius poſuit:circulos eius aurib⁹ inſeruit:⁊ coꝛonā decoꝛis in capite,eius poſuit: ſimilam/mel ⁊ oleum ad comedendum dedit:et ſic pulcherrima facta fuit/ita ꝙ nomen et fama ipſius ad gentes pertranſiuit. Ipſam etiam vir ſuus auro et argento ditauit:⁊ bonis omnibus ampliauit. Sed iſta fiduciam hñs in decoꝛe ſuo: ingrata viro qui tāta ſibi dederat ⁊ nō recoꝛdata dierū adoleſcentie ſue/cū pluribus foꝛnicata fuit:quos etiam de bonis que ſibi marit⁹ dederat ditauit:⁊ quicquid pꝛo oꝛnatu ſuo acceperat/ad complacendum lenonibus cōuertit:que tandem publica meretrix facta eſt:nec tñ taliter ſatiata/ſe indifferenter expoſuit omnibus. Que omnia videns vir ſuus,veſtib⁹ ⁊ bonis cōceſſis expoliauit:ipſamq; nudā ⁊ cōfuſam dimittens,
B tanq; adulteram dānauit. Hec igit̃ in manibus inimicoꝛū ſuoꝛū tradit̃ a quibus lapidatur:trucidat̃ ⁊ cōburit̃:⁊ ei⁹ lupanar qđ ſibi edificauerat,deſtruit̃:⁊ ſic ſu⁹ vir de ea vindicat̃. ¶ Iſta
Moꝛalitas. puella poteſt ſignificare humanā naturā:cuius pꝛimus oꝛtus ⁊ generatio fuit de terra chananea,inq̃tum in cāpo damaſceno qui eſt in ſyꝛia, que dudum fuit terra chananea,fuit Adam ſm ſanctos creatus,⁊ natura humana ſibi cōſtituta. Pater ſuus adam fuit amoꝛreus.i.amarus mater eius eua fuit cethea.i.confracta:quia pater ⁊ mater:id eſt adam ⁊ eua cōfracti ſunt tētatione,⁊ amaricati ſunt tribulatiōe. Iſta igitur a pꝛincipio nata eſt cum vmbilico peccati oꝛiginalis,cum ſanguine carnalis libidinis ⁊ delectationis,ſine ſale debite diſcretionis:⁊ ſine pānis honeſte conuerſationis:ſed pius dñs.i.dei fili⁹ videns iſtam puellam.ſ.humanā naturā ſuper faciem terre iacentē,⁊ a terreſtri paradiſo pꝛoiectā,⁊ in terrenis per auariciā implicatā,ſanguine carnalitatis infectā,nudā virtutib⁹,⁊ vitioꝛū cōfuſione plenā,ad amandum tñ habilem vberibus naturalis compaſſionis tumidā,⁊ pilis cuiuſdā naturalis affectionis bone fecundā ipſam dilexit:⁊ eā per incarnationem et gratiā matrimonialiter ſibi iunxit:aqua baptiſmi eam lauit:ſanguine oꝛiginalis peccati purgauit: et
Ruth.3.b ſub pallio fidei ſue ipſam operuit ⁊ inuoluit. Unde dicitur. Extēde pallium tuum,quia pꝛopinquus es ⁊c. Iſtam etiam vnxit oleo pietatis:veſtiuit diſcoloꝛibus honeſtatis: calciauit etiam eam hyacintho: id eſt amoꝛe celeſtis ciuitatis
C tinxit byſſo caſtitatis:et induit eam ſubtilibus innocētie ⁊ intimioꝛis puritatis:⁊ oꝛnauit eam
Pſ.44.c oꝛnamēto totius ſanctitatis. Uñ pſ. Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato circūdata varietate. Iſte igit̃ aīe ſeu etiā nature tali mō deo p̄ grām adiūcte vel copulate:⁊ a ſtatu peccati miſericoꝛditer releuate:in manibus armilla bone opatiōis tradit̃:collū elatiōis ſue toꝛque, id eſt vinculo diuinoꝛū mādatoꝛū cingit̃:os locutionis ſue nature tēperātie oꝛnat̃: auris ſua circulo pꝛōpte obediētie inſerit̃:⁊ caput ſuū.i.
Eccli.45.b coꝛ,coꝛona.i.vitioꝛū victoꝛia inſignit̃. Uñ dr. Coꝛona aurea ſup caput ei⁹ ⁊c. Iſta igit̃ tādē nutrit̃ ſimila ſancte doctrīe ⁊ eruditiōis:melle grē ⁊ deuotiōis:oleo charitatis ⁊ dilectiōis:ditatur auro ſapiētie ⁊ argento eloquētie p̄dicatiōis:⁊ ſic efficit̃ decoꝛa ⁊ pulchꝛa:⁊ pulchꝛitudine totius moꝛalis pfectiōis famoſa ⁊ vulgata/p̄ diffuſionē ſue bone opiniōis. Uñ in Cañ. Pulchꝛa es et decoꝛa filia hierl'm. Sed p̄ certo ſepe accidit/ qđ iſta puella.ſ.aīa:de ſua pulchꝛitudine et ſua moꝛali ⁊ naturali pfectiōe ſuperbit:⁊ ſic lenonibus.i.demonib⁹/mūdo ⁊ carni per diuerſa peccata ſe tradit:⁊ cū eis foꝛnicās ſuū virū xp̄m deſerit:⁊ bñficioꝛū ei⁹ oblita/cūctis indifferēter vitijs ſe exponit:quinimo donaria grāꝛū naturaliū q̄ a viro ſuo deo acceperat/in vſum peccatoꝛū ſuoꝛū.i.mūdi/carnis ⁊ diaboli:⁊ ſic ipſam vi- D
lem ⁊ abominabilē deo facit. Quod vidēs dñs/ ipſam bonis tēpoꝛalib⁹ ⁊ naturalib⁹ ſpoliat:et toꝛtoꝛib⁹ infernalib⁹ tradēs/igni ⁊ gladio moꝛtis perpetue velut adulterā eā dānat:quia pꝛo certo illud eſt verū/ꝙ natura humana ſeu peccatrix aīa ad ipſum deū p̄ incarnationē aſſumpta:vel per penitentiam reſumpta:⁊ ad moꝛum pulchꝛitudinem ⁊ perfectionem reducta:quando gratijs ſibi factis male vtitur: ad eternum ſuppliciū iudicatur:⁊ in inferno cōcremāda dānatur. Uñ Ezec. Uiri igitur iſti iuſti ſunt:⁊ iudicabūt eas iudicio. ¶ Uel dic ꝙ iſta puella eſt ec- Ezec.23.g
cleſia q̄ in pꝛincipio fuit nuda per paupertatem Aliter.
⁊ per diuitiarū tenuitatē/⁊ per credentium paucitatem:fuit ſanguine plena per martyꝛū penalitatem:ad terram pꝛoiecta per contēptū ⁊ aduerſitatē:a fecibus erroꝛū nō bene lota/nec ſale perfecte ſapientie ſalita:per fidei ſanctitatē/per hereſum abſterſionem ⁊ puritatem:veruntamē dñs miſertus eius/ipſam ab erroꝛibus lauit et purgauit/reddita pace ſanguinem martyꝛū iā ab ea abſterſit:⁊ eam pꝛius deiectam,iam mirabiliter dilatauit:⁊ pꝛedictis virtutibus adoꝛnauit:auroq; ⁊ argento ditauit:gratijs ⁊ ſciētijs/ honoꝛe ⁊ regimine ampliauit. Sed q̄d? Iſta vidēs ſe decoꝛā ⁊ pꝛoſperitate floꝛidā,iā nō ceſſat virum ſuum xp̄m et eius ſeruitium contēnere: quinimo iam videtur tempus adoleſcentie ſue: ⁊ paupertatem illam quam habuit in pꝛincipio obliuioni tradidit:⁊ nō ceſſat cū leonibus.i.cū
mundo,carne diabolo per vitia foꝛnicari:⁊ diui- E
tijs a deo receptis ipſos oblectare:bonaq; eccleſiaſtica in vſus deputare demonū:quia pꝛopter hoc videmus ꝙ xp̄s iſtam tanq; adulteram iam reſpuit:veſtimentiſq; bonoꝛū terrenoꝛum exuit eam:⁊ in manibus tyꝛannoꝛum eā tradidit,que ſcilꝫ ipſam lacerant tribulationibus:⁊ diuerſis afflictiōibus eā cremāt. Nā q2 eccleſia bonis ſibi a deo conceſſis male vtitur: iuſto dei iudicio fit,vt a pꝛincipibus affligatur:vt ſic iſta que pꝛimitiui ſui ſtatus oblita,deo tantis bonis ingrata extitit,cogatur de tribulationibus ad eū reuerti quem dereliquit. ¶ Uel ſi vis applica con-
tra quaſdam mulieres: que q̄uis de vili plebe Aliter.
qñq; aſſumātur:⁊ oꝛnamētis,diuitijs ⁊ delicijs impleant̃:iſte tñ aliquotiens foꝛnicant̃:⁊ iſte cōburi merentur. ¶ Uel dic contra ingratos,qui
de nihilo eleuati,benefactoꝛem ſuum deſerunt, Aliter.
⁊ alijs ſe committunt:tempus pꝛiſtine paupertatis ſue obliuiſcuntur:⁊ bona ſibi conceſſa ab homine vel a deo in vſus ſuperbie,⁊ in offendiculum creatoꝛis ſui vel benefactoꝛis expendūt: ſicut ad literam patet de multis,qui de vili ſtatu ad diuitias peruenerunt.

## ¶ Capl'm xvij. Textus.

Et factum eſt verbū dñi ad me dicēs. Fili hominis pꝛopone. Moꝛalitatum F
Capitulum vij.

Sicut ponit eze-
chiel in pͤſenti capi. q̄dā aqui-
la grādis magnarū alarū lō-
go mēbroꝝ ductu/plena plu-
mis et varietate venit ad liba
nū: tulit medullā cedri ⁊ ſum-
mitatē frondiū eius auulſit:
⁊ tranſpoꝛtauit eā in vrbē chanaā in vrbē nego
Moꝛalitas. ciatoꝝ. ¶ Aquila iſta eſt fili⁹ dei: q̄ ꝓpter immē
ſitatē eſſentie fuit magnus: ⁊ plumis virtutum
oim fuit plen⁹. Iſte em̄ venit ad libanū hui⁹ mū
di/ q̄ in cedro. i. in altiſſima virgine tulit nr̄e hu-
manitatis medullā: cui⁹ frōdes. i. defect⁹ auulſit
⁊ abſtulit: ⁊ eandē ipſam in vrbē negociatoꝝ. i.
in paradiſum que eſt vrbs ſanctoꝝ in aſcēſione
Eodē ca. b poꝛtauit. ¶ Poſtq̄ aquila dicta medullā cedri i
vrbē negociatoꝝ trāſtulit: plātauit vineā ſup
aquas multas in terra bona/ vt faciāt fructū: ⁊
ſic creuit in vineā grandem: ita tn̄ ꝙ rami vinee
aquilam que ipſam plātauit/ reſpicere teneant.
Facta eſt igitur vinea ⁊ fructificauit/ et emiſit
propagines: ſed quedā alia aquila erat magna
rum alarū: ad quā vinea incepit reſpicere: ⁊ au-
xiliū ab ea petere propter qḋ aquila prima que
ipſam plātauerat eā euulſit: ⁊ vētus vrēs ipſam
Allegoꝛia. arefecit: oēmq̄ ꝓſperitatē amiſit. ¶ Sic ꝓ ho-
die et quotidie loquendo allegorice conſtat qḋ
vera aquila. i. dei filius: poſtq̄ medullā cedri. i.
humanitatem noſtram acceperat: ⁊ in vrbem ne
B gociatoꝝ. i. in paradiſum vbi ſancti negociato-
res et mercatores: qui ſcilꝫ eterna pro terrenis
mercari ſciuerunt cōmorantur, eam aſcendendo
detulit: vineā eccl'ie ſue plantare voluit: ⁊ eā. in
terra bona. i. in fide xp̄iana: ſup aquas. i. ſuper
fluuiū gratiarū et ſciētiarū fundauit. Iſta igit̄
creuit in vineā latam: ⁊ iam quaſi per totū ſecu-
lū ſe diffudit: propagines. i. fideles euulſit: ⁊ iam
fructus diuitiarū multarū acquiſiuit. Unde dr̄.
Gen̄. 2. b Plantauit dn̄s deus paradiſum voluptatis a
principio. Iſtud tn̄ verum eſt ꝙ rami huius vi-
nee. i. filij eccleſie: ſemper ad iſtam aquilam ſcilꝫ
ad deū tenebantur reſpicere: ⁊ per fidem ſpem ⁊
deuotionem in ipſum oculos mētis figere: et ad
Pſ. 120. a eam totis affectib⁹ anhelare. Unde Pſal. Ad te
leuaui oculos meos. Sed iſta vinea cum ramis
ſuis iā videtur deū plantatorē ſuum xp̄m deſpi-
cere: ⁊ aliā aquilam huic inimicā. ſ. ad mūdū vel
ad mūdi principes ⁊ raptores: oculos mētis fle-
ctere/ et ab ipſis auxilium et fauorē implorare:
quapropter fit ꝙ prima aquila. i. xp̄s: iſtam vi-
neam cum ramis. i. eccleſiam cum filijs ſuis de-
ſpicit: et ipſam tyrānis ⁊ hereticis mediāte ven-
to tribulationum cōburit: qꝛ dū eccleſia ⁊ eccle-
ſiaſtici ſperare in dn̄o omiſerunt: ⁊ ad auxilium
ſeculariū principū cōfugerunt: ipſe dn̄s ſuū re-
traxit auxiliū: ⁊ contra eos venti tribulationū
increuerūt: ita ꝙ proſperitatē ⁊ gloriam perdi-
derunt. Igit̄ reſpiciam⁹ primā aquilā/ non ſecū-
b dam: ⁊ ſperemus in dn̄o/ nō in mūdo. Pſ. Spe-
Pſ. 36. a ra in dn̄o ⁊ fac bonitatē: ⁊ paſceris i diuitijs ei⁹.
Pſ. 79. b Ideo de tali vinea dr̄. Uineā de egypto. i. de gē-
tilitate et paupertate tranſtuliſti: eieciſti gētes
⁊ plātaſti eā. Extēdit palmites ſuos vſq̄ ad ma
re. Etiā ſequit̄. Ut quid deſtruxiſti maceriā ei⁹:
⁊ vindemiāt eā oēs pretergredietes viā? Exter-
minauit eā aper de ſylua ⁊c. ¶ Uel dic ꝙ talis vi
Aliter. nea ſignificat ſortilegos: quos prima aquila. i.
deus in eccleſie fide plātauit: ⁊ qn̄ in eccleſie be-
neficijs: qui tn̄ poſtea cū altera aquila. i. cū dia-
bolo ſe confederāt/ ⁊ ab ipſa auxiliū ⁊ rn̄ſa po-
ſtulant: qui. ſ. in fine cōburunt̄ et dānant̄. ¶ Cō-
ſequēter dn̄s promiſit ſe plātare aliquem ramū
cedri ſuper montē excelſū: et ꝙ faciet fructum,
⁊ fiet in cedrū magnā: ita ꝙ volucres ſub eo habi
tabūt: ⁊ humiliabitur lignū ſublime: ⁊ exaltabit̄
lignū humile: ſiccabit̄ lignū viride, ⁊ frondeſcet
lignū aridū. ¶ Illud applica ꝙ deus de vno mo- Moꝛalitas
dico ramo facit qn̄q̄ magnā cedrū. i. magnā ⁊ ho
norabilē ꝑſonam: ⁊ in monte excelſo alicuius di-
gnitatis cōſtituit eum: ita ꝙ volucres. i. nobiles
ſub ipſo ꝯmemorant̄: ⁊ ſic fit ꝙ de⁹ quotidie facit
ſiccare ſublimes ⁊ virides. i. ſupbos ⁊ carnales:
exaltari ꝓ ſ frondeſcere facit et per ꝓſperitatis
gloriā humiles ⁊ pauperes. Unde dicit̄. Depoſuit Luc. 1. e
potentes de ſede, ⁊ exaltauit humiles.

## ¶ Capitu. xix. Textus.

A
**Et tu fili hominis aſſume planctum ſup principes iſrael. Moꝛalitatum Ca. ix.**

Uedam leena
tulit vnū de leunculis, ⁊ leo
factus eſt: ⁊ didicit capere
ꝑdā, ⁊ homines deuorare,
viduas facere, ⁊ ciuitates
in deſertū ducere: ita ꝙ de
ſolata eſt terra a facie rugi
tus eius: ⁊ audierunt gen-
tes: ⁊ non abſq̄ vulneribus
ceperunt: eum miſeruntq̄ eū in carcerē, ne audi- Moꝛalitas
retur amplius vox ipſius ſup montes ⁊c. ¶ Ta-
lis leo ſignificat quoſdā malos officiales ⁊ puer
ſos: q̄ in pͥncipio ſunt leunculi. ſ. parui balliui vel
aduocati: vt qꝛ mater ipſoꝝ. i. eccleſia vel religio
ciuitas vel prelat⁹, ipſos ad aliqḋ officiū aſſumit:
q̄ tandē lapſu tēporis leones. i. magis crudeles
tyrāni efficiunt̄: ita ꝙ ab eis per rapinas homines
deuorantur: ⁊ ciuitates etiam deſerte ⁊ paupe- 1. pet. 5. c
res efficiuntur: ita ꝙ rugitu ſuorum pauperes
totius patrie deterrent̄. Un̄ dr̄. Tanq̄ leo rapiēs
⁊ rugiēs circūit querens quem deuoret ⁊c. Sed
finaliter querela gentiū q̄ cōtra tales ſolet inſur
gere, ⁊ poſt multa tribulationū vulnera qn̄q̄ ꝓ-
curant̄, ꝙ ipſe in carcerē, vel in moꝛtē, vel in depo
ſitionē tradit̄, ita ꝙ extunc vox minarum ⁊ iniu-
riaꝝ ſuarū ſup montes. i. in altis dignitatibus ⁊ B
officijs amplius nō auditur. Ita quotidie vide-
mus ad ſenſum in curijs dominoꝝ: vbi leones cō
ſiliarij ſeu officiales crudeles finaliter deſtruun- Mat. 7. a
tur: ⁊ iuſto dei iudicio eadē menſura qua alios
menſi fuerāt metiunt̄. ¶ Conſequenter dicit̄ ibi. Eodē. c.
Mater tua q̄ſi vinea plantata in ſanguine: cui⁹
fructus ⁊ frondes eius creuerunt ex aquis mul
tis: ⁊ facte ſunt ei virge ſolide in ſceptra domi-
nantiū: ⁊ exaltata eſt ſtatura ſua inter frōdes: ſed
tandē euulſa eſt in iram: in terramq̄ ꝓiecta eſt: et
ventus vrens ſiccauit eam: arefacte ſunt virge
roboꝛis eius: ⁊ ignis comedit eā: ita ꝙ non fuit
amplius in eis virga. i. ſceptrum dominantium.
¶ Talis vinea dr̄ eſſe ꝓgenies tyrannoꝝ: ipſoꝝ Moꝛalitas
q̄ domus imperium ⁊ maieſtas: que ſcꝫ in ſangui
ne ⁊ violētia fundata: ⁊ cū effuſiōe ſanguinis in-
troducta. Dato enim ꝙ iſta poſſunt ꝓſperari: et
ꝙ eorum domus videatur exaltari, ⁊ maxime re
putari: virgeq̄ ſolide. i. homines foꝛtes qn̄q̄ ſo-
lent exinde generari: qui etiā alijs habebant ſce-
ptro ⁊ imperio dominari: finaliter tamē domus a
deo euellit̄: ⁊ ita igne tribulationis areſcit ⁊ cōſu
mit̄ ꝙ nulla virga foꝛtis. i. nulla ꝑſona nobilis: nul
lum ſceptrum dominantium. i. nullus qui ha-
beat dominiū inuenitur in eis: qꝛ breuiter illud
eſt verū ꝙ vinea. i. dom⁹ vel ciuitas vel iuriſditio
ſeu que ūq̄ reſpublica q̄ a ſanguine crudelita-
tis, ⁊ rapina ſumpſit oꝛtū: non ſolet diu ſtare, ſed C
finaliter areſcere ⁊ perire: ſicut patet de imperijs
gothoꝝ, vuandaloꝝ, ꝑſarū, grecoꝝ, ⁊ romanoꝝ

rum:⁊ ſicut potiſſime pꝫ de domibus italie tyrā
Eſa.9.a norū:qꝛ ſicut dꝛ. Ueſtimētū mixtū ſanguine erit
Aliter. in cōbuſtionē ⁊c. ¶Uel dic ꝙ vinea plātata i ſan
guine eſt perſona eccleſiaſtica, vel vna cognatio
vel cōgregatio:q̄ affectu ſanguinis ⁊ cōſangui
nitatis ꝓmouet̄:que q̄uis aliquādiu ꝓſperent̄:
ita ꝙ exinde virge ſolide.i. ꝑſone notabiles ꝓ
ducantur. finaliter tñ deficiunt, areſcūt ⁊ ſiccan
tur: ita ꝙ nulla virga fortis.i. nullus notabilis
Michee in eis reperitur. Ideo bene dicitur. Ue qui edifi
1.d. catis ſion in ſanguinibus.

## ¶Capitu. xxi. Textus.

**Et factus eſt ſermo domini ad me di cens. Fili hominis, pone faciem tuam.**

**Moralitatum Cap. x.**

**Dominus mi**natꝰ ciuitati hierl'm, ꝙ ipſe
educet gladiū ſuū de vagi
na ſua ad omnē carnē. Gla
diū dico ſuū limatū ⁊ exa
cutum, ⁊ irreuocabilē. Gla
dius inq̄t meꝰ vt ſplendeat
limatus eſt: vt cedat victi
mas exacutus eſt: precepit
dñs ꝙ dupliceꝰ gladius, aut tripliceꝰ. Hic eſt in
quit gladius occiſionis magne. Sequitur. Mu
cro euaginare ad occidendum. Et dicit ꝙ pre ti
D more iſtius gladij tabeſcet omne cor: diſſoluent̄
vniuerſe manus: infirmabitur omnis ſpūs: ⁊ per
Moralitas cuncta genua fluent aque. ¶Talis gladiꝰ videt̄
eſſe mors. Iſte eſt gladius qui eſt acutus ad pe
netrandū: ⁊ eſt limatꝰ ⁊ ſplendidus ad terrēdū:
⁊ etiā gladiꝰ qui qñq; eſt duplex, inquātū occi
dit corpus ⁊ aīam: qñq; triplex inquantū occidit
animā, corpus ⁊ famā. Iſte etiā irreuocabilis di
cit̄: qꝛ poſtq̄ de vagina diſpoſitionis ſue ipſum
dñs immiſerit: irreuocabiliter illum quem vult
percutere, vulnerat. Et ideo iſte ad omnē carnē
mittit̄: qꝛ omnis caro cū gladio iſto trucidat̄: et
ꝓpter hoc iſte gladius dꝛ magne occiſiōis: qꝛ iſte
eſt cā gñalis oīs hoīs interfectiōis. Uñ in Deut.
Deut.32.f Inebriabo ſagittas meas ſanguine: ⁊ gladiꝰ meꝰ
deuorabit carnes. Qui igit̄ iſtū gladiū bene vi
det ⁊ cōſiderat: neceſſe eſt ꝙ cor eius pre timore
tabeſcat: ⁊ ꝙ oīs ſpūs ſupbie refrenet̄: ⁊ ꝙ aque
lachrymoſe cōpunctionis per genua humilita
tis fluere cenſeant̄. ¶Uel dic ꝙ tales gladij ſunt
Aliter. tyranni: q̄ ſunt exacuti ad pungitiue rapiendū: ⁊
ad occidendum per crudelitatem: ſplendidi, ad
pompatice incedendum per proſperitatē. Sunt
irreuocabiles per obſtinationis ⁊ mali ſui ꝓpo
ſiti firmitatē: qꝛ ſcꝫ iſti per ſeuitiā ſunt acuti: per
inanem gloriam ſunt ſplendidi: pee precipita
E tionem ⁊ fatuitatem irreuocabiles poſſunt dici.
Nullo eñ timore dei, vel nullo amore ꝓximi, vel
nullo conſilio alicuius boni viri a ſua malicia re
uocari pñt. Iſtos igit̄ diabolus de vagina ſue ini
quitatis euaginat, ⁊ cū eis iuſtos dilacerat ⁊ de
trūcat: ⁊ diuerſis tribulationibꝰ eos turbat: qua
propter omne cor ⁊ oīs ſpūs merito metuit et
formidat. ¶Uel dic ꝙ gladius eſt lingua detra
Aliter. ctionis. Pſ. Lingua eoꝝ eſt gladius acutꝰ. Que
Pſ.56.a limat̄ ornate loquēdo: ſplēdet adulatoria inferē
do: ſed tandē pungit aſpere inſcindēdo ⁊ detra
hēdo: ⁊ eſt irreuocabilis: vix aut nūq̄ famā quā
abſtulit reſtituēdo: ⁊ ideo iſte gladius dꝛ dupli
catus: inquātū detractor plures ſimul interficit
obloquēdo: qꝛ ipſe ledit ſe ⁊ illum quē diffamat
⁊ eū quē auſcultat. Uñ Hugo lib. ij. de aīa, volēs
oſtēdere ꝙ dꝛ lingua a ledendo, a lingēdo/vel li
gando/⁊ a lābēdo: dicit ſic, ꝙ lingua dꝛ: qꝛ lingit
adulando: mordet detrahēdo: occidit incidēdo,
ligat ⁊ ligari non poteſt: labit̄ ⁊ teneri nequit: la
bit̄ vt anguilla: penetrat vt ſagitta: tollit amicos:
multiplicat iimicos: mouet rixas: ſeminat diſcor
das: ⁊ multos interficit vno ictu: blanda eſt: ſub
dola ⁊ lata, et parata ad miſcenda mala, ⁊ extra
henda. Unde in Prouerb. Qui cuſtodit os ſuum, Prouē.21.d
cuſtodit animam ſuam. Et ibidem. Oīa mors et Prouē.18.d.
vita, in manu lingue. Bernardus etiam in quodā F
ſermone dicit. Quod verbum leuiter profertur,
ſed non leuiter reuocatur.

## ¶Capit. xxiij. Textus.

**Et factus eſt ſermo dñi ad me, dicens. Fili hoīs, due mulieres. Moralitatum**

**Capitulum xi.**

**Ola et ooliba**
fuerunt due mulieres filie
matris vnius: ſicut figurat
hic ꝓpheta: de ciuitatibus
hieruſalē ⁊ ſamarie: ⁊ fue
rūt impudiciſſime meretri
ces: ita ꝙ prima Oola p̄mo
inſaniuit in Aſſyrios amato
res ſuos, veſtitos hyacin
tho: principes ⁊ aſcenſores equorū ⁊ iuuenes cu
pidinis: ſed finaliter iſti amatores ſui occiderūt
eā: ⁊ diſcooperuerunt ignominiā eius. Q̄d cū vi
diſſet ſoror eius ooliba: magis ad hec inſaniuit
libidine: qꝛ videns imagines chaldeoꝝ depictas
in parietibꝰ, expreſſas coloribus, accinctas bal
theis renes: ⁊ tiaras in capitibus ad ſimilitudi
nem filioꝝ babylonis inſaniuit libidine: et miſit
ꝓ eis in patriam ſuā vt dormirēt cū eadē: qua
ꝓpter factū eſt ꝙ ipſi ſui amatores, ipſam nudā
ſpoliauerūt, ⁊ veſtimenta eius tulerunt: naſum
eius ⁊ aures preſciderunt: ⁊ que reliqua fuerāt
gladio conciderunt. ¶Iſtud pōt allegari cōtra Moralitas
malas mulieres, qꝛ dato ꝙ aliqua videat ꝙ ſo
ror ipſiꝰ vel vicina fuerit ex hoc diffamata, de G
pauperata ⁊ ſpūaliter iterfecta: ipſa tñ fieri libi
dinoſa ꝓpter hoc non omittit: imo comptos et
etiam pictos iuuenes diligit: quapropter nuda
⁊ pauper remanet: ⁊ vitā fame ⁊ glorie inde ꝑdit. Aliter.
¶Uel dic ꝙ tales male mulieres ſunt anime pec
catrices: que ab iſta matre vident̄ concepte: ⁊ ab
iſto pr̄e p̄mogenite vel create. Iſte eñ cū aſſyrijs
i. cū aduerſarijs ſuis. i. mundo, carne vel diabo
lo fornicari vident̄: inquantū in eoꝝ ſuggeſtio
nibus pompis ⁊ proſperitatibꝰ delectant̄: ita ꝙ
cū ipſis per diuerſa vitia fornicant̄. Ita eñ ama
tores ſui, mundus, caro, ⁊ demonia: q̄ ipſum nūc
amare ſe ſimulāt, iſtas veſtibꝰ virtutū ſpoliant:
naſo deuotiōis ⁊ auribꝰ. i. auditu vbi dei eas pri
uant: ⁊ ſic dānatiōis gladio eas finaliter trūcāt.
Et dato ꝙ iſta prima pereat in oculis alioꝝ: alie
tñ priores ſe ꝓpter hoc non caſtigāt, imo ad idē
vna exēplo alteriꝰ/magis ꝑābulat ⁊ declinat ad Aliter.
ſuppliciū. ¶Uel dic ꝙ tales ſunt male religioſe
ꝑſone: q̄ dato ꝙ gloriā mundanoꝝ appetētes, cū
ipſis qñq; per apoſtaſiā fornicant̄: ita ꝙ ide eriā
ad periculū ⁊ carcerē deducunt̄: alij tñ nequaq̄
ꝓpter hoc caſtigant̄, imo ad eundē caſum cur
rere quotidie comprobantur.

## ¶Capi. xxviij. Textus. D

**Et factum eſt verbum domini ad me, di cens. Tu ergo fili hominis aſſume.**

**Moralitatum Cap. xij.**

MIrabilem figu-
ram vnius nauis videtur hic
deſcribere ꝓpheta: cōparās ci-
uitatem tyri naui: pro eo qđ in
mari ſedebat: ⁊ multa nauigia
poſſidebat. Iſti igitur naui ſeu
ciuitati ſic loquitur. O tyre tu
dicis: perfecti decoris ego ſum: et in corde maris
ſita: finitimi tui qui edificauerunt te, impleuerũt
decorem tuum: abietibus de ſanir extruxerunt
te: cedrum de libano tulerunt, vt facerēt tibi ma
lũ: quercus de baſan dolauerũt ad remos tuos:
tranſtra tua fecerunt tibi de ebore indico: preto-
riola tua de inſulis italie, byſſus varia de egy-
pto texta eſt tibi in velum: vt poneretur in malo
hyacinthus et purpura de inſulis: eliza facta
Moralitas ſunt operimentum tuum. ¶ Per iſtam ciuitatem
que naui comparatur, intelligitur eccleſia mili-
tans: que dicitur tyrus: que interpretatur angu
ſtia: propterea quod ſemper iſta in tribulationi-
bus ⁊ anguſtijs viuit: et more nauis in fluctibꝰ
Prouẽ. 31. b amaricationũ ſemper ſiſtit. Unde in prouerbijs.
Facta eſt quaſi nauis iſtitoris. Abietes que ſunt
E arbores leuiſſime, ſunt pauperes qui fuerũt pri-
mitiue eccleſie fundatores: qui de ſanir (quod
interpretatur deus luminis) eſſe dicuntur: pro eo
ꝙ ipſi fundatores eccleſie a patre luminum con-
ſtituti noſcuntur: qui etiam fuiſſe luminoſi ⁊ ſciē
Iac. 1. c tifici eſſe cōprobantur. Unde dicitur. De ſurſum
eſt deſcendens a patre luminum. Cedrus arbor
altiſſima ſignificat prelatum: qui in dignitate et
ſtatu ceteris eſſe altior: ⁊ in cōtēplationis celſitu
dine debet alijs eſſe maior: qui etiā de libano (q̄
interpretatur candor) eſſe dicitᷣ: ꝑ eo ꝙ prelatus
candidatus per caſtitatem eſſe tenetur. Unde in
Can. 5. c Canti. Dilectus meus candidus et rubicundus.
Iſte igitur malus in naui eccleſie erecta, quādo
ad prelationis dignitatem aſſumitur: q: ꝑ cer-
to de cedris. i. de altis cōtemplatiuis ⁊ perfectis
ꝑſonis debet malus nauis. i. prelatꝰ eccleſie fie-
Pſ. 91. c ri et ad prelature officiũ eleuari. Pſ. Iuſtus vt
palma florebit. Quercus arbor duriſſima ⁊ for-
tiſſima ſignificat martyres: q̄ fortes ⁊ ſolidi exti
terunt: qui ſcilicet de baſan (quod interpretatur
ſiccitas) fuerunt dicti: pro eo quod fuerunt pe-
Zacha. 11. a nis ⁊ abſtinentijs deſiccati. Zacha. Ululate quer-
cus baſan. Igitur iſti remi eccleſie facti ſunt: in-
quantũ ipſam ad portam paradiſi ducunt. Uerũ
tamen iſti per martyria fuerunt dolati: et a cun
ctis ſuperfluitatibus gladijs detruncati. Tranſ
F tra iſtius nauis ſignificant confeſſores: qui de
ebore indico dicuntur eſſe: pro eo ꝙ iſti caſtitatis
candore pre cunctis viſi ſunt floruiſſe. Pretorio-
la vero. i. apothece doctores ſignificāt: qui aro-
mata ſcientiarũ in ſe reponũt: et de inſulis italie
(que interpretatur mens excedens) dicunᷣ eſſe:
pro eo ꝙ per profunditatem ſcientie humanam
indaginem excedunt. Byſſus igitur que eſt linũ
candidiſſimum, puritatem deſignat conſcientie.
Hyacinthus cuius color eſt celeſtis, ſignificat cō
uerſationem ſpũalis et celeſtis apparentie: pur-
pura vero deſignat ruborem ⁊ ardorē charita-
tis et amicitie: q: ſcilicet velum. i. conſcientie ſe-
cretum de byſſo. i. puriſſimum ⁊ mundiſſimũ eſſe
debet: operimentũ vero exterioris cōuerſatiōis
debet eſſe per charitatem purpureũ: ⁊ per celeſtē
Hier. 10. b vitam ⁊ apparentiā hyacinthinum. Hierᷣ. Hyacin
thus et purpura indumentum eorum. Dico igitᷣ
ꝙ nauis vel ciuitas eccleſie facta eſt de abietibꝰ
de ſanir. i. de pauperibus luminoſis: et a patre lu
minum per gratiam illuminatis. Mali etiam, id
eſt prelati ipſius: facti ſunt de cedris libani. i.
perſonis in deum eleuatis ⁊ velo byſſino. i. puri-
tate conſciētie decoratis. Quercus etiam de ba-
ſan. i. perſone fortes et conſtantes ſicce ⁊ abſtinē
tes, ſcilicet martyres: tranſtra eborea. i. caſti con
feſſores mente alios excedentes, decorem ipſius
compleuerunt: hyacinthuſqꝫ celeſtis apparētie:
purpura vero patientie ſibi operimentũ charita
tis dederunt. Sic igitur potuit antiquitus dice-
re nauis iſta. Perfecti decoris ego ſum: et in cor- G
de maris ſita. i. in plenitudine omnium bonorũ
ſpiritualium collocata. Iſti igitur tunc tempo-
ris poterat dici illud Hiere. Similam, mel et Hiere. 16. b
oleum comediſti: et decora facta es. ¶ Poſtq̄ Eodē. c. c
Ezechiel deſcripſit ciuitatē in ſimilitudinem na-
uis: incepit dicere de diuitijs et gloria iſtius ci
uitatis. Et ponit quomodo ad nundinas eius
diuerſe gentes de diuerſis mundi partibus du-
cunt diuerſa mirabilia et mercimonia: que reple
ta eſt ⁊ glorificata nimis in corde maris: ſed iſtiꝰ
finis fuit interitus. Unde ſibi dicitur. In aquis
multis adduxerunt te remiges tui: ventꝰ auſtri
contriuit te in corde maris: diuitie tue, theſauri
tui, inſtrumentum tuum, naute tui: et guberna-
tores qui tenebant ſupellectilem tuam: et popu-
li tui preerant viri bellatores tui cum vniuerſa
multitudine tua cadent in corde maris: in me-
dio maris opes tue ſibilauerunt ſuper te nego-
ciatores populorum. Ad nihilum deducta es: et
non eris in perpetuum. ¶ Illud poteſt applicari Morali-
cōtra mundanā religionem vel eccleſiā: que. ſ. in tas.
principio fuit nauis ſalutifera: modo quo ſupra
dictum eſt fabricata. Iſta enim antiquitus habe
bat nundinas ſpũales: in quibus ſpũalia pro ter
renis dabat: et ſic ſanctos negociatores bonis ce
leſtibus ditabat. Et ideo antiquitus populi ſecu
lares ad iſtam per deuotionem confluxerũt: mer
cimonia ſua ſcꝫ redditus et poſſeſſiones attule-
runt: ⁊ eam ſummis opibus ditauerunt: nũc etiā H
ad alias nouas nundinas, ſcꝫ vbi dātur ſpiritua
lia pro terrenis: beneficia pro pecunijs: alta offi-
cia pro carnalibus amicitijs: iam quaſi totus
mundus incepit confluere: mercimonia munerũ,
precum et adulationum offerre: ita ꝙ iam cōſtat
eccleſiam diuitijs opulentijs plenam eē: pompis
⁊ ſuperbijs laſciuire. Sed pro certo timendũ eſt:
ne ventus auſtri. i. proſperitas ſua ipſam conte-
rat: et in mare tribulationum ⁊ amaricationum
ſubuertat. Iam eñ videmus ꝙ diuitie, theſauri
⁊ multiplex inſtrumentũ incipiũt ab eccleſia de-
ficere: naute ⁊ gubernatores q̄ preſunt ſuo po-
pulo. i. p̄lati bellatores. ſ. predicatores ⁊ viri iu-
ſti iam incipiũt cadere. Sicut ceciderũt a virtu-
te morali: ita etiam videmus eos a proſperitate
tēpali: ita continue declinare: q: iuſto dei iudicio
fit ꝙ qui ꝓpter tēpalia deum valuerunt deſerere:
etiā ipſam gloriam tēpalem compellantur amit-
tere: quapropter iam cernimꝰ ꝙ opes tēporales
iam ceſſant: ꝙqꝫ iſta nauis eccleſie ad nihilũ de-
ducitᷣ: negociatoreſqꝫ. i. ſeculares iam eam contē
nēdo ſuper ipſam ſibilant et inſultāt. Unde Eſa. Eſa. 2. b
Repleta eſt terra eius idolis. Et ſequitur. Quod Ibidem. c
dies domini exercituum ſuper omnem ſuperbũ
⁊ excelſum ⁊ arrogantem, ⁊ humiliabitur ⁊c. Q:
breuiter, poſtq̄ terra. i. eccleſia incepit repleri au
ro, argento ⁊ diuitijs: ſtatim repleta eſt equis. i.
viris luxurioſis: et ſuperbis, ⁊ idolis, id eſt viris
ignorantibus et pigris: quapropter iam incipit E
dominus ſuper ſuperbos, ⁊ arrogantes clericos
viſitare: ⁊ ipſorum ſuperbiam humiliare. Unde Eſa. 32. d
illud Eſa. Humilitate, humiliabitur ciuitas. Aliter.
¶ Uel ſi vis dic contra mundi magnos ſtatus, et
contra magna mundi imperia: quale fuit impe-
rium Grecorum, Perſarum, Chaldeorum, Peno-
rum, Romanorum: et contra ſuperbas ſeculi ci-
uitates: qualis babylon, niniue, carthago, troia,
⁊ ſimiles.

et ſimiles:vel cōtra ipſos mundi ſuperbos domi-
nos ꝛ tyrannos:qualis fuit nabuchodonoſoꝛ,ty
rus,alexander,iulius ceſar,ꝛ alij,qui mundū ꝑ
violentiā oppreſſerūt,ꝛ qui ſumma pꝛoſperitate
floꝛuerūt:nautas:naues ꝛ bellatoꝛes ad ſubiu-
gādos populos habuerāt:ita ꝙ a cunctis mun
di partib' populi mercimonia.i.tributa ꝛ mune
ra detulerunt:quos tamē cum regnis ꝛ imperijs
ſuis ꝑ violentiā acq̄ſitis ventus auſter,id eſt fla-
tus foꝛtune ſubuertit in mare,id eſt in pauperta
tē ſubmerſit:ꝛ ad nihilū cōpulit ꝛ redegit. Pſal.
Pſal.36.g Uidi impium ſuperexaltatū ſicut cedros libani.

## ¶ Capi.xxviij. Textus.

Et factus eſt ſermo domini ad me di-
cens. Fili. Moꝛaliſtatum Ca. xiij.

I N perſona et
figura primi angeli ꝓphe-
ta pulchꝛe reprehendit pn
cipē tyri:q̄ de ſua ſapientia
ſupbiebat,dicens ſic. Ele-
uatū eſt coꝛ tuum,ꝛ dixiſti:
deus ego ſum,ꝛ nō hō:ꝛ in
cathedra dei ſedi in coꝛde
matris cū ſis hō:ꝛ nō de⁹:ꝛ
poſuiſti coꝛ tuū quaſi coꝛ dei. Ecce ſapientioꝛes
tu daniele ꝛ oē ſecretū nō eſt abſconditū a te:in
ſapiētia tua ꝛ potētia tua feciſti tibi foꝛtitudinē:
ꝛ acq̄ſiuiſti aurum ꝛ argentū in theſauris tuis:
in negociatione tua multiplicaſti tibi foꝛtitudi-
nem:pꝛopterea eleuatum eſt coꝛ tuum quaſi dei.
Ecce ego adduco ſuper te alienos robuſtiſſi-
mos gentium:ꝛ nudabunt gladios ſuper pul-
chꝛitudinem ſapientie tue:ꝛ polluent decoꝛem
tuum:ꝛ interficient te in medio incircunciſoꝛum:
moꝛieris in coꝛde maris.ꝛc. ¶ Iſta poſſunt appli
Moꝛali-tas. cari contra mundi ſapientes et aduocatos:qui
pꝛe ceteris habent coꝛ altum ꝛ eleuatum. Uiden-
tur enim dicere ſe deos eſſe et non homines,in-
quantum aliquid vltra alios homines ſapiunt:ꝛ
inquantum omne ſecretum diuerſarum queſtio-
num diſſoluere pꝛetendunt:etiam ꝙ danieli.i.
cuicunq̄ ſancto viro vel theologo in ſapientia ſe
pꝛeponunt:ꝛ in cathedra dei ſediſſe.i.in ſtudijs
docuiſſe,vel in iudicijs vel in officijs pꝛo tribu-
nali iura reddidiſſe ſe dicūt. Igitur iſti coꝛ ſuum
quaſi coꝛ dei videntur ponere:inquantum ſe
alijs noſcuntur pꝛeferre:ꝛ de ſcientia ſuperbire.
1.Coꝛ.18.a Apoſtolus. Scientia inflat:charitas vero edi-
ficat. Quid igitur? Pꝛo certo iſti in ſua ſapientia.
B i.conſilijs iudicijs,aduocationibus:ꝛ lectionib⁹
acquirunt foꝛtitudinem tempoꝛalem:multipli-
cant theſauros ꝛ diuitias infinitas:et in nego-
ciatione vſurarum ꝛ mercimoniarum,quas alij
aliquando exercent:dilatant,multiplicant bona
ſua:ꝛ acquirunt foꝛtitudinē potentie ſecularis,
Ita ꝙ ſicut videmus,pauci ſunt qui talium re-
Hiere.4.f ſiſtunt hodie poteſtati. Sapientes enim ſunt vt
faciant mala:bene autem facere neſcierunt.
Sed deus tradet tales finaliter in manu robu-
ſtiſſimarū gentium,ſcꝫ demonū:qui gladijs infir
mitatū ꝛ tribulationū qui ipſos acuunt,pulchꝛi
tudinem ſue ſapientie polluunt:decoꝛemq̄ ſue
tempoꝛalis gloꝛie deſtruunt:ꝛ per moꝛtem tem-
poꝛalem eos quandoq̄ ſubito interficiunt:et in
coꝛde maris.i.inferno per eternam damnationē
Eſa.47.c. occidunt. Iſtis igitur dicitur illud Eſa. Sapiē
tia tua ꝛ ſciētia tua hec decepit te:ꝛ dixiſti. Ego
ſum:ꝛ pꝛeter me non eſt altera:ꝛ veniet ſupꝛa te
malum:ꝛ non ſcies oꝛtum eius:ꝛ irruet ſuper te
Eodem.c.c calamitas quam non poteris expiare. ¶ Pꝛophe
ta loquitur ibidem de pꝛimo angelo,dicens. Tu

ſignaculum plenitudinis,plenus ſapientia ac ꝑ
fectus decoꝛe:i delicijs paradiſi dei fuiſti:omnis
lapis pꝛecioſus operimentum tuum ſardius,to- D
paſius,iaſpis,cryſolitus,onyx ꝛ berillus,ſaphi
rus,carbunculus ꝛ ſmaragdus:aurum opus de
coꝛis tui. Tu cherub extentus ꝛ pꝛotegens,po-
ſui te in monte ſancto dei:in medio lapidum igni
toꝛum ambulaſti:ꝛ es perfectus in vijs tuis a
die conditionis tue. ¶ Iſta poſſunt exponi de Moꝛalitas
quolibet viro iuſto,ꝛ maxime eccleſiaſtico vel
pꝛelato:quia talis debet eſſe ſignaculum ſimili
tudinis per dei ꝛ ſanctoꝛum imitationē. Plenus
ſapientia per ſpiritualem diſcretionem. Perfe-
ctus decoꝛe per honeſtam conuerſationem. In
delicijs paradiſi eſſe per affectionem ꝛ per con-
templationem. Omnium lapidum pꝛecioſoꝛum
operimentum habere per omnium virtutum ade
ptionem:quia in operimento perfectionis ſue de
bet relucere ſardius:qui timoꝛem pellit,et facit
audacem,id eſt ſpei virtus et ſoliditas. Topa-
ſius qui lunam ſequitur,id eſt obedientie ꝛ imita
tionis bonoꝛum confoꝛmitas. Iaſpis qui ocu-
los clarificat.i.fidei ſplendoꝛ ꝛ luciditas. Cryſo
litus qui demones terret,id eſt humilitas.
Onyx qui oculos facit tremulos,id eſt dei timoꝛ,
et ſua conſiderata ſeueritas. Berylus,qui liti
bus pꝛeeſt,id eſt patientia ꝛ benignitas. Sapphi
rus qui diſcoꝛdes reconciliat,id eſt perfectus
amoꝛ et charitas. Carbunculus qui ſumme emi
cat,id eſt diſcretio,ſapientia ꝛ ſagacitas. Sma-
ragdus qui viſum recreat,id eſt bona conuerſa-
tio ꝛ honeſtas. Aurum etiam quod ſumme pon-
derat,debet eſſe opus decoꝛis ſui,id eſt moꝛum
grauitas ꝛ maturitas. Iſta enim omnia debent A
eſſe operimentum boni pꝛelati veſtis ꝛ tegimē cu
iuſlibet eccleſiaſtici,vel etiam viri iuſti:vt ſic di-
catur illud Eccleſiaſtici. Quaſi vas auri ſolidum Eccli.50.b
oꝛnatur omni lapide pꝛecioſo. Iſte inſuper debet
eſſe cherub.id eſt vir angelicus:qui interpꝛeta-
tur plen⁹ ſcientia,pꝛopter ſcripture fidei ꝛ ſcien
tie eruditionem. Debet eſſe extentus ad alios
per liberalitatem ꝛ compoſitionem. Debet eſſe
pꝛotegens per pauperum adiutoꝛium ꝛ defenſio
nem. In monte etiam ſancto dei vbi impoſitus
eſt,id eſt in alto officio,dignitate ꝛ beneficio. De-
bet eſſe in medio lapidum ignitoꝛum,id eſt in me
dio bonoꝛum conſiliatoꝛum charitate ardentiū
per bone ſocietatis frequentationem:ꝛ ſic a die
conditionis ſue id eſt a die iuuentutis vel pꝛomo
tionis debet eſſe perfectus in vijs ſuis per ſancti
tatis pꝛofeſſionem:quia pꝛo certo qui pꝛemiſſa
omnia habuerit,perfectus non immerito dici po
terit. Item ꝙ de illo dici poterit illud Eccleſiaſti Eccli.31.b
ci. Pꝛobatus in illo ꝛ perfectus inuentus:ꝛ erit
illi gloꝛia eterna. ¶ Conſequenter loquitur ibi- Eodē.c.d
dem pꝛopheta:ꝙ cherub qui fuerat in monte ſan
cto dei ꝛ delicijs paradiſi perfectus ſcientia et
decoꝛe:ꝙ pꝛopter negociationes etiam quibus
ſe immiſcuerat,perdidit omnia ſua. Dicit igitur
ſibi ſic. In multitudine negociationis tue reple-
ta ſunt interioꝛa tua iniquitate et peccaſti:eieci
ꝛ de monte ſancto meo,et perdidi te o cherub:
et pꝛodiens de medio lapidum ignitoꝛum,ele- B
uatum eſt coꝛ tuum in decoꝛe tuo:perdidiſti
ſapientiam tuam in multitudine iniquitatum
tuarum:perdidiſti ſanctificationem tuam. Pꝛo-
ducam igitur ignem de medio tui:et dabo te in
cinerem ſuper terram,in conſpectu omnium vi-
dentium te:nihil factus es,ꝛ non eris imperpe-
tuum. ¶ Iſta poſſunt applicari contra religio- Moꝛalitas
ſos et eccleſiaſticos negociatoꝛes,vel negocia-
toꝛum ſeculi tractatoꝛes,vel curiarum pꝛinci-
pum ſectatoꝛes:quia pꝛoculdubio multi ſunt
hodie in mōte ſancto dei,id eſt in eccleſia:ꝛ deli-

cijs paradiſi.i.in religione:qui lȝ ſint pleni ſapiẽ
tia,et perfecti decore.i.honeſte conuerſationis
decentia:in mundi tñ negocijs ſe immergũt: ⁊ in
rebus ſecularibus ſe delectant:quapropter ſepe
fit ꝙ interiora mẽtis ſue iniquitate replent. Iſti
igitur ſunt qui in decore ſuo ideſt in gratijs ſibi
a deo collatis cor ſuũ eleuãt et ſuperbiũt:ſed ſic
relaxãte domino manũ ſuaȝ, ſanctificationẽ grẽ
ſue vbicumꝗ diſcretionem ⁊ ſapientiã pdũt. Ta
les igitur de monte ſancto.i.de ſtatu ſanctitatis
eijciuntur:per diuerſa peccata perdũtur: ⁊ igne
diuerſarum cõcupiſcentiarum vrunt: ⁊ finaliter
nihil reputantur. Pſ. Ad nihilum deueniẽt tãꝗ
Pſ.57.b aqua decurrens. Quod potiſſime de clericis mer
catoribus, vſurarijs ⁊ ſimoniacis poteſt dici, ꝙ
ſcilicet malis ⁊ inhoneſtis cõtractibus ⁊ vſura-
rijs ⁊ ſimoniacis pactionibꝰ in religione ⁊ eccle-
C ſia indecenter vtũtur: non aduertẽtes ꝙ vendẽ-
Joh.2.g tes et emẽtes dñs de templo eiecit. Unde in euã-
gelio. Auferte iſta hinc: ⁊ nolite facere domũ pa-
tris mei domũ negociationis. Utinam ergo ta-
les negociatores de mõte ſancto dei fuiſſent eie-
cti, ⁊ a ſtatu eccleſiaſtico deſtituti.

## Capitulũ viceſimumnonũ

**Textꝰ. In ãno decimo ⁊ duodecimo mẽſe vna die mẽſis. Morali. Capi. xiiij.**

LOquitur domi
nus pharaoni regi egypti ſub
figura vnius draconis in flu-
minibꝰ quieſcentis, dicens ſic.
Ecce ego ad te o pharao rex
egypti draco magne: ꝙ cubas
in medio fluuioꝝ et dicis. Meꝰ
eſt fluuiꝰ: et ego feci memetipſum: ⁊ ponã frenuȝ
in maxillis tuis: adherere faciam piſces fluuio-
rum ſquamis tuis: ⁊ extrahã te de fluminibꝰ tuȝ:
et proijciam te in deſertum: et omnes piſces flu-
Moralitas. minis tui ſuper faciem terre cadent: beſtijs ter-
re et volatilibꝰ celi dedi te ad deuorandũ. Ta
les dracones videntur eſſe multi eccleſiaſtici,ma
li vel mundi diuites et auari: vel mali principes
et prelati: qui dracones dicuntur: eo ꝙ per auari
ciam rapinam, vel ſeuitiam inflammant. Hi ſunt
igitur qui cubant in fluminibus deliciarum. Hi
ſunt quibus adherent multi piſces, ideſt multi-
tudo malarum familiarum, nepotum, cõſangui
neorum et compatriotarũ. Hi ſunt qui bonuȝ qꝺ
D habent, non attribuũt deo: immo ſeipſos ſe feciſ
ſe, et ſua induſtria ſtatum ſuũ acquiſiuiſſe dicũt,
ad laudem virtutum propriarum, quia pro cer-
to tales ſolet dominus freno mortis infrenare:
et eos in deſertum, ideſt in infernum proijcere: ⁊
piſces ſuos ſibi adherentes, id eſt malam ſuam
celos attingebat quantum ad diuinitatem. Unde Gen.28.c
in Gen. Uidit iacob ſcalā. Itē hic ē pulcher in fo B
lijs conuerſationis: ⁊ locutionis: plenus in fru
ctibus bone operatiōis: ⁊ hʒ pulchros ramos bo
ne affectionis: ⁊ ideo eſca vniuerſorum eſt in eo:
quia pauperes ab eo temporaliter nutriuntur: ⁊
diuites ſpiritualiter: ita ꝙ cibus ſpiritualis eru
ditionis exēplorum ⁊ predicationis: cibus tem
poralis ſubuentionis in eo reperitur, ⁊ ideo an
geli qui ſunt volucres celeſtes. i. viri ſapientes
⁊ diſcreti: beſtie. i. ſimplices ⁊ ignari circa eum cō
uerſantur. Illi enim aſſociando ⁊ congaudendo:
iſti doctrinam ipſius hauriendo iocundantur.
Et breuiter omnis caro participat bona ſua: ſi
cut ſcriptum eſt ¶Uel dic ꝙ rami eius ſunt offi Aliter
cia ⁊ beneficia ⁊ prebende: ⁊ pro certo ibi ſunt vo
lucres. i. boni viri, iuſti ⁊ ſpirituales: quia perfe
cti viri non ponunt in officijs niſi perſonas bo
nas ⁊ iuſtas ⁊ talibus conferunt bona ſua: ⁊ ma
xime bona eccleſie, curas ⁊ prebendas: beſtie au
tem debent eſſe ſubtus, quia pro certo viri be
ſtiales in eccleſia debent inferius eſſe in ſtatu de Eodem.c.f
preſſionis, ⁊ ſubiectionis, ⁊ non prelationis.
¶Cū nabuchodonoſor deambulat in aula baby

lonis:incepit efferri magna ſuperbia in ſeipſo.
Cūq; deum ꝗplurime offendiſſet: ⁊ nec peccata
ſua ad Danielis conſilium redimere vellet:ſed po
tius dixit.Nōne iſta eſt babylon ciuitas magna
quam edificaui in domum regis:et in robore for
titudinis mee,⁊ in gloria decoris mei? ſtatim ſu=
bita affuit dei ſententia contra ipſum:que ipſum
in beſtiam commutauit,⁊ eū propria gloria ſpo=
C liauit:figuram,ſenſum et ratione ſibi abſtulit,et
Moralitas cor ſicut fere ſibi dedit:⁊ quaſi bos fenum come=
dit,⁊ eum de regno proprio proiecit. ¶Ecce ſic
eſt ꝙ quando homo gloriat in ciuitatibus, prediis,
⁊ poſſeſſionibus:quas edificauit ⁊ acquiſiuit: et
in aliis bonis ſuis non ipſa diuine gratie et vir=
tuti,ſed magis propriis virtutibus aſcribit:nec
curat eleemoſynam porrigere indigenti:iuxta
conſilium predicatorum:⁊ tunc ſubito venit ſen
tentia contra ipſum,que cum ad ſtatum pauper
tatis ⁊ miſerie deiicit:et tēporaliter in hac vita,
et eternaliter in altera: et eum quandoq; cum
regno mundane glorie deponit:et ipſum cum fe
ris infernalibus ponit:ſenſum ⁊ rationem pre
acerbitate tormentorum ab eo tollit:et gloriam
eius per mortem corporalem ſubuertit:et de ho
mine in beſtiam ipſum vertit:inquantum figurā
ſui priſtini ſtatus ac proſperitatis confundit.
Aliter. ¶Uel alio modo talis peccator beſtia fit,in=
quantū in fine inſaniendo ſenſum et rationem
perdit: ſicut de multis videmus qui phrenetici
Pſ.106.c moriuntur. Pſ. Turbati ſunt ⁊ moti ſunt ſicut
Aliter. ebrius. ¶Uel dic iſta contra malos nobiles et fa
tuos,⁊ alios:qui quandoq; a ſtatu proſperitatis
cadunt:dignitates,hereditates ⁊ officia perdūt:
a ſocietate hominum eiiciuntur: quaſi bos fenū
comedere:⁊ quaſi ruſtici in labore viuere:⁊ priſti
nas delicias dimittere:⁊ cum feris.i.cum paupe=
ribus conuerſari coguntur. Sed quid? Pro,cer
D to ipſi videntes ſeipſos depoſitos,deſperationē
incurrunt.Beſtie quaſi vaſtie:que ſm Iſidorum
dicuntur a vaſtando .i. crudeles et predones
fiunt:cor humanum,ideſt conſcientiā piam per=
dunt:et cor fere. i. impiam mortem acquirunt:
in viroſq; malos ſe conuertunt. Unde dicitur.
1.Reg.10.b Mutatus eſt in virum alterum. Hiere. A malo in
malum egreſſi ſunt. Poſtq; Nabuchodonoſor
occulto dei iudicio beſtia factus eſt, de regno
eiectus,et ad ſtatū tribulationis deuenit: prin=
cipes eius negauerunt eum ꝗdiu fuit beſtia:ſed
ſtatim quando recepit priſtinum ſenſum, figu=
ram,et ſtatum:principes eius cognouerunt eum
ſicut prius,et receperunt eum. Tales vero ſunt
amici mundi qui ad ſtatum tribulationis et infir
mitatis:quia ſtatim quando occulta dei prouidē
tia aufert ſibi omnem proſperitatem, regnum,
ſenſum et ſtatum vere principes ſui,ideſt amici,
cognati et parentes eius deſpiciunt eum, nec vo
lunt amplius videre,nec regem,nec dominū am=
plius appellare.Quem ſi acciderit ad ſtatum re=
dire:⁊ principes ipſum recipiunt, et ei ſicut pri=
mitus obſequuntur,⁊ quem prius ſicut beſtiam
contēnebant:tunc tanq; regem et dominum reue
Eccli.13.a rentur.Unde dicitur.Si habueris,conuiuet te=
Eodē ca.f cum.¶Nabuchodonoſor rex babylonis factus
beſtia ſine ſenſu, fenum comedit:ſicut bos inter
beſtias habitans:et in ſyluis ſocietatem hominū
contēnebat: et ideo tunc a principibus eſt con=
Moralitas temptus. ¶Rex iſte Babylonis, ideſt confuſio=
E nis ſignificat malos prelatos, impios et crude=
les.Nabuchodonoſor interpretatur ſedens in
anguſtia: quorum vitiis eccleſia poteſt dici ba=
bylon,ideſt confuſio. Iſti enim hodie ſunt muta
ti in beſtias: quia ſunt multi beſtiales ⁊ luxurio=
ſi,ſocietatem hominum.i.perſonarū rationaliū
Dan.4. contēnentes Et ideo de iſtis dicitur. Cor eius
ab humano immutet:⁊ cor fere detur ei: et ideo
vere reges et principes et laici ſolent tales con=
tēnere: et eorum ſtatum et conſortium abhorre=
re. ¶Uel dic ꝙ principes qui ſunt maiores pre= Aliter.
lati eccleſie vel religionis: videntes eos tales ſic
viuentes beſtialiter:debent eos ſtatim regno.i.
ſuſcepto regimine priuare.Ezech.Prophane im Ezech.21.f
pie dux,tolle cydarim:depone coronam. Si autē
penitentia ducti,fiant iterum homines.i.viri bo
ni perfecti ſenſum et mores recuperantes: tunc
ſm qd eis videbitur poſſunt ipſos priſtine glo=
rie reſtituere:et in eodem loco vel alibi iterū pre=
laturā eis reddere.Quāuis Daniel diceret Na= Dan.4.b
buchodonoſor malam interpretationem de ar=
bore:⁊ Balthaſar de manu in pariete: vt patet
infra:ita ꝙ vnum diceret de regno eiiciendum:⁊
alterum occidendum:ex hoc tamē nunq; fuerūt
moti contra ipſum,ſed donis ⁊ honoribus dita=
uerunt.Sic vere ꝗuis Daniel.i. predicator nos
aſpere corrigat: ⁊ futura pericula nobis dicat:
ex hoc tamen non debemus indignari:ſed ei cor=
de humili regratiari: qr qui corrigit ſapientem, Prou.28.d
gratiam apud eum inuenit.¶Quāuis Nabucho F
donoſor et Balthaſar correctionem ⁊ increpatio
nem Danielis gratioſe reciperent,et eum hono=
rarent, nunq; tamen propter hoc ſe emendaue=
runt:et ideo perierunt. Sic vere ſunt aliqui qui
libenter correctionem audiunt: ſed nunq; pro=
pter hoc emendantur. Ezec. Audiunt ſermones Ezech.33.f
meos:⁊ in cantica oris ſui vertunt illos.¶Quā= Ca.vi.e
uis darius ſumme diligeret Danielem: tamen
propter conſuetudinem ⁊ decretum factum tra
didit eum iuxta promiſſa leonibus deuorandū
contra propriam voluntatem:ſicut dicitur infra
capitu.vi.¶Sic vere reges ⁊ viri perfecti ſum= Moralitas
me debent cauere quid promittunt, quia turpe
eſt regredi verbum ſuum. Iuxta illud Prouerb. Prou.12.c
Labium veritatis firmum erit. ¶Euilmerodach Euilmero=
(teſte hiſtoria ſcholaſtica) pro nabuchodonoſor dach filius
patre ſuo regnum rexit: dum a regno exularet: Nabucho=
et ibi plura iniqua commiſit:et ideo quando pa donoſor.
ter ad regnum rediit:filium qui deliquerat, car=
ceri mancipauit: et ei plura tormenta inflixit.
Tandem pater mortuus eſt: et filius eius qui
erat in carcere,ad regnum iterum ſublimatur.
Iſte autem qui viderat patrem ſuum prius in be
ſtiam mutatum:et iterum in hominem figuratū,
timuit ꝙ de morte ad vitam reueniret:et ideo fe
cit capi trecentos vultures,et patrem ſuum diui
dens,vnicuiq; vulturi partem dedit: ⁊ eos auo=
lare permiſit,dicens.Qd niſi omnes inſimul con G
uenirent:impoſſibile erat patrem ſuū quē com Moralitas
ederant reſumere vitam.¶Sic vero chariſſimi:
quandoq; accidit ꝙ Euilmerodach.i.aliquis iniquus
ad regnum i. ad aliquod officium ſublimatur,
vbi quandoq; multa iniqua committuntur, ſubditos
grauando ⁊ ſpoliando:⁊ ideo ſepe accidit ꝙ p=
pter nequitiam eius ſuperior magiſter qui ipſum
habet corrigere,ipſum percutit,incarcerat atq;
affligit:vel penam ei tribuit competētem:illi ex=
tunc accidit mori patrem ſuum. Ideo ſi iſte pa=
ter vel corrector moritur.i.ſi aliquod infortuniū
ei venerit:ipſe ſtatim conſurgit verſus ipſum: et
eum per detractionem et falſam accuſationē la=
niat:⁊ vulturibus.i. ſuis inimicis porrigit eū de=
uorandum et diffamandum:et hoc vt ppetuo ad
ſtatum proſperum non reſurgat. Quia q arguit Prou.9.b
deriſorem,ipſe ſibi iniuriam facit. Tradet enim
frater fratrem,⁊ filius patrem:⁊ inſurgent filii in Mat.10.c
parentes:et morte eos afficient:⁊ eritis odio o= Luc.21.b
mnibus hominibus propter nomen meum. Qui Michee
autē perſeuerauerit vſq; in finē, hic ſaluus erit. 7.b
Et alibi. Et inimici hominis domeſtici eius:ſicut Mat.10.d.
dicit Micheas.

## ¶ Capitulū v. Textus.

Balthaſar rex fecit grāde cōuiuiū opti
matibus mille. Moralitatū Cap. v.

BAlthaſar rex
babylonis cū ſemel eēt ob-
ſeſſus a dario rege perſa-
b rū: vilipēdēs obſidionem/
fecit grande cōuiuiū fami-
liaribus ſuis: ⁊ fecit appor
tari vaſa aurea et argētea
que de hierl'm ⁊ tēplo attu
lerat pater ſuus: et tunc in
ipſo conuiuio biberūt in ipſis ipſe ⁊ optimates
ſui, vxor cōcubine ſue: ⁊ laudauerūt deos ſuos:
ſed hoc abhorrēs deus fecit venire in ipſo cōui-
uio in pariete vnā manū q̄ ſcripſit p ordinē iſta
tria verba. Mane/thetel/phares: qđ ſignificat/
numer⁹/pondus/diuiſio. Significabat autē de⁹
ꝙ ipm numerabat: ⁊ pōderabat opera ſua quā-
tū valebant: ⁊ qꝛ deficiebat in numero ⁊ ponde-
re: tunc diuidebat regnū eius, ⁊ ſibi penitus au-
ferebat: ⁊ ſic factum eſt qđ in ipſa nocte rex qui
obſidebat ciuitatem/cepit eū ⁊ occidit: ⁊ regnū
eius et totā ſubſtantiā deuorauit. ¶ Balthaſar
Moralitas qui interpretatur deuorans diuitias: ſignificat
mūdi diuites et potentes: qui non ceſſant diui-
tias deuorare ⁊ accumulare: nec tñ ab eis ſatiā-
tur: quia venter impiorum inſatiabilis eſt. Un-
proū.31.d de dicitur. Iſti ſunt reges Babylonis: qꝛ regūt
mundū/vbi nō eſt niſi cōfuſio. Ozee. Ipſi regna-
Ozee.8.a uerunt/ſed nō ex me ⁊c. Iſti quotidie obſidenť a
Job.41.d rege Perſarū, id eſt a diabolo/qui eſt rex ſuper
omnes filios ſuperbie. Sed vere iſti non curant
de iſta obſidione/ſcilicet de diabolo: qui cōtinue
per tentationē ⁊ tribulationē/⁊ mortis tēpora-
A lis ⁊ eterne tētationem ipſos obſidet ⁊ infeſtat:
imo pro certo ipſis vacant conuiuijs ludis/po-
tibus ⁊ cibis: ⁊ cū vxoribus ſuis ⁊ familiaribus
⁊ dijs ſuis. i. illis de parentela ſua/de quib⁹ ma-
gis ſperant ⁊ exultant: in vaſis aureis ⁊ argen-
teis bibere delectanť. Sed p certo deo ſepe diſ-
plicet huiuſmodi vanitas ⁊ proſperitas: ⁊ ideo
dum ſunt in aula babylonis. i. proſperitatis mū-
dane: qñ non cogitant de futuris/de⁹ mittit ma-
nū ſuam. i. poteſtatem ⁊ virtutem: et in pariete
corporū ſententiam ſcribit/et dicit. Mane/the-
tel, phares. Quia ipſe numerat tempus ⁊ vitam
eorum, ⁊ ipſam preſumit: ⁊ ipſe etiam ponderat
quantum de virtutibus ⁊ vitijs habeant: ⁊ tan-
dez diuidit eos, ſcz animam a corpore ſeparādo
per mortē: vl' diuidit eos, ſcz a ſocietate fideliū:
⁊ partem eorū ponit cum infidelib⁹ in inferno:
⁊ ideo rex perſarum. i. diabolus, audita dei vo-
luntate ⁊ ſentētia: ipſos corporaliter ⁊ eternali-
ter occidit, q̇ ipſos tādiu obſederat in hoc mun
Luc.12.c do. Unde. Stulte, hac nocte repetent animā tuā
a te: que autem cōgregaſti cui⁹ erūt ⁊c. Uel iſta
dic contra executores teſtamētatorum: qui ſcz
mortuo diuite, ⁊ lecta teſtamēti ſcriptura: opti-
me numerant ⁊ ponderant bona ſua: ipſaqꝫ in-
ter ſe diuidunt ⁊ diſpenſant. Ideo bene dicitur.
Diuiſum eſt regnū tuū: ⁊ datū eſt Perſis et me-
B dis. i. tuis executoribus ⁊ alijs. Si vis dic inter
pretationē de medis ⁊ pſis ⁊c. Uñ tales ſic mo-
rientes, poſſunt de ſuis executoribus dicere il-
Ps.21.d lud Ps. Diuiſerunt ſibi veſtimēta mea ⁊c. ¶ Cū
Cap.xi.e daniel eſſet honoratiſſim⁹ in palatio regis darij,
inuiderūt ei aliq̄ pncipes: ⁊ ideo ipm mitti in la-
cū leonū ppter hoc ꝙ deū colebat, pcurauerūt.
Sed ſtatim affuit dei prouidentia, qui Danielē
inter leones illeſum ſeruauit, Quod videns rex
in craſtinū ipm liberauit: ⁊ eius accuſatores cū
vxoribus ⁊ filijs in lacū intromiſit: ⁊ ſtatim corā
ipo fuerūt a leonib⁹ deuorati. ¶ Rex iſte eſt de⁹: Moralitas
cuius regnū (teſte Gregorio) eſt eccleſia. Lacus
eſt purgatoriū vel infernus, vbi ſunt leones. i. de
mones rugientes. Accidit etiā ꝙ in regno xpi. i.
eccleſia eſt qñqꝫ Daniel, ideſt aliq̄s hō clericus: q̄
ppter ſcientiā ⁊ bonitatē: ab hoibus honorať: ⁊
iō ñc hꝫ ſtatim inimicos inuidos. Qꝛ ſm Senecā
in libro de moribus. Et ſi nullos inimicos facit
iniuria: multos tñ facit inuidia. Uñ ſepe accidit
ꝙ ppter pſperitatē q̄ fulgēt inter ceteros, mors
eis ab inimicis intentať. Et iō dato ꝙ diſpliceat
regi mors innocentū: tñ ppter decretū Medorū
imutabile. i. ppter decretū quo ſtatutū eſt hoib⁹
ſemel mori ſm Apoſtolū: ipe diſſimulat ⁊ pmittit.
Igiť Daniel, ideſt iuſtus mortu⁹: in lacū, id eſt in Heb.9.g
foueā vel in purgatoriū mittiť: ⁊ lapis tūc ſuper- C
poniť in ſepulchro: vbi ſcz ab Abacuk, ideſt a bo
nis amicis pulmento piorum ſuffragiorum ſpiri
tualiter ſuſtentať. Sed pro certo leones, ideſt de
mones ei non poſſunt nocere, immo ab ipſo lacu
ideſt a purgatorio: a rege, ideſt a deo liberatur: ⁊
ad aliam gloriam ſublimatur, ſcilicet ad gloriaꝫ
paradiſi. Alij autem in lacum, ideſt in infernum
ponuntur cum vxoribus ⁊ filijs, ideſt cum fauto-
ribus ⁊ imitatoribus ſuis: vbi a leonibus, ideſt a
demonib⁹ deuorantur ppetuo, ⁊ ſup eū rugierūt
leones. Et ſic inuidi et homicide alijs credunt,
ſibijpſis nocent: et alijs pficiunt ⁊ valent. ¶ Uel
dic ſpiritualiter per modum exempli: quando Aliter
quis per inuidiam procurat alteri maliciam,
tranſit ſuper ipſum, ⁊ idem preiudicium ſepe in-
currit quod alijs intētabat, ſicut patet de amā ⁊
Mardocheo. Unde dicitur. Qui fodit foueā, in-
cidit in eam. Ps.16.d

## ¶ Capitu. vij. Textus.

Anno primo Bathalaſar regis baby-
lonis, daniel ſomnium vidit. Moralita
tum Capitulum vj.

DAniel vidit in
medio maris quatuor ven
tos pugnare: ⁊ ſtatiꝫ beſtie
grandes de mari pariter
aſcēderunt inter ſe diſſimi
les ⁊ feroces ⁊c. ¶ Mare
quod eſt iſcrutabile, eſt cor D
hominis. Hiere. Quatuor Morali-
vēti ſunt quatuor affectio tas.
nes: ſcilicet ſpes, timor, gaudiuꝫ, ⁊ dolor: ⁊ iſte in- Hiere.17.b
ter ſe pugnant: qꝛ in corde hominis ſemp eſt pu-
gna inter iſtas affectiones ⁊ paſſiones. Ideo be-
ne dicitur in proſa. Cōfuſa ſunt hec omnia, ſpes,
timor, gaudium, ⁊ dolor. Et ideo ſepe accidit ꝙ
poſt iſtos ventos, ideſt poſt huius mundi confli-
ctū ſequuntur quatuor beſtie fortes et diuerſe,
ideſt quatuor peccata mortalia. Nam ex ſpe ſe-
quitur preſumptio, ex timore deſperatio, ex dolo
re obſtinatio, ⁊ ex gaudio luxurie corruptio: ⁊ ſic
cor humanū ex iſtis quatuor ventis/ideſt beſtijs
diſſipatur. Unde in Prouer. Cogitationes varie
verſantur in corde viri. Ideo dicitur. A corde Pū.19.c
quatuor oriunť. ¶ Uel dic ꝙ quatuor venti ſunt Eccli.37.c.
ſuperbi nobiles. Beſtie ſunt crudeles inferiores: Aliter
q̇ iō quatuor dicunť, pro eo ꝙ in quatuor mun-
di partibus collocanť. Iſti igiť inter ſe pugnant
⁊ per rixas ac diſcordias iugiter ſecum certant.
Uñ dicitur. Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. Proū.13.b
¶ Daniel vidit quandā beſtiam leene ſimilem: et Eodē.c.a.
habebat alas ſicut aquile: ⁊ ſublate ſunt ale eius

⁊ ipſa ſublata eſt de terra:⁊ ſuper pedes quaſi
Moralitas. homo ſtetit:et cor eius datum eſt ei. ¶Beſtia ſi=
gnificat ſuperbum:et ideo dicitur ſimilis leene:
que eſt beſtia ſuperbiſſima:quia ſuperbi huius
E mundi ſunt crudeles more leonis/pauperes de
uorando:ſicut pꝫ de militibus/officialibus et
balliuis. Iſti quoꝗ habent alas aquile:per quas
in altū vehunt̄.i.altas perſonas ⁊ nobiles:per
quas frequenter ſublimantur/promouent̄ ⁊ ho=
norantur, ſicut videmus:qꝛ nō eſt ita modicus
balliuus vel vſurarius : quin habeat maiorē in
curia vel patria/qui ipſum ſubleuet ac ſuppor=
tet. Iſti aūt aquile dicunt̄ ſimiles:qꝛ tales mali
maloꝝ̄ fautores ad modū aquile per rapinas
Hie.2.G viuūt de ſanguine alieno. Hiere. In alis tuis in
uentus eſt ſanguis pauperū ⁊ innocentū. Alios
eñ malos nō ſuſtinerēt/niſi inde ſanguinē emū=
gerent:⁊ de eoꝝ̄ rapinis emolumentū haberēt.
Job.39.d Job. Pulli aquile lambunt ſanguinē. Sed quid?
Sepe accidit qꝺ ale iſte a talibꝰ euellunt̄/qñ ho=
mini per mortem ſubtrahūtur. Iſti etiā ſui ami=
ci vel fautores ſibi per aliquod infortuniū aufe
ferunt de terrena dignitate ⁊ proſperitate:quā
ſuper alios obtinebāt. Et ſuper pedes quaſi ho
mo ſtant:hoc eſt dictu/ꝙ ipſi cadunt a ſtatu ſuo
ad terram.i.ad pauperem ſtatum/ita ꝙ ſi erant
equites/fiant pedites. Ideo dr/ꝙ cor eius datū
eſt ei:qꝛ tunc tēporis redeunt ad cor ſuum/⁊ co=
Eſa.46.c gnoſcunt quid ſunt,⁊ vnde ſunt:et quid eſt mū=
di proſperitas,quam ſic perdūt. Eſa. Redite p̄=
F uaricatores ad cor:recordamini prioris ſeculi.
Sicut eñ videmus qñ inferiores perdunt alas
ſuas.i.fautores ſuos:q̄ eos in prelatoꝝ̄ curijs
ſuſtinebant:ipſi ſolent ſimiliter de terra tolli:⁊ a
ſtatu vel officio/vel ſaltem reputatiōe tolli atꝗ
Zach.13.c deponi. Zach. Percutiam paſtorem/⁊ diſpergen=
Aliter. tur oues gregis. ¶Vel dic ꝙ poſt mortem ami=
corum ſuorum ⁊ alarum ſuarū euulſionē,ipſi
ſimiliter de terra per mortem tolluntur/⁊ ad in
fernum pedes ire compelluntur:vbi cor eorum
id eſt triſticia ⁊ deſperatio ſibi datur:⁊ peniten=
Hiere.8.f tia de male actis ſi poſſent. Hiere. Dolor meus
Aliter. ſuper dolorem : in me cor meum merens. ¶Vel
ꝙ dic leena que eſt beſtia ita luxurioſa,qꝺ cum
pardo fornicatur quod eſt animal pictum:ſigni
ficat mulierem adulteram, que cum pictis et
pulchris iuuenibus fornicatur:⁊ leoni.i.mari=
to proprio fraudem facit. Ale igitur iſtius ſunt
gratie per quas eleuatur ⁊ ſuperbit,ſcilicet pu
chritudo,nobilitas,potentia,et voluptas. Sed
quid? Vere iſte ale primo ſubtrahuntur ei : qꝛ
ſcꝫ ſua pulchritudo per ſenectutem deficit:ipſa
tandem de terra viuentium tranſit:⁊ ſuper pe=
des ſuos tota nuda in ſuis naturalibꝰ relicta,
Eodē ca.b in inferno cogitur ſtare:⁊ cor eiꝰ datur ei perpe
tua triſticia lamentari. ¶Secūda beſtia quam
vidit daniel,erat ſimilis vrſo. Ecce(inquit)alia
beſtia ſtetit ſimilis vrſo in parte : ⁊ in ore eius
tres dentium ordines : ⁊ in dentibus ſuis erant
tres principes qui dicebāt ei:ſurge,comede car
Moralitas. nes plurimas. ¶Beſtia pōt ſignificare p̄ncipes
G malos ⁊ prelatos:qui reuera vrſo(qui mel ſum
me diligit)ſunt ſimiles:qꝛ ſcꝫ mel.i.dulcorem vo
luptatum ⁊ deliciarum diligūt:⁊ vellus hirſutū
diuitiarū gerūt. Nā ſicut vrſus apes inquietat:
tales inimicos pauperes per rapinas vt mel:id
eſt ipſorum bona rapiunt et euellunt. Iſti ha=
bent os magnum:id eſt magnam curiā ⁊ hoſpi=
tium ſeu clauſtrum et monaſterium : vbi ſunt
plures dentes:id eſt plures perſone in tribꝰ or=
dinibus.i.pluribus officijs/diſtinctionibus/ſta=
tibus/gradibus ordinate:quidam ſuperiores/
quidam mediocres/ alij inferiores/ ſed in iſtis
dentibus et ordinibus ſunt tres principales dē=
tes : id eſt aliqui magni in officijs ſuperiorum
gratijs excellentes : quia principes in ſuis cu=
rijs ⁊ officijs/prelati in ſuis hoſpitijs ſemꝑ ha=
bent aliquos fautores:per quos regunt̄ et ordi
dinantur. Sed quid dicunt iſti beſtie:iſti conſi=
liarij/fautores ⁊ magiſtri? Pro certo non dicūt
eis qꝺ regant bene terram ſuam:vel qꝺ faciant
iuſticiā:vel ꝙ ab iniquitate caueāt:ſed ipſi dicūt
eis:ſurge/comede carnes plurimas : hoc eſt di=
ctu. Deuora ſubditos:excoria,rape,comede car
nes:id eſt ſubſtantias aliorum. ¶Vel dic qꝺ iſta Aliter.
beſtia eſt infernus : qui eſt ſimilis vrſo,quo ad
voracem inſatiabilitatē:habet tres ordines dē=
tium,id eſt tres differentias mordacium tormē=
torum:ſcꝫ limbum,purgatorium ⁊ baratrū. Iſti
enim dentes dicunt inferno,quod deuoret car= H
nes plurimas:quia iſta tria loca deuorant ho=
die quaſi omnes perſonas:quia baratrum de=
uorat damnatos:limbus pueros non baptiza=
tos:purgatorium penitētiam acturos. Unde in
Prouer. Tria ſunt inſatiabilia. ¶Vel dic ꝙ fe= Prouē.30.b
rox vrſa que nulli parcit:⁊ que duas alas habe= Aliter.
re dicitur,eſt mors:cuius ale ſunt due.ſ.infirmi
tates ⁊ caſus:que mortē faciūt vndiꝗ euolare:
et ad loca varia ſe transferre. Iſta enim tres ha
bet ordines dentium,ſtatuum ⁊ locorum:para=
diſum,purgatoriū ⁊ infernū:⁊ forte ibi ſunt p̄n=
cipes tres:ſcilicet minores angelorum ordines:
qui morti caſibus,infirmitatibus ⁊ actibus ho
minum preficiuntur ſm̄ aliquos ſanctos : et iſti
pro certo dicunt morti. Surge,comede carnes
plurimas:quia iſti principes angeli ordināt ſm̄
occultam dei prouidentiam de quolibet,quādo
quomodo,⁊ quare ⁊ vbi:in quo iſtorum trium
ordinum locandus ſit quilibet cum morietur.
Ideo de morte dicit Pſal. Ad te omnis caro ve Pſ̄.64.a
niet. ¶Vel dic quod beſtia eſt chriſtus : qui fuit Aliter.
ſimilis vrſo:id eſt peccatoribus in parte,quan=
tum ad naturam,non quantum ad vitia. Tres
ordines:id eſt tres nature in vna perſona : ſcilꝫ
diuinitas,corpus ⁊ anima. Tres principes ſunt
tres ſtatus eccleſie qui per noe daniel et iob in
telliguntur:continentium,coniugatorum ⁊ vir Eze.14.c
ginum:qui dicunt chriſto per orationem : quod
ipſe comedat:⁊ eos ſibi incorporet et vniat per
fidei ſacramentum carnes plurimas,ſcilicet ho
mines huius vite:vt fidelibus adiungantur in
corpore chriſti miſtico:iudei,heretici,ſaraceni: A
⁊ per penitentiā reprobi chriſtiani. Pſal. Exau
di orationē meā:ad te oīs caro veniet. ¶Vel dic Pſ̄.64.a
ꝙ iſta beſtia vrſina eſt vaniloquus : habēs tres Aliter.
ordines dentiū,id eſt tria genera verborum in
ore:ſcꝫ detractionē,iactantiam et blaſphemiā:⁊
iſti deuorant carnes plurimas,qꝛ iactantia de=
uorat carnes proprias:detractio carnes proxi=
mi:blaſphemia carnes chriſti. V de ſupra de mā
ticora li.de animalibꝰ. ¶Tertia beſtia q̄ſi par= Eodē ca.b
dus habebat quatuor alas auis et quatuor ca=
pita:et habebat poteſtatem magnā. ¶Pardus
coloratus ⁊ preceps,eſt hypocrita:qui ꝗuis ſit Moralitas.
coloratus in conuerſatione picta et ficta;tamen
preceps eſt ad ſanguinem,id eſt ad luxuriam et
peccatum: ⁊ iſte habet plures alas et capita.i.
plures modos decipiendi:⁊ iſto modo aliqui ac
quirunt poteſtatem, honorem et reputationē.
¶Vel dic quod beſtia cuius quatuor ale,ſunt Aliter.
quatuor affectiones:quatuor vero capita ſunt
quatuor principalia crimina ex ipſis orientia
⁊c. ſicut ſupra ca.iiij. ¶Vel dic quod pardus eſt Aliter.
vir perfectus : qui habet pellem pictam hone=
ſte conuerſationis:⁊ iſte habet quatuor capita
id eſt quatuor principales virtutes:ſcilicet iu=
ſticiam,prudentiam,fortitudinem,⁊ temperan=
tiam. Habet etiā quatuor alas.i.quatuor affe=

b ctiones bene ordinatas.ſ.ſpem/timorē/gaudiū
et dolorem:cum quib⁹ volat ſurſum ad celeſtia
contēplando:ꝛ ideo poteſtas ei daē in celo et in
terra. In terra dico ad tēpalē ꝓmotionē: in celo
vero q̄tū ad celi beatificationē. Et debēt cōue-
nire capita cū aliis:q2 gaudiū d3 habere tēpera-
tiā/dolor prudentiā/ſpes iuſticiā/timor fortitu
Eze.i.b dinem. Ezech. Quatuor facies vni ꝛc. ¶Quarta
Eodē ca.b beſtia erat terribilis et fortis nimis diſſimilis
aliis,ꝛ habebat dētes ferreos:ꝛ comedebat ꝛ cō
minuebat/ꝛ reliqua pedibus cōculcabat:ꝛ capi
Moralitas. ta habebat decē. ¶Iſta ſignificat mūdi diuites
ꝛ tyrannos:qui propter ſuam malā vitā quam
plerīq3 ducunt:ſunt terribiles et aliis diſſimiles
xp̄ianis:vt de quolibet dicatur illud Sap. Gra-
Sap.ii.c uis eēi eſt nobis etiā ad videndū: qm̄ diſſimilis
eſt nobis vita ei⁹. Decē capita ſunt decē capita
lia vitia:que opponunē decē preceptis. Apoca.
Apo.13.a Habebat capita ſeptē ꝛ cornua decem. Dentes
iſtorū ſunt eorū officiales ꝛ balliui:qui dicūtur
dentes a demendo:q2 iſti ſunt rapaces et auare
nature q̄ aliis demunt et ſubtrahunt quicquid
poſſunt. Et iſti dicunē ferrei/propter durā cru-
delitatem:ſunt magis fortes quo ad diuitias ꝛ
quo ad potentiā ſecularē intantū q̄ nullus pōt
cōtra eos preualere:ꝛ ita ille beſtie.i.principes
potentes/mediantibus ſuis dentibus:id eſt ſuis
coadiutoribus:hodie oīa deuorant ꝛ cōfundūt:
ꝛ illud qḋ non poſſunt conſumere,ſc3 illos con-
tra quos non poſſunt preualere:vilipendunt et
deſpiciunt:capita habent plura,id eſt plures di
C gnitates,villas ꝛ caſtra. ¶Uel dic q̄ iſta beſtia
Aliter. ſunt cauſidici,balliui ꝛ officiales:ꝛ tales dentes
ꝟtute,quorū/demūt bona alioꝝ,ſunt pncipes ꝛ
prelati:cum quibus ſunt:ꝛ per quorum virtutē
faciunt multa mala. Nam habent dentes ſuper
eos.i.dn̄os magnos et magiſtros:ſub quorum
vmbra ipſi deuorant oēs alios circūſtātes/per
auariciā ꝛ rapinā:ꝛ illud q̄ nō pñt ſuppeditare,
conculcāt pedib⁹.i.contēnunt ꝑ ſuperbiā mētis
Iſti hn̄t hodie plura capita.i.dignitates ꝛ pre-
ps.72.b bendas. ps. Ipſi peccatores in ſeculo ꝛc. ¶Ap-
Eodē ca.b paruit quedam beſtia mirabilis ꝛ terribilis,for
tis et magna habens capita ſeptē ꝛ cornua de-
cem:ꝛ inter omnia iſta cornua ortum eſt vnū cor
nu modicum: habens oculos quaſi oculos ho-
minis:ꝛ hic loquens grandia: ꝛ a facie eius tria
de aliis cornua ſunt euulſa:ꝛ iterum creuit illud
cornu:cū quo bellū faciebat cōtra dei ſanctos ꝛ
ꝑualebat:et reges terre humiliabat. Putauit q̄
poſſet mutare tempora ꝛ reges:ſed tandem an-
Allegoria. tiquus dierū venit:ad iudiciū ſedit:ꝛ poteſtas
iſtius eſt ablata. ¶Si vis expone allegorice:ſi-
cut expoſuit gloſſa de antichriſto:ꝛ dic q̄ beſtia
eſt regnū romanū. Decem capita ſunt decem re-
gna:cornua ſunt reges:cornu modicum eſt an-
tichriſtus:contra deum loquens grādia,reges
ſubiiciens,oculos clari intellectus habēs. Iſte
D eni cōtra ſanctos pugnabit:ꝛ ꝑualebit ad tem-
pus:ſed tamē finaliter veniet antiquus dierum
Moralitas. chriſtus ad iudiciū:et ceſſabit ei⁹ poteſtas: ſed
de hoc nihil ad preſens. ¶Sed expone morali-
ter,et dic q̄ beſtia eſt princeps vel prelatus ma-
gnus et fortis:habēs plura capita.i.plura loca
capitalia,villas ꝛ caſtra:cornua ſunt principes,
balliui ꝛ officiales ſui:mediātibus quibus aliis
cornu impetit et deterret:ſed aliquādo accidit
q̄ oritur inter eos vnum cornu modicum.i.vna
modica et parua perſona:que primo eſt in par-
uis officiis que tamen oculos ſue clare diſcre-
tionis,cautelarum et cauillationis habet:ꝛ pro
pterea laqueo ſue eloquentie.i.iactantie et adu
lationis,minarum et elationis ipſe preualet cō-
tra alios:et maxime contra ſanctos ꝛ iuſtos: et
ſuppeditat tres vel plures:et aliū officiales a fa
cie eius euelluntē et deponuntur de ſuis officiis:
et quandoq3 fauente fortuna intantū creſcit in
mūdi proſperis: qḋ dei ſanctos vel pauperes
religioſos,et alios ſe meliores cōcutit ꝛ concul-
cat. Deum contēnit:reges terre.i.nobiles ꝛ po-
tentes humiliat ꝛ affligit: vt patet de iſtis qui
ſunt cū regibus et prelatis:de quibus dicit apo
ſtolus. Deū nō timēt:et cunctis hominibus ad- i.theſ.ii.b
uerſanē. Sed finaliter venit xp̄s antiquus dierū:
et vocat eos ad iudiciū per mortem ſubitam:et
ſic eorum poteſtas deficit. Ideo de tali cornu di-
cit pſal. Cornua peccatorū cōterenē. ¶Uidit da ps.74.b
niel q̄ throni poſiti ſunt:et antiquus dierum ſe- Eodē ca.c
dit:veſtimentū eius,quaſi nix:capilli eius quaſi E
lana mūda:thronus ei⁹ quaſi flāma ignis: rote
ei⁹ ignis accēſus:fluui⁹ igneus rapiduſq3 egre-
diebaē a facie eius:et libri aperti ſunt: ꝛ iudiciū
factum eſt:ꝛ tunc omnium beſtiarum ablata eſt
poteſtas:et filio hominis ſibi preſentato dedit
antiquus dierum poteſtatem/regnum,gloriam
et honorem. In iſtis verbis deſcribitur iudicis
vel iudicii ſtatus:quia pro certo in throno/id eſt
in prelatione ꝛ poteſtate iudiciaria non debet
ſedere niſi antiquus/id eſt homo ſapiens ꝛ ma-
turus:qui debet habere capillos.ſ.interiorem
affectionem:et veſtimentum/id eſt exteriorem
conuerſationem/albam et mundam ſanctam et
puram:caſtam et honeſtam/et immunē ab omni
affectione et acceptatione munerum et perſona
rum quaſi nix:et quaſi lana albi capilli eius:da
to q̄ hodie multi ſeſſores et iudices ſunt contra
rie cōditionis. Unde dicitur. Uidi ſtultum in di- Eccle.10.b
gnitate ſublimi:thronus eius.i.autoritas rote
circa eum. Uoluentes/id eſt miniſtri ſui volubi-
les et apti ad obediendum:debent eſſe igniti/id
eſt feruentes et charitatiui:vel ignei/id eſt rigi-
di ad malos puniendum/ꝛ iuſtos promouendū:
et ideo fluuius igneus rapidus/id eſt extenſio
et ſententia aſpera ꝛ rigoroſa a facie eius debēt
contra ipſos emanare:quia nullum debet time-
re quin per iuſticiam et rigorem faciat iudiciū F
equitatis. Apl's. Facit miniſtros ſuos flāmam Hebre.i.c
ignis. Hic debet habere plures miniſtros: quia
iudicium nō debet fieri niſi corā pluribus aſſi-
ſtentibus ꝛ cōſiliariis. Libri debent eſſe aperti:
quia ſm̄ qḋ in libro legum et canonum inueni-
tur ſcriptum/debent procedere:ꝛ filio hominis.
i.bonis notabilibuſq3 perſonis finaliter debent
dare poteſtatem/gloriā ꝛ honorē. Beſtiarū autē
i.ferociū iniquorū ratione carentiū debent au-
ferre et reprimere poteſtatem. Deut. Quē iniu- Deut.25.a
ſtum videris/condēnabis:quē vero iuſtū vide-
ris/victorie palmā dabis. ¶Uel dic ecōtrario/q̄ Aliter
in throno ꝛ in dignitatibus ſeculi ſedētes pre-
lati et iudices ſunt hodie in tāta pōpa q̄ habēt
milia miliū miniſtrantiū ꝛ aſſiſtentiū:ſed ipſe ro
te ꝛ miniſtri ſui ſunt ignei per rapinam et exco-
riationem:etiam fluuius.i.rigor crudelitatis et
rapine a facie taliū egreditur in ſubditos vnde
quaq3 Iohe. Ante faciem eius ignis vorax. Iohel.ii.a

## ¶Cap'm viii. Textus.

**Anno tertio regni baltaſar regis vi-
ſio apparuit mihi. Morali. Cap. vii.**

CUm eſſet Da-
niel in regione Helam: vidit
ſe eſſe ſuper portam vlay. Ui-
di inquit/et ecce aries vnus
habens duo cornua:et vnum
cornu maius alio: qui corni-
bus ſuis ventilabat ꝑ omnes

B mūdi parteſ:ꝛ nullus poterat ſibi reſiſtere:fe-
citq; ſm volūtatē ſuā:ꝛ magnificatus eſt. Tunc
venit hircus caprarū ab occidente:habens cor-
nu inſigne ante oculos vndiq; vētilās:ꝛ efferat⁹
eſt in arietē:ꝛ cōminuit cornua ei⁹:ꝛ null⁹ pōt li
berare arietem de manu eius:tñ in fine cornu il-
Moralitas. lud magnum fractum eſt conſumptūq;. ¶Aries
iſte ſignificat aliquem religioſum/ſimplicem/et
maturū:vel quencūq; virū bonū ꝛ honeſtū: qui
q̄ꝗ habet duo cornua.ſ.ſcientiam vtriuſq; te-
ſtamenti.Uel duo cornua,id eſt ſcientiā natura-
lem/et affluentiā tēporalem.Uel duo cornua.i.
mitram,q̄ꝛ forte eſt epiſcopus vel cornutus,vel
duo officia.ſ.duplicē iuriſditionē/id eſt ſpiritua
lem ꝛ temporalem: quia cornua in manu eius.
Abacuk. Abacuk.Iſte q̄ꝗ fauente fortuna magnificaſ ꝛ
3.a creſcit/per potentiam ſecularem:intantū ꝙ non
inuenit ſibi reſiſtētē:ſed ſepe accidit ꝙ venit hir-
cus/id eſt vilis ꝛ inſufficiens perſona: que tan-
tūmodo habet vnum cornu.i.vnum officiū:qui
pugnat contra prelatum:ꝛ preualet contra eū:
ꝛ frangit cornua potentie ei⁹:ꝛ regnat loco ei⁹/
ſic ꝙ nullus poteſt ſibi reſiſtere in vna poteſta-
Abacuk. te.Unde dicitur.Impius preualet aduerſus iu-
1.b ſtum ꝛc.Sed tñ in fine frangitur cornu eius:id
eſt eius poteſtas:quia ſepe accidit/ꝙ qui frege-
runt aliorum poteſtates poſtq̄ diu regnauerūt
b ꝛ mundum tribulauerunt:ita ꝙ nullus eis po-
terit obuiare:finaliter cōfringuntur:ꝛ per mor-
Eſa 30.c tem ſubitam moriuntur.Eſa. Subito dum non
Aliter. ſperatur venit contritio eius ꝛc. ¶Uel dic ꝙ
hircus fetidus eſt aliquis luxurioſus ꝛ immū-
dus:qui q̄ꝗ habet vnum cornu inſigne/ ſcilꝫ
generis nobilitatē/vel ſeculi dignitatē ꝛ ptātē.
et hoc inter oculos,q̄ꝛ ſcꝫ iſte pre oculis ſemꝑ
hꝫ p̄ſumptionē ꝛ ſuperbiā,vel aliquod bonū ſi
ſeipſum habet. Iſte igitur pugnat contra arie-
tes cornutos.i.contra predicatores humiles/ꝛ
Aliter. eos conterit:et tamen finaliter ipſe perit. ¶Uel
dic quod aries eſt predicator/cum cornu du-
plicis teſtamenti: cui nullus reſiſtit:ſed vndiq;
circuit predicando: ſed quandoq; venit hircus
fetens/id eſt peccatum luxurie:quod quandoq;
Aliter. ei preualet:et ſuam deſtruit poteſtatem. ¶Uel
dic quod aries eſt diues aduocatus cum pluri-
bus cornibus/id eſt officiis ꝛ dignitatibus:qui
intantum proſperantur in terra/quod per ra-
pinas ꝛ exactiones omnes vicinos conturbat:
ita quod nullus poteſt ſuis maliciis obuiare:
ſed in occidēte mortis venit hircus fetidus/id
eſt diabolus:qui circa tales effrenatur per mor-
Aliter. tem temporalem. ¶Uel hircus/id eſt mors quā
comitatur fetor:et horror eos confringit per
damnationem eternam:ita quod nullus eis am
Treñ.1.a plius ſuffragatur:quia omnes amici eius ſpre-
uerunt eam inter anguſtias. Et iſte hircus ſci-
A licet diabolus habet vnum cornu/ſcilicet excel-
lentiam nobilitatis naturalis qua pollet: quia
Job.41.d nō eſt poteſtas ſuper terram que cōparetur ei.
Eodē ca.c Quam habet ſemper per ſuperbiā ante oculos
mentis et imaginis ſue. ¶Daniel vidit vnum
modicum cornu quod factum eſt magnum: et
tunc videns ſe fortificatum,inſurrexit cōtra ſtel-
las:et deiiciebat eas in terram contra ſanctua-
rium dei:et conculcauit illud ꝛ magnificatus eſt
in fortitudine celi:ꝛ proſtrata eſt veritas in ter
ra. ¶Tales ſunt multi qui primo ſunt modici
q̄tum ad dignitates,proſperitates et diuitias:
vt forte quia ſunt de humili plebe,et in paruo
ſtatu:tandem tamen fiunt grandes:quia ipſi di
tantur et magnificantur;et tunc ipſi inſurgunt
contra deum per vitia ꝛ peccata:et ſtellas ꝛ ſan
ctuarium.i.dei ſanctos perfectos: religioſos:
vel ſanctuariū.i.religionem per rapinas ꝛ exa-
ctiones deſtruūt ꝛ cōculcant:ita ꝙ ad literam ꝑ
taliū fraudes ꝛ malicias fortitudo celi.i.eccleſie
impugnaſ:ꝛ veritas deprimiſ.Uñ Eſa. Corruit Eſa.59.c
in plateis veritas ꝛc. ¶Daniel ſe aſſerit vidiſſe Eodē.c.b.
hircū,q̄ vētilabat ꝑ quatuor partes celi:ꝛ ꝙ nul-
la erat beſtia q̄ ſue poſſet reſiſtere volūtati:verū
tamen cornu eius inſigneq̄ ꝺ habebat,ante ocu-
los fractū eſt:ꝛ quatuor loco illius ſurrexerūt.
¶Iſtud expone ſicut libro de animalibus capi- B
tulo de angue,vbi agitur de hydra:cuius abla-
to vno capite duo ſurgebant.

## ¶Capitulū x. Textus.

### Anno tertio regni Cyri regis Perſa-rū,verbum reuelatum eſt. Moralitatū Capitulum viij.

Vidit Daniel: et
ecce vir vn⁹ veſtit⁹ lineis:ꝛ re-
nes ei⁹ cincti auro obrizo:cor-
pus ei⁹ q̄ſi chryſolit⁹:facies ſi
cut ſpecies fulguris:oculi vt
lampas ardēs:brachia eius ꝛ
q̄ deorſum erāt q̄ſi ſpēs eris cā
dētis:ꝛ vox ſermonū ei⁹ quaſi vox multitudinis: Moralitas
¶Iſte eſt vir ꝑfectus,q̄ veſtitus dꝫ eſſe lineis.i.
candore puritatis in cōſciētia.Renes eius,ideſt
actus ꝛ motus renū dꝫ eſſe cinctus ꝛ reſtrictus
fulgore caſtitatis i apparētia:ꝛ ꝯuerſatio dꝫ eſſe
aurea ꝛ honeſta,ꝛ maxime quo ad renes,ideſt q̄
ad actus veneris:corpus eius.i.intentio dꝫ eſſe
chryſolitus.i.ꝓcioſa ꝛ ſctā.Facies eius.i.affectio
dꝫ eſſe ſicut fulgor per ardorē charitatis.Oculi
cordis ſui ſicut lāpas,ꝑ ſplendorē diſcretionis ꝛ
ſublimitatis.Brachia eius.i.virtus dꝫ eſſe erea,
ideſt ſonora ꝑ ſonorā p̄dicationē,ꝛ ꝑ meritorū ope
rationē:ꝛ candēs ꝑ colorem ſuperne charitatis. Mat.17.a
Uñ dicit.Ueſtimenta eius alba ſicut nix.Sic igiſ
ꝑfect⁹ eſt lineus quo ad puritatē,aure⁹ q̄ ad ho- C
neſtatē,chryſolith⁹ q̄ ad ſanctitatē,fulgure⁹ quo
ad charitatē:lāpadeus quo ad ſciētie claritatē:
ereus quo ad bonorū operū diuturnitatē:q̄ꝛ es eſt
metallū durabiliſſimū.Uñ de tali viro poteſt dici
illud,Zacha.Ecce vir oriens nomen eius. Zach.6.b

## ¶Capitulum decimūter

### tiū Text⁹. Erat vir habitās in Babylone:ꝛ nomē eius Joachim. Moralitatū Capitulum ix.

Ingreſſa eſt Su
ſāna pomeriū viri vt illic recrea
reſ ꝛ lauareſ.Emiſit aūt puel-
las,ꝛ remāſit ſola:ꝛ ſtatiꝫ affue-
rūt duo ſeniores iniqui,q̄ ipſā
voluerūt maculare:ſꝫ q̄ꝛ nō cō-
ſenſit eis,ꝑhibuerunt teſtimo-
niū adulterii contra ipſam.Que cum duceretur
ad mortem:affuit Daniel,qui probauit eos men
daces:ꝛ ſic Suſannā liberauit,ꝛ ſenes ad ſuppli
ciū condēnauit. ¶Suſanna eſt anima.Uir eius ē
chriſtus.Uiridariū chriſti eſt religio.Aqua que Moralitas
eſt ibi,eſt fons deuotiōis.Unguētū quod eſt ibi
eſt dulcedo conſolationis.Ancille anime ſunt
gratie ꝛ virtutes.Duo ſenes ſunt mūd⁹ ꝛ diabo
lus.Daniel ē prelat⁹,preſbyter vel ſacerdos.Ac D
cidit igitur ꝙ Suſanna.i.anima chriſtiana ve-
nit ad viridarium viri ſui chriſti.i.ſtatum ſue re
ligionis,vt ibi recreetur,ꝛ lauetur: et vt ibi
aqua deuotionis ꝛ lachrymarum a cunctis ſor-

dibus ⁊ vitijs abluat, ⁊ vnguento diuinarū gra-
tiarū ⁊ cōſolationū ſpūaliter inungat. Sed qñqꝫ
accidit, ꝙ iſta a ſe emittit ancillas. i. virtutes ꝓ
aliqua peccata que cōmittit in religiōe: ⁊ ſola ſi-
Luc. 10. g ne virtutibus vult remanere. Unde dicitur. So-
roꝛ mea reliquit me ſolā miniſtrare. Et tunc ve-
re inſurgunt ſtatim aduerſus eam duo ſenes. ſ.
mundus ⁊ diabolus: qui tentant eā: ⁊ volunt ꝙ
miſceatur cū eis ꝑ vitia ⁊ peccata: ſcꝫ cū mūdo ꝑ
auaritiam ⁊ luxuriā: cum diabolo ꝑ ſupbiā, irā ⁊
inuidiam: qꝛ tunc eſt ſola: ⁊ non habet adiutoriū
gratie dei. Sed quandoqꝫ dei auxilio fit, ꝙ ipſa
ſcꝫ anima reſiſtit, ⁊ non conſentit: ⁊ tunc iſti duo
ſenes, ſcꝫ diabolus ⁊ mundus, imponunt ſibi et
pꝛocurāt quicq̄d mali poſſunt, tribulationes et
laboꝛes. Ueruntamē dei iuuamine ⁊ opere Da-
nielis, ideſt conſilio ſacerdotis, ipſe euadit: nec
Pſ. 119. a perit manibus eoꝛundem. Pſal. Ad dominū cum
Aliter. tribularer clamaui ⁊c. ¶Uel dic ꝙ pomerium eſt
mundus: vbi eſt iam vxoꝛ Joachim dei patris: q̄
dum credit mundi voluptatibus vti, a qua et vn
guento. i. mundi pꝛoſperis: emittit ancillas, ideſt
virtutes: ⁊ ſic ſenes, ideſt caro ⁊ mundus tentāt
eam, ſcilicet caro de luxuria, de ſuperbia demon:
⁊ tunc ipſa eſt in periculo moꝛtis eterne, niſi cla-
E met ad dominum per confeſſionem ⁊ oꝛationem:
⁊ niſi a Daniele. i. a chꝛiſto per ſuam gratiaꝫ libe
Pſ. 118. m retur. Pſal. Me expectauerunt peccatoꝛes ⁊c.
Aliter. ¶Uel dic ꝙ Suſanna quia erat ſola, fuit in peri-
culo damnationis: et ideo bonum eſt ſemper ha
bere amicos ſecum ſocios bonos: ne pꝛopter ſo-
Geñ. 2. c litudinem ꝯueniant nobis mala. Unde dicit. Non
Aliter. eſt bonum hominem eſſe ſolū. ¶Uel dic ꝙ ſenes
ſunt iuuenes moderni: qui ſi ſit aliqua ꝑſona in
viridario. i. in iuriſditiōe ſua, que coꝛam eis ha-
beat negocia, niſi eis ſit fauoꝛabilis, ⁊ niſi eoꝛū
faciat voluntatem, eis applaudendo, vel munera
pꝛeſentando: vere nō timent ſententiare contra
ipſam. Ueruntamen Daniel, ideſt chꝛiſtus in fine
Mat. 7. a ipſos crudeliter condemnabit. In quo enim iu-
Ca. xiiij. a dicio iudicaueritis, iudicabimini. ¶In Babylo
ne erat idolum nomine Bel: quod rex et populꝰ
colebant: ita ꝙ rex infinitam quantitatem cibo-
rum cōtinue tradebat ſacerdotibus Belis vt po
nerent coꝛam Bele: qui fingebant ꝙ oēs cibos no
cte qualibet deuoꝛaret. Illi autem fecerāt mea-
tus ſubtus terram: per quos ipſi, vxoꝛes ⁊ filij
ingrediebantur: qui omnia deuoꝛabant. Daniel
autem hoc volens pꝛobar, occulte pauimentum
cinere ſuperſparſit: et ſigillo regis oſtium ſigilla
uit. De nocte autem per occultos meatus ſacer-
dotes cū vxoꝛibus ⁊ paruulis venerunt: ⁊ que
F poſita fuerant comederunt: ita ꝙ in cinereo paui
mento veſtigia viroꝛum, mulierum et paruuloꝝ
apparuerunt: ⁊ ſic ipſoꝛum malicie ſunt reperte
ita ꝙ eos rex ⁊ babylonij punierunt, ⁊ idolum
deſtruxerūt. ¶Babylon que interpꝛetatur con
Moꝛalitas fuſio, eſt mundus plenus cōfuſione. Bel eſt chꝛi
ſtus: quia bel interpꝛetatur vetuſtas. Iſte autē
dicitur antiquus dierum. Iſte autem in templo
Dañ. 7. c ſancte eccleſie coꝛonatur: ⁊ tam a regibus q̄ a ce
teris populis adoꝛatur. Quid? Pꝛo certo reges
et populi tradunt a pꝛincipio maximas impen
ſas, cibos, redditus, poſſeſſiones ſacerdotibus
Bel. ſ. chꝛiſti ſacerdotibus et viris eccleſiaſticis:
vt ipſi Bel. i. chꝛiſtum in perſona pauperum per
eleemoſynas et in perſona pꝛopꝛia per deuotio-
nem nutrirent: ipſi vero fingunt et dicunt ꝙ Bel
omnia deuoꝛat et cōſumit. i. ꝙ oia in diuinis vſi-
bus conſumunt. Sed ipſi habent occultos mea-
tus, per quos tranſeunt et introeunt, ⁊ vxoꝛes
eoꝛum ⁊ filij, qui bona data eccleſie deuoꝛant
et conſumunt. Et ideo ſicut Daniel pꝛoiecit cine
rem in pauimento: ſic in craſtino apparuerunt

veſtigia viroꝛum, vxoꝛum ⁊ pueroꝛum: ⁊ ſic de-
pꝛehenſa eſt fraus eoꝝ: et ſic templum ⁊ ſacerdo
tes a rege ſunt deſtructi. ¶Sic vero cariſſimi in Moꝛalit
templo eccleſie apparent tot veſtigia iſtarum cō
cubinarum ⁊ filioꝛum eoꝛum: ꝙ iam quaſi publi
cum eſt: ita ꝙ ſacerdotes amodo non poſſunt di
cere, ꝙ talia bona a Bele deuoꝛātur. i. in dei vſi-
bus expendantur: quia planum eſt ꝙ in pompa-
rum ſuarum. i. in vxoꝛum, filiarum et concubina
rum vtilitatibꝰ expendant. Et ideo pꝛo certo ho
die rex et populus viſis hmōi fraudibꝰ, ſubtra- G
hit ei redditus ⁊ impenſas quas antiquitus de-
derunt: ⁊ templum eccleſie cum ſuis ſacerdotibꝰ
quantū poſſunt, deſtruunt ⁊ ſubuertūt. Ideo di-
citur. Uos ſacerdotes receſſiſtis de via, ⁊ ſcanda Malā. 2. b
lizaſtis plurimos in lege: irritum feciſtis pactū
Leui, pꝛopter qḋ dedi vos cōtemptibiles oibus
populis et humiles. ¶Uel dic ꝙ rex eſt Chꝛiſtus
cuiꝰ templum eccleſie intrant mulieres, infantes
⁊ paruuli, ideſt perſone ignoꝛantes: per vias oc-
cultas, ideſt occulte ⁊ ſimoniace per fauoꝛes et
dona: ⁊ hoc non vt ipſi ſeruiant deo: ſed vt ipſi co
medunt ⁊ habeant impenſas. i. tempoꝛales diui-
tias que ſunt ibi: modo autem oia ſunt ſigillata
ſigillo regis: qꝛ q̄diu durat vox huius vite, non
apparent merita perſonarum: ſed quando trāſ-
ibit vox huius vite, tunc apparebunt veſtigia
talium, tunc videbunt mala que modo faciunt,
et modos ſui ingreſſus: ⁊ tūc a rege chꝛiſto eter-
nis cruciatibus occidentur. Unde dicitur. Ui
dit gentes ingreſſas ſanctuariū ne intrarent ⁊c. Treñ. 1. d

¶Moꝛalitatum ſuper Danielem Finis.

## Moꝛalitatum Liber viceſimuſquintus ſuper Jonam.

## ¶Capi. j. Textus.

**Et factum eſt verbum domini ad Jonam filium Amathi. Moꝛalitatum Capitulum j.**

IOnas pꝓhe-
ta cui dominus pꝛeceperat
vt iret in Niniuen deſtru-
ctionem vrbis pꝛedicare,
voluit a facie domini fuge
re: ⁊ inuenta naui diſpoſuit
in tharſis nauigare. Uerū-
tamen cum eſſet in naui de-
ſcendit ad pꝛofundum na-
uis: ⁊ cepit ſopoꝛe graui doꝛmire: tēpeſtas autē
ꝓpter ipſum in mari ſurrexit, qꝛ nauē ⁊ nautā fe
re ſubmerſit: ſed nautis ad ſoꝛtes recurrentibꝰ,
⁊ ꝓpter quē tēpeſtas fieret ſciſcitātibus, cecidit
ſoꝛs ſuper Jonaꝫ. Qui ſtatim a ſomno euigilat:
⁊ cōperta cauſa in mare ꝓijcit: ⁊ ſtatim tēpeſtas
ſiſtitur ⁊ ſedatur. Dñs aūt cetū pꝛeparauit: qui
Jonā deglutiuit: ⁊ ipſum triduo in ſuo ventre vi
uentem, ⁊ deum oꝛantē tenuit: ⁊ tandem ad litꝰ
maris ipſum poꝛtauit: ⁊ euomuit. Qui tandem
pergens ꝓ niniuē mandatū dei ꝓloquit, ⁊ poſt qua-
draginta dies ſubmerſionem minat: que tamen
penitentiam faciens liberatur. ¶Iſta expoſuit Allegoꝛia.
chꝛiſtus allegoꝛice de ſeipſo dicens. Sicut Jo- Mat. 12. d
nas fuit in ventre ceti tribus diebus et tribus
noctibus ſic erit filius hominis in coꝛde terre.
Et ideo poſſumus dicere, ꝙ Jonas qui interpꝛe-
tatur colūba, chꝛiſtum piū, ſimplicem ⁊ colūbinū
ſignificat: qui ꝓculdubio ꝑ pꝛedicando in Nini-

nen.i.in mundū a patre mittit. Et q: tempeſtas
tribulationis ⁊ dānationis aliquo modo ceſſare
nequibat: a nautis, idest a iudeis de naui. i. de
hieruſalem eĳcit: ⁊ in mari.i.in mortis amaritu-
Matt.18.a dine damnat. Dicebāt enim iudei illud Matth.
Expedit vt ſuſpendat mola aſinaria in collo eiꝰ,
⁊ ſubmergat in mare ꝓ populo, vt non tota gēs
pereat. Iſtum igitur cetum piſcis immanis, ideſt
terra vorattix per ſepulturam abſorbuit, ⁊ ibi
triduo continuit: ſed poſt triduum per reſurre
ctionē euomuit: et tandem ciuitas huius mun-
di per penitentiam ſaluata extitit. Unde illud
Geñ.40.c Geñ. Tres adhuc dies ſunt per quos recordabi
tur Pharao miniſterĳ tui: et reſtituet te in gra-
dum priſtinū. ¶Uel dic ꝙ Ionas ſignificat quoſ
Aliter. dam diſcordes et litigioſos, a facie domini per
peccata fugientes: et in tharſis qđ interpretatur
explorans gaudiū.i. explorationē gaudiorū ſe-
Iob.34.c culi pro viribus nauigantes. Unde Iob. Quaſi
de induſtria receſſerunt a deo. Qui graui ſomno
peccati obruti, totam nauem.i.religionem, eccle
ſiam, ciuitatem vel patriam vbi degunt, tribulāt
⁊ turbant, tempeſtatem, diſſenſionem et exactio
B nem excitant ⁊ producunt. Sicut ad literam vi-
demus in clauſtris, de quibuſdam dyſcolis: de-
tractoribus, brigoſis et verboſis: qui nō ceſſant
diſcordiam ſeminare, ⁊ diſſenſionum ⁊ litiū cau-
ſa eſſe. Sicut enim dicitur. Semꝑ iurgia querit
Prouē.17.b malus. Sicut videmus de quibuſdā malis offi-
cialibus ⁊ brigoſis hoībus: quicꝫdiu viuunt, nō
poteſt eſſe pax in patria: ſed ſemper tribulatio
vel tempeſtas: et ideo ſemꝑ neceſſe eſt ꝙ ſors for
tune ſuꝑ tales finaliter cadat: ⁊ ꝙ ipſos ſua
iniquitas comprehendat: ⁊ ꝙ naute nauis.i. pre
lati vel rectores patrie ipſos de naui.i. de pro-
ſperitate ⁊ ſtatu deĳciant et deponant in mare,
ideſt tribulationum amaritudinem eos ponant:
et deuorandos ceto, ideſt demonibus vel malis
hominibus, et auſteris commiſſarĳs ⁊ balliuis
eos tradant: qui ſcilicet eos ad litus aridum.i.
ad paupertatis ſtatum euomāt ⁊ deducāt. Iſta
quotidie videmus de iſtis malis hominibꝰ mun-
dum tribulantibus, et in mundi proſperitate
dormientibus: quia finaliter deponuntur, et in
mare tribulationum ponuntur: et ceto, ideſt du
ris commiſſarĳs examinandi traduntur: a qui-
bus ad litus paupertatis poſtea euomuntur.
Prouē.22. De iſtis igitur dicitur. Eĳce deriſorem: et exibit
cum eo iurgium: ceſſabuntqꝫ cauſe ⁊ cōtumelie.
Aliter. ¶Uel dic ꝙ iſte dormiens eſt peccator, delicĳs ⁊
proſperitate gaudens, et in alios tempeſtates
tribulationū excitās: qui finaliter in mare, ideſt
in amaritudinem tribulationum proĳcitur, et
C mundi pericula ſibi a ceto, ideſt a diabolo vel in-
ferno voratur: et in ventre eius iterum reuomen
dus.i. reſurrecturus ſeruatur. ¶Predicante Io
na et ſubuerſionem vrbis minante: venit verbū
Ca.iĳ ad regem Niniue. Qui ſurgens de ſolio ſuo, abie
cit veſtimēta ſua: ⁊ indutꝰ eſt ſacco, ⁊ ſedit i cine
re: et precepit ꝙ homines ⁊ iumenta ſaccꝭ indue
rent: et non comederent nec biberēt, ſed omnes
vnanimiter ieiunarent, et omnes in fortitudine
ad deum clamarent. Quod videns dominus, ciui
tati illi pepercit: ⁊ ipſam non ſubuertit. ¶Sic ve
re nullus eſt ita magnus rex aut dominꝰ, qui n
Moralitas debeat verba predicatorum timere, et ad eorum
verba ſolium per humilitatem deſcendere, ſaccū
penitentie induere: et in cinere.i. in mortis medi
tatione manere: et ad ieiunandum.i. penitētiam
faciendum homines et iumenta inducere vel mo
uere. Quod ſi fecerint, a damnationis periculo
ſe poterunt liberare: alīs enim neceſſe eſt eis tri-
bulationibus corporis et cordis ſubiacere. Uñ
Luc.13.a Luc. Niſi penitētiam egeritis, oēs ſimul peribi-

tis. ¶Hic habetis ꝙ ſuper caput Ione ſubito or Eodē.c.
ta fuit hedera, quam deſiccauit ſubito ventus
vrens ⁊c. ¶Mundi proſperitatē intellige per he- Moralitas
deram: que ſi ſubito orta fuerit, vt communiter
neceſſe eſt vt recedat. Unde in Prouer. Subſtan Prouē.13.b
tia feſtinata minuetur: que autem paulatim col-
ligitur manu, multiplicatur. Uide de hedera ca- D
pitulo ſuo, lib.xĳ. ⁊ expone ibi.

¶Moralitatū ſuper Ionā ꝓphetā Finis.

## Moralitatum Liber viceſimuſſextus ſuꝑ zachariā ꝓphetā.

## ¶Capitulum i. Textus.

In menſe octauo in anno ſecundo Darĳ regis, factum eſt verbum domini ad zachariam. Moralitatum Cap.i.

ZAcharias vidit qua
tuor cornua: ⁊ dictum eſt ſibi, ꝙ illa
erant que ventilauerāt Iudā, Iſrael
⁊ hieruſalem: ⁊ poſt vidit quatuor fa
bros. Et reſponſum eſt ſibi ꝙ illi erant fabri qui Moralitas
venerāt cornua ſupradicta deterrere. ¶Iſta ſi-
gna potes generaliter applicare, ꝙ non eſt dare
tam durum ſeu crudelem tyrannum, quin quan
doqꝫ inueniat duriorem. Quatuor enim cornua
duros et elatos peccatores ſignificant, q̄ in qua-
tuor mundi partibus manent: q: reuera iudā.i.
deum confitentem: iſrael, ideſt deum contemplā-
tem: hieruſalem.i. pacifice conuerſantes, tribula
tiones feriunt: ſed dominꝰ contra tales fabros E
preparat, quādo alios bonos iudices, vel alios
fortiores tyrannos ad confringendū iſtorū ela-
tionem et proteruiam procurat. Et pro certo
quotidie videmus, ꝙ tyranni officiales ⁊ vſura-
rĳ, poſtqꝫ bonos diu ventilauerunt ſolent inue-
nire fabros domini, ideſt aliquos alios commiſ-
ſarios, qui ipſos et eorū ſuperbū ſtatum cōfun-
dunt. Unde dicit. Excelſo alius excelſior eſt: ⁊ in Eccle.5.b
his quoqꝫ alĳ eminentiores ſunt. ¶Uel dic ꝙ Aliter.
quatuor cornua ſunt quatuor male affectiones
ſcʒ gaudium inaniter exhilarans, dolor male af
fligens, timor male humilians, ⁊ ſpes male pre-
ſumens. Iſta ſunt cornua, que male in animam
ventilant iudā, ideſt confeſſionem: iſrael, ideſt cō
templationem: hieruſalem, ideſt cōcordiam ⁊ pa
cis vnionem: et ideo quatuor fabri.i. quatuor
virtutes cardinales ſunt ad iſta cornua conte-
renda neceſſarie, et ad malas affectiones qua-
druplices moderandas. Unde Eccli. Contra ma Eccli.33.b
lum bonū eſt. ¶Uel dic ꝙ quatuor cornua ſunt Aliter.
quatuor ſpecies elationis et ſuperbie: ſcʒ elatio
propter eminentias, propter diuitias, proter ꝓ-
prias virtutes, propter mundi fauores, et fame
varias opiniones. Sed quatuor fabri.i. quatuor
ſenſus humilitatis, iſta quatuor cornua cōterūt:
quia quatuor ſpecies humilitatis, que ſunt ſper
nere nullū, ſpernere mundum, ſpernere ſeſe, ſper
nere ſe ſemper: iſta quatuor ſuperbiam tollunt.
Pſal. Cornua peccatorum conterentur ⁊c. Pſ.74.b
F

## ¶Capit. iiĳ. Textus.

Et reuerſus eſt angelus qui loquebatur in me: et ſuſcitauit me. Moralitatum Capitulum ij.

Vidit zacharias
vnū candelabrū aureū totum,
qđ habebat lampadē cū ſeptē
lucernis,⁊ ſeptē olei infuſoꝛes
Juxta qđ duas oliuas vidit:q̄
rū vna ad ſiniſtrā lāpadis ſta-
Moꝛalitas bat,ad dexterā alia.¶Cande-
labrū in eccleſia eſt quicunq; iuſtꝰ plenꝰ ſapien-
tia:⁊ quicunq; alios illuminat doctrina:qui totꝰ
dꝫ eſſe aureus,ideſt ſanctꝰ:nō ſolū intꝰ in cōſcien
1.paral.3.a tia,immo exterius in apparentia.Vñ.Deaura-
uit eā intrinſecꝰ auro mūdiſſimo.Jſte igiť dꝫ ha
bere lampadē ſpūſſancti cū ſeptē lucernis,ideſt
cū ſeptem donis:⁊ duas oliuas.i.duas ſpecies
Aliter. miſericoꝛdie ſpiritualis ⁊ tpalis,cū ſuis infuſo
rijs.i.cum ſuis ſeptem operibus pijs.¶Vel dic
q candelabrū illuminās eccleſiā ē ſpūſſctūs:ſu-
ius lampas,odoꝛ ⁊ charitas ſeptem lucernas.i.
ſeptē dona cōtinet:qđ ſeptē fuſoꝛia.i.ſeptem mie
opera,oleū eleemoſynarū ⁊ pietatis infundētiā
ſecum habet:⁊ qđ ſuper duas oliuas.i.ſup duas
ſpecies viroꝛū miſericoꝛdium,ſcꝫ iſtos qui tem-
b poꝛaliter ⁊ ſpūaliter pietatē faciūt,viſitat:⁊ con-
foꝛtat:qꝛ mia tempoꝛalis q̄ conſiſtit in alios pa
ſcendo,hoſpitando,ſepeliendo:⁊ mia ſpiritualis
que cōſiſtit in alios coꝛrigendo docēdo ⁊ cōſolā
do,⁊ eis remittendo,⁊ p eis oꝛando:lampadi.i.
ſpūiſancto vel charitati vicine ſunt,⁊ ab ipſis
zach.4.d pueniūt:vt de iſtis duobꝰ generibꝰ miſericoꝛdiā
dicatur illud Zacha.Jſti ſunt duo filij olei ſplen-
doꝛis,q̄ aſſiſtunt dominatoꝛi vniuerſe terre.

## ¶Capitulū v. Textus.

Et cōuerſus ſum:⁊ eleuaui oculos meos
⁊ vidi:⁊ ecce volumen volans.Moꝛali-
tatum Capitulum iij.

Vidit zacha-
rias volumen,cuius longi-
tudo erat viginti cubitoꝛū,
latitudo decē:in quo male-
Moꝛalitas dictio cōtra fures ⁊ piuros
cōtinebať.¶Talis eſt ſacra
ſcriptura:qꝛ iſta eſt volumē
inuolutū,a paradiſo voli-
tans ⁊ allatū,cuius lōgitu
3.Reg.19.b ſtat via. Acſi diceret. Cõplexio tua eſt debilis:et
tempus vite tue erit longũ,et ſic fatuũ eſt abſti‑
nentie ſubiacere:et bonũ eſt comedere et fortem
eſſe. Suggerit etiã auariciã. Oſtendit enim ho‑
mini in cogitatione regna mundi et gloriã eorũ:
diuitias et proſperitatẽ,dicens ei. Si cadẽs ado‑
raueris me,id eſt ſi ſuggeſtioni mee cõſenſeris:⁊
mũdi gloriã cupieris:et a tuo propoſito reſilie‑
ris:vel ad ſeculum redibis:hec omnia tibi dabo:
C diuitẽ te faciã:⁊ temporaliter promouebo,dicẽs
Eſa.45.a illud. Dabo tibi theſauros abſconditos:ſecreto‑
rum arcana. Sed quid? Pro certo qñ videt ꝙ
nulla gula vel auaricia ipſum põt vincere:ſta‑
tuit eum ſupra pinnaculũ templi:eleuat eum in
mẽſa ſua:facitqꝫ ꝙ ſemetipſum ſanctũ et magnũ
eſtimat:⁊ de viribus ſuis p̄ſumat,ſibi dicens. Si
filius dei es ⁊c. Et ſibi ſuggerit ꝙ ingrediať diffi
cilia:et vltra vires ſuas periculis et tentationi‑
bus ſe exponat:⁊ ꝙ in manutenẽtia dei et ange‑
lorũ cõfidat. Acſi ſic diceret. Sanctus es:filiꝰ dei
es non eñ ſuccũbes in tentatione:qꝛ angeli dñi
te ſuſtinebũt:et deus te cadere nõ permittet. Sic
igiť fit:ꝙ ad preſumendũ de ſe ⁊ ad inaniter glo
riandũ inuitat ipm:vt ſic eũ in peccatũ deijciat
1.Cor.10.c et proſternat. Uidetur eñ ſibi dicere illud Apľi.
Fidelis deus qui nõ patieť vos tentari ſupra id
qđ poteſtis:ſed faciet cum tentatione prouentũ.
Et breuiter illi qui ſunt in deſerto et religione:a
diabolo diuerſimode tentantur:⁊ quãdo in vno
peccato vinci nequeunt:in altero tentanť. Ideo
Eccľia.2.a bene dicitur. Fili accedẽs ad ſeruitutẽ dei:ſta in
iuſticia et timore:⁊ prepara animã tuã ad tenta‑
tionem. Quia iſti tentanť de luxuria cõtra votũ
caſtitatis:de gula contra votũ ſobrietatis:cõtra
votũ paupertatis de auaricia:contra humilita‑
tis votum et obediẽtie de preſumptione ⁊ ſuper‑
bia. Unde in Prouer. Per tria moueť terra. Sed
Puer.30.c reuera iſte debet ſagaciter reſpondere cõtra gu‑
D lam,ꝙ nõ in ſolo pane viuit homo:ſed potius in
omni verbo qđ procedit de ore dei ⁊c. et ꝙ reli‑
gioſus plus debet appetere cibum ſpiritualẽ ꝙ̃
corporalẽ. Cõtra adorationẽ ⁊ cõſenſum auari‑
cie quẽ ſuggerit:debet reſpõdere,ꝙ dñs eſt ado‑
randus:nõ diabolus:⁊ ꝙ ſibi eſt ſeruiendũ:non
mãmone. Contra cõſenſum inanis glorie et pre‑
ſumptionis debet reſpondere,ꝙ deus nõ eſt ten‑
tandus,ſed timẽdus:⁊ ꝙ non eſt de proprijs vi‑
ribus cõfidendũ,ſed potius humiliter inceden‑
dum. Sic eñ iſtã triplicẽ tentationẽ poterit eua
dere:et tria hoſtis iacula nõ timere:⁊ tũc de ipſo
verificatur qđ de chriſto ſubiungiť,ꝙ diabolus
ipſum reliquit:nec amplius tentare preſumet.
Angeli vero ſibi adherẽt:qui ſibi ſpiritualr̃ mi‑
niſtrabunt:qꝛ quãdo quis tentationem diaboli
ſuperat:ab ipſo in pace dimittiť,⁊ ab angelis cu‑ Pſal.90.c
ſtoditur. Pſal. Angelis ſuis mandauit de te:vt Aliter.
cuſtodiãt te in oĩbus vijs tuis. ¶ Uel dic ꝙ chri‑
ſtus nõ inueniť tentatus ꝙ̃diu fuit cum apoſto‑
lis:ſed ſolũ dum erat ſolitariꝰ in deſerto:in quo
notari põt ꝙ q̇ in ſocietate ⁊ cõmunitate viuunt:
minores tẽtationes ſentiũt:⁊ in minori periculo
cõſiſtunt:ꝙ̃ qui ſolitarij eſſe volũt:vel in ſingula
ritate vite et morũ cõſiſtunt. Unde dr̃. Ue ſoli ⁊c. Eccľe.4.b
Quia ſicut dicit Seneca. Omnia mala docuit ſo
litudo. Quod potiſſime eſt verum de ſolitudine
ſpirituali:qñ homo caret charitatiua ſocietate:
et manet in ſolitudine pctĩ ſegregať a dei et ſan‑
ctorum virtutũ:et bonorũ operum cõmunitate. E
¶ Uel dic ꝙ diabolus tentauerat primũ Adã de Aliter.
tribus:de gula,ſcꝫ de eſu pomi:de auaricia:ſup‑
ple ſciẽtie. Sciẽtes inquit bonũ et malũ:de inani
gloria. Nequaꝙ̃ inquit moriemini:ſꝫ eritis ſicut
dij. In qua quidẽ triplici tẽtatiõe cum ipſe Adã
fuit victꝰ:cõgruũ fuit ꝙ ſecũdus Adã eiſdẽ ten‑
tareť:in quibꝰ ipſe diabolꝰ ipm nõ vinceret:ſed
potius vinceret:vt ſic ſcꝫ triplex caſus primi ho
minis ꝑ triplicẽ reſiſtentiã ſecũdi hoĩs ſanareť. Aliter.
¶ Uel dic ꝙ tũc diabolus hoĩem fortius impetit:
quãdo ipſum ab ipſo fugere,et ad deſertũ peni‑
tentie trãſire cernit:tẽtationes tũc fortiores in‑
ſurgũt:qñ hoĩes ipſas amplius euadere ſperãt Geñ.31.c
et querũt. Laban eñ tũc Jacob pſecutus eſt:qñ
ipſum ab ipſo fugere perpẽdit. Pharao tũc po‑ Exo.5.b
pulũ Iſrael acrius pſequiť:qñ eũ audit de ſuo Joſue.10.a
dño ſacrificaturũ in deſertum recedere. Quinqꝫ
reges tũc gabaonitas ipugnãt:qñ audiũt ipos Geñ.19.b
cum filijs iſrael confederatos fuiſſe. Sodomite 3.Regũ.3.c
tunc ad oſtiũ Loth pulſant:qñ angelos hoſpitio
receperat. Meretrices tunc ad Salomonẽ vene Marc.9.c
runt:qñ ſapientiã a domino receperat. Demo‑
niacus filius tũc a domino grauius aliditur:qñ
ſanandus coram dño appropinquat. Sic vero
Pharao diabolus. Laban mũdus:quinqꝫ reges:
quinqꝫ ſenſus:ſodomite ⁊ meretrices,id eſt male
cogitationes ſolẽt hoĩem grauius inuadere:qñ
intẽdit ſe a vitijs ſeparare:deſertũ penitẽtie in‑ F
trare:angelũ,id eſt chriſtũ ſecum habere:⁊ filijs
Iſrael,id eſt ſanctis ſe cõfederare. Unde diabo‑
lus videť dicere illud. Moab receſſit a me:veni 4.Re.34.a
mecum cõtra eum in preliũ ⁊c. ¶ Subiungiť hic
ꝙ Petrũ et Andreã qui in nauicula erant:⁊ retia Eodẽ ca.d
ſua ꝓ piſcãdo in mare mittebãt:ad ſe Jeſus cõ‑
tinuo vocauit,et piſcatores hoĩm fecit. Uenite
inquit poſt me:faciã vos fieri piſcatores hoĩm:
et ſtatim relictis retibus ſecuti ſunt eum. proce‑
dens vero vidit alios duos fratres,ſcꝫ Jacobũ
et Joannẽ:qui vna cũ patre retia reficiebãt:qui
vocati,ſtatim ſecuti ſunt eũ:⁊ relictis retibus et Moralitas.
patre,poſt eũ abierũt. ¶ Sic vero qui in nauicu
la mũdi fluctuoſi ſtãtes:retia cupiditatis et mũ‑
di facultates poſſidẽt:qñ a chriſto ſpũaliter per
inſpirationẽ,⁊ vocaliter ꝑ ſcripturã et p̄dicatio‑
nem:realiter ꝑ bonoꝝ exẽpla ⁊ correctionẽ ⁊ tri‑
bulationẽ vocanť:⁊ ad ſtatũ ſalutis ⁊ religionis
ſpũaliter inuitanť. Qui ꝓ certo ꝙ ſe vocatos vt
premiſſum eſt,ſentiunt:nauẽ.i.fluctus mundani

ſtatus:⁊ retia cupiditatis,vel malarũ complacẽ
tiarũ ⁊ diuitiarũ:patrem etiã.i. omnẽ affectionẽ
carnaliũ amicitiarũ debet dimittere:chriſtũ per
imitationem ſequi:⁊ per bona opa ſe pꝛeparare.
Matth.8.c Unde.Magiſter ſequar te quocunq̃ ieris ⁊c.

## Capitu. v. Textus.

Videns autem Jeſus turbas:aſcendit in montem. Moralitatum Cap. iiij.

Videns Jeſus
turbas aſcẽdit in montẽ:et
cum sediſſet:docebat diſci=
B pulos.¶ In quo notatur:ꝙ
Moralitas ille qui vult alium docere:
dz turbas mundi:negocioꝝ
vel malarũ cogitationũ fu=
gere,montẽ cõtemplatiõis
⁊ vite perfectioꝛis aſcẽdere:
⁊ ibi in trãquillitate animi ſedere ⁊ quieſcere:et
Eſa.40.b ſic pꝛdicãdo alios poterit docere.Eſa. Sup mõtẽ
Eodem.c.d excelſum aſcẽde tu q̃ euãgelizas.¶ Hic pcepit do
minꝰ:ſi quis cũ aduerſario per viã vadit:ante
oĩa pacẽ cũ eo facere ſtudeat,ne foꝛte ipſum iudi
ci tradat:qui miniſtro cũ cõmittat:qui eũ in car
Moralitas cerẽ ſtatim mittat.¶ Sic vere cũ nos in via hu=
ius vite habeamus vnũ foꝛtẽ aduerſariũ:vcz ꝓ=
pꝛie conſcientie remoꝛſum:qui non ceſſat nos im
pugnare:arguere ⁊ moꝛdere:neceſſe eſt dũ ſumꝰ
in iſta via pꝛeſenti,ipſum pacificemꝰ:⁊ q̃lꝫ pcti
offendiculũ amouẽtes trãquillitatẽ illius ſerue
Pſ.121.b mus.Pſ.Rogate que ad pacẽ ſunt hieruſalẽ:et
abundantia diligẽtibus te.Fiat pax in virtute
tua ⁊c.Alioquin ſi tps huiꝰ vite trãſeat:ille ad=
uerſariꝰ noſter iudici chꝛiſto i moꝛte ⁊ in iudicio
nos accuſabit ⁊ tradet:qui diabolo miniſtro nos
cõmittet:ipſe vero i infernali clauſtro nos reclu
Eodẽ ca.e det.¶ Dñs pꝛecepit ſi oculus alicuiꝰ dexter vel
manꝰ dextra ſcãdalizat eũ:ſtatim dz oculũ erue=
re:⁊ manũ abſcindere.Meliꝰ eñi eſt vt ait:ꝙ vnũ
Marc.9.g mẽbꝛũ pereat:q̃ totũ coꝛpꝰ eius in infernũ deſcẽ
Moralitas dat.¶ Oculus:manꝰ:pes ſcãdalizãtes eijci iubẽ
tur:qꝛ melius eſt cecũ:claudũ ⁊ mancũ.i.cũ vno
oculo:vno pede vel manu ingredi in regnũ celo=
.b rũ,q̃ duos oculos:manꝰ ⁊ pedes habentẽ,in ge
Mat.2.b hẽnã ignis mitti. Idẽ habet infra. Tamẽ ſpũali
ter loquẽdo:in ſcriptura per oculos itelligit diſ
cretio vel ſubtilis cognitio:per pedes affectio:p
manus opatio. Cõſtat ꝙ q̃ñq̃ hõ hz vtrũq̃ du=
plicatũ:⁊ in vtroq̃ genere dextrũ poſſidet ⁊ ſini
ſtrũ:homo eñi q̃ñq̃ habet duos oculos diſcretio
nis vel cognitiõis:ſcz dextrũ:qui videt ſpũalia:
⁊ de fide et ſcriptura cogitat:⁊ ſiniſtrũ qui ſe oc=
cupat circa tpalia.Habet etiã duos pedes.ſ.duo
genera affectionũ:quẽdam ſcz dextrũ:hec eſt af
fectio ⁊ amoꝛ quẽ habemꝰ ad bonos.Manus ſilr
habemus duas ſcz dextrã.i.bona ꝑfectioꝛa ⁊ ſpi
ritualia:⁊ ſiniſtrã.i.impfectioꝛa ⁊ terreſtria et a=
ctiua.Verũtñ ſic eſt:ꝙ in iſtis oĩbus illa q̃ melio
ra eſſe videnť:q̃ñq̃ ſcãdalizant nos:oculus enim
dexter.i.ſubtilitas ſenſus ⁊ cognitio:quã habe
mus erga fidẽ ⁊ ſcripturã:ſcandalizat nos q̃ñ in
fide dubitamꝰ:⁊ q̃ñ p nimias ſubtilitates nos in
magis arduis q̃ decet:immiſcemus.Tũc eñi poſ
Tren.3.f ſumus dicere illud.Oculus meꝰ depꝛedatus eſt
aĩam meã.Pes nr̃ dexter nos ſcãdalizat:q̃ñ affe
ctio quã habemꝰ ad bonos:⁊ maxime ad carna
les amicos:occaſionẽ peccãdi adminiſtrat.Manꝰ
vero dextra dicit̃ nos ſcãdalizare:q̃ñ cõtingit de
noſtris arduis ⁊ perfectis operibꝰ nos ſupbire,
⁊ p inanẽ gloꝛiã coꝛ noſtrum leuare. Iſta igitur
eſt veritas:ꝙ ſi talia noſtra bona opa nobis ſcan
dala pariant iam antedicta:ꝙ ipſa debemus
abijcere:et potius a talibus ceſſare:q̃ pro eiſdẽ
periculo ſubiacere.Tutius eſt enim cum ſiniſtro. A
oculo:manu:pede.i.cũ imperfectioꝛi diſcretiõe:
operatiõe ⁊ affectiõe ſe ſaluare:q̃ magis ardua
aggredi:⁊ ibi ſcãdalũ ⁊ periculũ reperire:meliꝰ
eſt vitã actiuã tenere:⁊ ſolã ſimplicẽ ſcientiã ſci=
re:q̃ circa magis ardua deficere ⁊ perire. Unde
Eccli. Altioꝛa te ne queſieris.Talis ergo oculꝰ
dexter.i.talis ſcrupuloſa ſubtilitas:⁊ talis manꝰ Eccli.3.c
i.talis bona operatio:de qua naſcitur gloꝛie va=
nitas:debent amputari ⁊ erui:⁊ ſimplicitas fre=
quẽtari.¶ Vel dic ꝙ pes ſignificat coꝛpis vaga= Aliter.
tionẽ:manꝰ malã operationẽ:oculꝰ malã intẽtio
nẽ:que reuera qꝛ ſcãdalizant:⁊ offendiculũ eter
ne moꝛtis ꝓpinãt:et ideo ſunt abijcienda a no=
bis:et cũ diligẽtia amputãda. De caplo ſexto et
ſeptimo nihil pono:qꝛ q̃uis ibi fit mentio de plu
ribus materijs moꝛalibꝰ:expoſitio tñ ⁊ moꝛali=
tas de ſeptẽ. In ſexto eñi ibi fit mentio de hypo=
critis ꝓlixe oꝛãtibꝰ ⁊ ieiunantibus:de theſauro
de oculo ſimplici,de duobus dñis,⁊ de ſolicitudi
ne abijcienda. In ſeptimo vero de duplici arboꝛe
duplici via,duplici domo:ſed qꝛ nõ eſt pñtis ope
ris:oĩa verba ſaluatoꝛis exponere:cũ nõ poſſem:
ſed ſolum circa aliqualẽ figurarũ ⁊ parabolarũ
coꝛticẽ inſudare:ideo trãſeo ſupꝛadicta.

## Capitu. vj. Textus.

Cum deſcendiſſet Jeſus de monte. Moralitatum Capitulum v.

Cum dominus
deſcẽdẽs de mõte:quẽdam
leproſum ſanaſſet:pcepit B
ſibi ne cuiq̃ diceret ſe ſana=
tũ:voluit tñ ꝙ ſacerdotibꝰ
ſe oſtẽderet ⁊ munꝰ in lege
oꝛdinatũ offerret.¶ Sic re Moralitas
uera q̃ñ aliq̃s lepꝛoſus.i.
peccatoꝛ dño p cõtritio=
nẽ ſanat̃:⁊ ad deũ occulte cõuertit̃:⁊ a lepꝛa vitio
rũ purget̃:ſumme ꝓhibet̃ ſibi ne gr̃am ſibi factã
publice p iactãtiã dicat:ſed potiꝰ ſacerdotibꝰ.i.
viris pꝛudentibꝰ qui ipm ad meliꝰ ꝓmouere no
uerũt:p cõfeſſionẽ vel cõſilij petitionẽ oſtẽdat et
dicat:munuſq̃ ſatiſfactiõis offerat ⁊ impendat.
Breuiter illud eſt verũ:ꝙ ſacerdotibꝰ ⁊ nõ alijs
i.pꝛudẽtibus ⁊ viris bonis nõ fatuis ſe oſtẽdat:
⁊ ſecreta ſua ⁊ occulta reuelet.Unde in Pꝛouer.
Cãm tuã tracta cũ amico tuo:⁊ ſecretũ extraneo Pro.25.d
nõ reueles.¶ Vel dic ꝙ q̃ ſciunt virtutes ⁊ mira=
bilia,non debẽt laudes hoĩm querere:ſed potiꝰ Aliter.
petere ne ipſoꝝ opa in publicũ prouenĩãt.¶ Vel
dic ꝙ q̃ dat beneficiũ alteri:nõ dz ꝓcraſtinare:ſz Aliter.
volũtarie ⁊ libenter qd petit̃,ſtatim dare. Uolo
inquit:mundare:qꝛ ſicut dicit Apl's.Hilarẽ dato
rem diligit deus.¶ Vel dic ꝙ lepꝛoſus ſignificat 2.Cor.9.b
genus humanũ:lepꝛa idolatrie ⁊ vitioꝝ infectũ: Aliter.
quẽ chꝛiſtus de mõte paradiſi deſcẽdẽs:ipm car=
nẽ ſumẽdo tangẽs pſonaliter in cãpo huius mũ
di curauit:⁊ ciuitatis paradiſi ingreſſum q̃ ſibi
erat interdictus:reſtituta mũdicia reſtaurauit.
¶ Vel dic ꝙ tũc lepꝛoſus.i.pctoꝛ ſanat̃:q̃ñ a Chꝛi
ſto.i.deo vel pꝛelato p monitionẽ ⁊ correctionẽ Aliter.
ſeu p tribulationẽ tãgit̃ ⁊ palpat̃.Uñ Job.Manꝰ
dñi tetigit me.¶ Vel dic ꝙ iſte tactꝰ ſignat diuinã Job.19.c
inſpirationẽ.¶ Hic fit mẽtio:ꝙ dñs humilitatẽ c
⁊ fidẽ cẽturiõis ſeu reguli reſpexit:cuiꝰ filiꝰ infir= Eodẽ.c.d
mabat̃ capharnaũ:q̃ xpo dixerat.Dñe puer meꝰ
iacet i domo paralyticꝰ ⁊ male toꝛquet̃:ſz nõ ſum
dignus vt intres ſub tectũ meũ:ſed tñ dic vbũ:⁊
ſanabit̃ puer meꝰ.Admirans ſequẽtibꝰ ſe dixit.
Amẽ dico vobis:nõ inueni tãtã fidẽ i iſrl'.Dico eñi

vobis:ꝙ multi veniẽt ab oriente ⁊ occidente,et
recumbent cum abraam:iſaac ⁊iacob in regno ce
lorum.Fili aũt regni eijcientur in tenebras exte=
riores.Puer igitur in illa hora fuit ſanatus:⁊
a febre eadem hora ſeptima liberatus , ſicut hic
in preſenti,⁊ Joan.. dicitur. Aduerte tamen ꝙ
Jo.4.a Mattheus vocat iſtum puerũ,Joannes filiũ,Lu
Lu.7.a cas aũt ſeruũ.¶Jſta pñt allegari:ꝙ qui fideliter
Moralites credũt ⁊ humiliter petunt:faciliter obtinẽt a do
Lu.11.b mino quod requirunt.Unde Luce.Petite ⁊ acci
pietis.Jta poſſunt allegari ꝙ centurio qui erat
capharnaũ gentilis:reſpectu iſraelitarũ facit ta=
lia:hoc eſt dictu:ꝙ iſta faciunt hodie laici ſecula
res reſpectu eccleſiaſticorum.Hodie enim vix in
uenit tanta fides in iſrael ſicut capharnaum.i.in
eccleſia vel religione ſicut in ſeculo vel in mũdo
quia meliores ſunt hodie in multis laici ꝗ̃ cleri=
ci:ſeculares ꝗ̃ rectores:ſubditi ꝗ̃ prelati.Et iõ
finaliter de partibus mundi remotis.i.de ſtatu ſe
culari multi ad paradiſum venient:⁊ cũ abraam
iſaac ⁊ iacob.i.cũ ſctis ⁊ patriarchis in paradiſo
recumbent:⁊ illi qui regni hui⁹ ſpeciales filij de=
buerãt eſſe.i.religioſi ⁊ clerici:in tenebras exte
riores.ſ.infernales eijcient:⁊ ibidem ſuccumbẽt.
D Et ita fit ꝙ deus de lapidibus filios ſuſcitat
abrae:filios vero iſrael in carceribus eternis li=
gat atꝗ damnat.Jdeo chriſt⁹ de filijs ſuis.i.vi=
Eſa.1.a ris ecleſiaſticis videtur conqueri : dicens illud
Jbidem Eſa.Filios enutriui ⁊ exaltaui,ipſi aũt ſpreue
Aliter. runt me ⁊c.Et ſequit ibidẽ/Ue ſemini nequã:po
pulo graui ⁊c.¶Uel dic ꝙ gentiles ſunt remoti
ſeu extranei:qui cum abram chriſto.i.cũ ſanctis
ſuis ad fidẽ eccleſie ⁊ ad paradiſi gloriã ſunt ad
miſſi:filij vero regni fuerunt iudei:qui a regno
Lu.1.c chriſti.i.a fide eccleſia ⁊ patria ſunt excluſi:quia
Aliter ſicut dicit.Depoſuit potentes de ſede ⁊c . ¶Uel
dic ꝙ iſte puer peccatorem ſignificat : qui dicitur
puer rõne ignorãtie ſedens in domo rõne pigri=
tie:paralyticus ꝓpter bonoꝝ operũ imbecillita=
tẽ:male tortus per inuidie pũerſitatẽ:qui tñ ſe
ptima hora.i.ꝑ ſeptẽ ſacramẽta:vel ſeptẽ dona
ſpũſſancti curat:a febribus peccati diuina gratia
liberatur:⁊ ille bene dr̃ puer:propter recuperatã
puritatẽ:ſeruus propter humilitatẽ: filius pro=
Mat.3.d pter charitatem.Unde Math.Hic eſt filius meus
Ca.viij.b. dilectus.¶Socrus ſimonis q̃ magnis febribus
Moralitas tenebat tunc temporis eſt curata:qñ chriſtus ſi=
bi dixit ꝙ ſurgeret:⁊ ꝙ ſibi aut alijs miniſtraret
2.Tim.4.b ¶Jn hoc põt notari:ꝙ febris malaꝝ cõcupiſcen
tiarũ ⁊ affectionum hominẽ dimittit:qñ ad mini=
ſtrandũ ⁊ obſequendũ diligenter laborandũ intẽ
Ca.viij.c dit:⁊ torporem negligentie excutit ⁊ contemnit.
E Bene igitur dicitur,Tu vero vigila:in omnibus
labora:miniſterium imple ⁊c.¶Hic fit mentio de
duobus ſequi volentibus ſaluatorem:cum pro=
pter turbas trans fretum ſecedere voluit: qui=
dam ſcriba non vocatus chriſtum ſequi voluit:
dicens.Magiſter ſequar te quocunꝗ ieris:ſꝫ chri
ſtus quodã modo ipſum repulit:⁊ paupertatem
ſuam ſibi retulit dicens.Uulpes foueas ſuas ha
bent:⁊ volucres celi nidos:filius autem hominis
non habet vbi caput ſuum reclinet. Acſi dicat.
Caue ne ſe quaris me:ſi diuitias queris:quia cũ
pauper ſum:ipſas habere mecum non poteris:
aut dolebis.Alius autem cum inſtantia vocatus
a chriſto:ſequitur:quinimmo cum peteret licen=
tiam ſepeliendi patrem ſuum:nequaꝗ̃ ſibi a chri
Moralitas ſto licentia extitit conceſſa:ſed ſibi potius dixit:
ſequere me:⁊ dimitte mortuos ſepelire mortuos
ſuos.Jlle enim qui ſe ingerebat:repellitur . Jlle
autem qui dilationem petijt:vocatur ⁊ impellit.
Nota igitur:ꝙ ad ſequendum chriſtum in his ſci
licet ad ſtatum eccleſiaſtice prelationis: illi qui
ſe ingerunt non vocati:ſicut ambitioſi faciunt:de

bent reſpui ⁊ repelli:⁊ illi qui ſe reputant indi=
gnos:illã nõ ambiũt:ſꝫ circa patrem ſepeliendũ.
i.circa opera pietatis in ſeculo ⁊ in ſtatu ſubie=
ctionis viuere querunt:ad chriſtum ⁊ ad gradũ
eccleſiaſticũ ſi ſit neceſſe:debent cum violentia ꝓ
trahi ⁊ impelli:⁊ a ſepultura patris.i.a curis ſe=
cularibus depelli.Quod etiã chriſtus continue
ad literam facit:qr ſcribas ⁊ ſapientes vltro ſe in
gerentes:offerentes ⁊ ambientes quandoꝗ repel
lit:ſimplices vero de quibus mentio non fiebat: F
ad dignitates occulte protrahit ⁊ ipellit.Sicut Heb.5.a
in electionibus videmus quotidie euenire:quia
nemo aſſumit ſibi honorem:ſed qui vocatus eſt Aliter
a deo tanꝗ̃ aaron.¶Uel dic illa de predeſtinatio
ne diuina q quoſdam nolentes ⁊ renuentes ſolet
ad ſe trahere:quoſdam volentes ⁊ appetẽtes vi=
det aliquotiẽs refutare:qr ſicut dicit ap̃ls.Non Rom.9.c
eſt volentis:neꝗ currentis:ſed dei miſerentis. Di
cit enĩ ſcriptura pharaoni:qr in hoc ipſum exci=
taui te:vt oſtendã in te virtutẽ meã:⁊ vt annun
ciet nomẽ meum in vniuerſa terra.Ergo cui vult Aliter.
miſeret:⁊ quẽ vult idurat.Dicis igit mihi.Quid
adhuc queritur?Uoluntati eius reſiſtit?¶Uel dic
ꝙ ex iſtis verbis chriſti ortus videtur ille mod⁹
qui in ꝓfeſſione religioſoꝝ ſeruat:quia illis qui
chriſtũ ſequi cupiũt:⁊ in religione profiteri vo=
lũt:debẽt exponi religiõis difficultates:⁊ inſtrui:
ad dimittẽdũ parẽtũ carnalium ⁊ hoim ſecularium
ſocietates.Uulpes dicat p̃latus foueas habẽt ⁊c.
Acſi diceret.Uulpes villoſi ⁊ groſſi velleris.i.di
uites auari:vulpini ⁊ malitioſi:in iſto ſeculo fo=
ueas.i.terrenas habitationes poſſident : volu=
cres celi.i.ſuperbi ⁊ ambitioſi nidos altaris di=
gnitatum tenent.Filius vero hõis.i.ille qui vult
eſſe religioſus bonus:dei imitator:⁊ filius nõ dꝫ
iſta querere:vel proprium habere:ſed ab omni re
rum proſperitate ſeipſum potius abdicare:nihil
ꝗ in hoc mundo propriũ querere vel habere:vbi
ad lĩam caput valeat inclinare,dicens cum apo=
ſtolo illud.Non habemus hic ciuitatem manen= Heb.13.c
tem ſed futurã inquirimus.Sibi debet dici:ꝙ de
ſuo patre.i.de ſua parentela carnali curam non
habeat:ſed potius mortuos peccatores ſepeli
re in vitijs:alios mortuos dimittat:⁊ ad ſequen= G
dum dominum diligenter intẽdat:vt de ipſo ⁊ ſi
bi ſimilibus poſſit dici illud Mat.Relictis retib⁹ Mat.4.d
⁊ patre ſecuti ſunt dominum.¶Aſcendente do= Ca.viij.c
mine naiculam:ſecuti ſunt cum diſcipuli eius.
Et ecce ventus magnus factus eſt in mari:ita ꝙ
nauicula operiretur fluctibus:ipſe vero dormie
bat:⁊ acceſſerunt ad eũ diſcipuli eius:⁊ ſuſcita
uerunt eũ:dicẽtes:Domine ſalua nos,perimus.
Qui increpans eos dixit:Quare timidi eſtis mo
dice fidei?Et ſurgens imperauit ventis ⁊ mari:⁊
ſtatim tranquillitas magna ſecuta eſt:ita vt mi=
rarentur aſtantes:dicentes:Quis eſt hic: qr ven Moralitas
tus ⁊ mare obediunt ei?¶Jſta poſſunt allegari:
quia dato ꝙ dominus ſit perſonaliter in nauicu=
la.i.in eccleſia vel collegio:nihilominus ſepe fit
ꝙ venti tribulationum ⁊ tentationum ibi taliter
ſuſcitantur:ꝙ fluctibus miſeriarum ⁊ moleſtiarũ
per vitia ⁊ infortunia ſepe ſubmergit ⁊ caſſatur.
Dominus enim quandoꝗ videt dormire:inꝗ̃tũ
ſolet auxilium ſuũ diſſimulare:vt ad ipm inuocã
dũ poſſit illos q̃ in tribulatiõe ⁊ tentatione ſunt
animare.Gaudet enĩ de⁹ videns tribulatos ad ſe
feruẽter recurrere:⁊ ipos fortiter ⁊ patienter ſu
ſtinere.Sicut legit de btõ Antonio:q̃ verberatus
grauiter a diabolo:cum prius diceret chriſto ſi=
bi apparenti:Ubi eras quando male tracta
bar?Reſpondit ſibi dominus:Tecum erã,ſꝫ qr de
patiẽtia tua valde gaudebam:iõ iuuare nolebã.
Dormiebat igitur dñs ieſus Jone.Jonas autẽ Jone.1.a.
dormiebat ſopore graui:cũ nauis periculũ pate= H.

ret. Uerũtamen qñ ad eũ deuote accedũt: ⁊ a ſo-
mno diſſimulatiõis ſue deuotiõis ꝑcibus excitant:
tunc ſtatim ſolet adeſſe: ⁊ vẽtis tentationũ: flu-
ctibuſqꝫ tribulationũ ꝙ amplius nõ ſeuiant, impe
rare: et ſic nauicule. i. aie tentate vel perſone ſeu
eccleſie tribulate tranq̃llitatẽ ⁊ pacem excitatus
reſtituit: quam nõ inuocatus ante ſuſcitare per-
miſit. Dñs enim (vt cõiter) qñ precibus non exci
tatur, dormit: qui ſi excitatus fuerit: ſtatim ſurgit.
Pſ. 77. g Pſ. Excitatus eſt tanqꝫ dormiens dñs. ¶ Duo
Cap. viij. d demoniaci acceſſerũt a chriſto de nauicula exeũ-
Luc. 8. d te: ⁊ quãuis Lucas ⁊ Marcus nõ ponãt niſi vnum:
Marci. 5. a duo tñ in veritate fuerũt: ſed qꝛ vnus erat nobi-
lior: ideo alius ſubticetur. Iſti igit̃ demoniaci ſi-
cut hic dicitur in monumẽtis manebãt: ſeui etiã
nimis erant: ita ꝙ iuxta illos nulli tute tranſire
Luc. 8. d audebant. Marci. v. Luc. viij. Addit̃ ꝙ ille demo
niacus de quo mentionẽ facit: die ac nocte in mo
numentis ⁊ mõtibus erat: neqꝫ catenis neqꝫ vin
culis teneri poterat: imo vincula dirũpebat, et
clamans ſe lapidibus concidebat. Et ſicut Luce
octauo ſubiungitur: iſte veſtimento non indue-
batur: nec in domo manere volebat: ſed ruptis
viculis a demonibus in deſertum agebatur. Et
nõ mirũ: qꝛ apud eũ vna legio demonum mora-
batur. Legio vero continet ſex milia ſexcenta
ſexaginta ſex. Iſte igitur demoniacus occurrẽs
chriſto: per hec verba clamabat. Quid mihi ⁊ ti-
bi ieſu fili dei? quare veniſti ante tp̃s torquere
Moralitas nos ⁊c. ¶ Per tales demoniacos poſſunt itelligi
peccatores ⁊ obſtinati: qui ſemper ſolent ieſu fi-
lio dei. i. deo vel bono ꝑlato ſuperiori occurrere:
⁊ ſibi per inobedientiã ⁊ rebellẽ diſcordiã obuia
Gen. 16. d re. Gen. Manus eius cõtra oẽs, ⁊ manus oim cõtra
eũ. Sicut patʒ de malis obſtinatis ⁊ ſubditis ⁊ re
ligioſis. Iſti eñ ſunt nimis ſeui per crudelitatẽ
ita ꝙ vix aliqui audent appropinquare eis: vel
1. Reg. 25. e ſecũ cõtrahere ſocietatẽ. Nã ipſe filius eſt belial:
ita vt nemo audeat ſibi loqui. Qđ etiã de balli-
uis ⁊ exactoribus põt dici: qꝛ iuxta eos nõ eſt
tutũ manere: ne forte ſeuitiã rapinarũ ſuarũ ſu-
ſtinere oporteat ⁊ ſentire. Illi nullis vinculis di-
uine legis vel regulariũ ſtatutoꝝ teneri poſſunt
quãuis a ſuperioribus ſuis ꝑ ꝓhibitiones ⁊ ſtatu
ta ſepiſſime vinciant̃: oia ſolẽt frangere: ⁊ ꝑ Apo
ſtaſiã vel appellationẽ ⁊ diſcordiã recedere, ⁊ ꝑ
Hier. 2. d deſertũ mundi, vel per vitioꝝ ſtatũ vagari. Hier.
A ſeculo fregiſti iugũ: rupiſti vincula. Iſti ſunt
qui morant̃ in monumẽtis. i. in inferioribus ꝑ lu
xuriã: in mõtibus. i. in elatiõe ꝑ ſuperbiã. In deſer-
to. i. in ardoribus ꝑ auariciã: nudi vadũt ꝑ veſti-
mẽtoꝝ. i. virtutũ carẽtiã: in domo clauſtri vel ec
cleſie in trãq̃llitate ⁊ pace manere nolũt: ꝓpter
vagationẽ ⁊ inſolẽtiam clamãt ꝑ detractionẽ ⁊ ia
ctantiam: ⁊ lapidibus. i. moleſtijs ſe concidunt
ꝑ cordis amaritudinẽ ⁊ duritiam: ⁊ nõ mirũ cum
valde multis demonibus pleni ſunt per oim vitio
rũ redũdantiã. Igit̃ iſti deo vel ꝑlato volentiqꝫ eos
B corrigere ſe opponunt ⁊ ſibi cũ indignatione di-
cunt: vt quid veniſti ante tempus torquere nos?
Pro. 15. b Acſi diceret. Noluimus in preſenti torq̃ri vel cor
Eccleſi. 1. d rigi: ſed conſolari potius ⁊ letari. Ideo dr̃. Non
amat peſtilẽs eũ qui ſe corripit. Tales igit̃ doma
ri nequeũt: ſed in obſtinatione ⁊ proteruia incor
Aliter. recti viuunt. Peruerſi difficile corrigunt̃. ¶ Uel
dic ꝙ ille demoniacus ſm̃ quẽdã humanũ genus
deſignat: qđ a principio legis naturalis ⁊ diuine
vinculis ligatus fuerat: ſed oia tranſgrediẽdo
rumpebat: monumenta. i. opera mortalia freq̃uẽ
tabat: virtutibus nudus erat ⁊ lapidibus ſe cõci
dẽs. i. in cultura deoꝝ lapideoꝝ ſe turpiter lace-
rãs. Nihilominus clamabat in quãtũ ſuas fatuita
Aliter. tes ꝑ iactantiã ꝓpalabat. ¶ Uerũtñ xp̃s hunc
demoniacũ ſanauit: ⁊ expellẽs demones gregem

porcoꝝ q̃ iuxta mõtẽ paſcebat ipſis habitandũ
cõceſſit: q̃ grex ſtatim cũ impetu in mare fugiẽs
ſe ſubmerſit. ¶ Sic vere xp̃s de nauicula exiẽs. i. Moralitas.
de virgine naſcẽs illud genus humanũ ſanauit: et
eũ expulſis demonibus porcos. i. peccatores vo-
luptuoſos: ⁊ maxime infideles ad habitandũ cõ
ceſſit: qui nunc iuxta montẽ ſuꝑbie paſcunt. In
mare tñ. i. in inferni amaritudinẽ oẽs ibunt, ⁊ ibi
condemnatiõis impetu peribũt. Hoc impetu mit Apoc. 18. g
tetur babylon in infernũ. Demones expulſi ex
hominibus ſunt: habitandi tamẽ licẽtiã in porcis
acceperũt: porci ꝓ cũ demonibus in preceps in
mare ruerũt: ⁊ ibi in aquis ſunt mortui: ⁊ paſto-
res admirati fugerunt. ¶ Hoies enim q̃ ad ima-
ginẽ dei facti ſunt: ſignificãt ꝑdeſtinatos quadã
ſecreta dei imagine ⁊ gratia apud ſuã eternã ſa
pientiã cõſignatos: porci vero qui immũdi ſunt et C
ſine rõne: ſignificãt peccatores ⁊ reprobos apud
deũ ꝑ occultã iuſtitiã morti ꝑpetue deputatos.
Iſta eſt igitur rei veritas ꝙ illi qui ſunt hoies. i.
predeſtinati dato ꝙ qñqꝫ inueniant̃ demonibus
pleni. i. pleni vitijs oibus ⁊ ſubiecti immũdis ſpi
ritibus: ⁊ habere cetera vitia q̃ ponunt̃ tertio ca
pitulo ꝑcedẽti. Iſti tñ finaliter ad ſalutẽ ⁊ ſpũa-
lem ſanitatẽ perueniũt ⁊ dimiſſis oibus vitijs di-
uino miniſterio boni fiunt. Ecõtra vero illi q̃ por
ci ſunt. ſ. voluptuoſi ⁊ reprobi: licet qñqꝫ ſub pa-
ſtoribus et ꝑlatis pacifice viuãt: ⁊ ſpeciẽ ſancti-
tatis ⁊ bonitatis qñqꝫ habeãt: finaliter tñ demo-
nibus per peccata ſubijciunt̃: q̃ tunc cum impetu
⁊ indiſcrete in mare. i. in fluctuoſa negocia mun-
di ſe ꝑcipitãt ⁊ i aquis voluptuoſi ſeculi ſubmer
gunt̃: ⁊ ſic finaliter morti ꝑpetue exponunt̃. Exo Exo. 15. a
di. Submerſi ſunt in mari rubro: abyſſi operue-
runt eos. ¶ Hic habes ꝙ geraſeni videntes ꝙ Je Eodẽ. c. b
ſus demoniacũ ſanauerat: ⁊ grex porcorũ ſub-
merſus fuerat timuerunt valde: et inceperunt eũ
rogare ꝙ a finibus eorũ recederet. Sicut de Petro
ſimile legitur: ꝙ ſtupefactus de captura piſciũ
dixit xp̃o. Exi a me dñe qꝛ hõ pctõr ſum. ¶ Iſta Luc. 5. b
poſſunt allegari cõtra quoſdã peccatores: q̃ qꝛ Moralitas
indignos ſe reputant ideo libenter non celebrãt
nec xp̃m ſibi aſſociant: ſed potius eius preſentiã
formidant. Timent enim ex indignitate ſua ad
preſentiam tam ſancte rei fieri deteriores: qua-
propter melius iudicãt eſſe remotiores: dicentes D
illud qđ ſupra eodẽ. Dñe non ſum dignus vt in- Matth. 8. d
tres ⁊c. ¶ Sicut ponit̃ in euang. Marc. Chriſtus Marci. 5. b
noluit ꝙ iſte demoniacus ſanctus poſt eum iret: ſʒ
potius voluit ꝙ ad ſuos rediret: ⁊ ꝙ facta ſibi a
deo beneficia nunciaret. ¶ Sic vere illi quia de- Moralitas
monibus liberati: et a peccatis conuerſi ſunt: nõ
ſtatim ſunt digni dominũ ꝑ imitationem ſequi:
nec ad ſtatum perfectionis aut ardue operatio-
nis ire. Melius enim eſt ꝙ cum ſuis. i. mundanis
in inferiori gradu maneant, quãꝫ ꝙ ſequendo dñm
per imperſeuerantiam retrocedant. Hic fit mẽtio
de paralytico curato. Sed vide hoc melius in
euangelio Luce.

## ¶ Capi. ix. Textus. Luc. 15. d

Et aſcendens Jeſus in nauiculam trãſ-
fretauit. Moralitatum Cap. vi.

Dominus vo-
cato Mattheo de teloneo
cũ peccatoribus publicanis
comedebat: et hoc vt eos
conuerteret: aſſerẽs quod
medicus non ſanis ſed ma
le habentibus opus eſſet.
¶ In quo vtriqꝫ prelatis et
ſanctis viris datur exem-

Moralitas. plum ꝙ peccatorum ſocietatem nõ debẽt horre:
re:ſed poti⁹ ipſam frequẽtare:vt verbo ⁊ exẽplo
poſſint eos a vitijs medicare. Quod tñ eſt ꝯtra
multos ꝑſumptuoſos:qui de ſua ſanctitate glo
riantes:dedignanť ſocietatem malorũ:⁊ ſic peri
re ipſos permittũt in fecibus vitiorũ:qđ eſt con
tra hypocritas:qui fingũt ſe abominari pecca:
Eſa.65.a tores:cũ tamẽ ipſi ſint ceteris peiores.Eſa. Jus
prophanũ in vaſis eoꝝ:⁊ dicũt.Recede a me:nõ
appropinquabis mihi:quia immũdus es.¶Hic
Eodẽ ca.b habetur ꝙ diſcipuli ioannis ieiunabant.diſcipu
li vero chriſti nõ ieiunabãt:de quo cum diſcipu:
li conquererenť/excuſauit eos dñs:ꝙ in ꝑſentia
ſponſi non decebat filios ſponſi ieiunare:ſed ve
niet(inquit)tẽpus qñ auferet ab eis ſpõſus:et
tũc vtiq ieiunabũt.Subiũxit etiã ꝙ vetus veſti
mentũ nõ debet noua immiſſura reparari:et qđ
vinũ nouũ non debet in vtres veteres mitti.Nõ
enim ſibi cõueniũt nouitas et vetuſtas:q2 veſti:
mentũ vetus rũpitur:et fit peior ſciſſura. Vete:
res vero vtres propter nouũ vinum rũpunť:et
Moralitas. omnia effunduntur. ¶Iſta poſſunt allegari:qđ
deus plus diligit ſpũale gaudiũ/ꝙ nimiã auſte
ritatẽ aut ieiuniũ:ꝑſentia eñ ſponſi chriſti quã
ſibi facit charitas/habenas laxat/et in libertate
et leticia facit viuere :ipſius vero abſentia quã
efficit timor ſeruilis/facit ieiunium et alias au:
Aliter. ſteritates frequẽtare.¶Vel allega ꝙ illa q̄ ſunt
cõtraria vel diſparia:nunq̄ ſimul in eadẽ ſocie:
tate vel cõmunitate poſſunt conuenire/nec con:
cordiſter viuere.Noui enim nõ bene concordant
cum veteribus/iuuenes cum ſenioribus/ſecula:
res cum religioſis:peior enim ſciſſura ſolet fieri/
⁊ diſcordia amplior generari.Similes igiť ſimi:
libus aſſocienť:vt ex cõditiõe ſimili maior ibidẽ
charitas genereť.Unde dr.Nõ arabis cũ boue ⁊
Deut.22.b aſino ⁊c.¶Vel dic ꝙ veteres vtres/et vetus ve:
Aliter. ſtimentũ/ſunt hoies in vitijs antiquati. Nouũ
igiť vinũ ⁊ nouus pãnus/ſignificãt noua chri:
ſti ⁊ euãgelij documenta/et perfectionis euan:
F gelice ſacramẽta.Dico igiť ꝙ iſta duo nõ cõue:
niunt bene ſimul:q2 malis hoibus ⁊ inueteratis
in malo/bona ſpiritualia nõ ſapiunt:quinimo ſi
eis imponanť/⁊ ſi mãdata ſpũalia eis denť/et ſi
ipſis aliq̃ ꝑfecta ⁊ difficilia opera iniũganť:ſta:
Mat.7.a tim per impatientiã dirũpunť:⁊ per trãſgreſſio
Eodẽ ca.c nẽ omnia diffunduntur. Bene igiť dr.Nolite po
nere margaritas ante porcos:⁊ nolite ſanctum
dare canibus.¶Princeps vnus rogabat domi:
num dicens. Dñe filia mea modo defuncta eſt:
ſed veni et impone ei manum/et viuet ⁊c. Cum
ergo ieſus pro ſanando puellam/in domũ prin:
cipis aduenisſet/⁊ ibi vidiſſet tubicines et tur:
bam magnam tumultuantẽ : dicebat eis. Rece:
dite. Non enim puella eſt mortua/ſed dormit.
De quo cum aſtantes deriderent ipſum/eo qđ
puellam eſſe mortuam cognoſcebant:ipſe tenẽs
Moralitas. manum puelle/erexit eam:⁊ que mortua fuerat/
ſtatim reſurrexit.¶Sic vero quilibet homo vi:
dens puellã,id eſt animam ſuam mortuã fuiſſe
per peccatũ:ſtatim debet ad chriſtum per deuo:
tiõnẽ recurrere:⁊ ꝙ iſtã puellam ſuſcitet orare.
Qui ſtatim ſolet ad ꝑces ipſius aduenire:⁊ opẽ
Mat.8.c ſuã nulli denegare.Unde diciť.Ego veniã ⁊ cu:
rabo eũ.Verũtamẽ ad hoc ꝙ iſta poſſit curari/
aliqua requirunť.Primo ꝙ dñs ibi domum cor:
dis per gratiam intret.Secũdo turbe malarũ
cogitationũ/tubicineſq inanis gloriatiõis ⁊ lau
dis inde expellanť.Et tandẽ ꝙ a ſomno peccati
per tactũ diuine miſericordie:correctiõis ⁊ iuſti
tie eleuetur.His premiſſis a pctõ ſuſcitatur:⁊ ſic
nõ fuiſſe eã per dãnationẽ mortuã:ſed ſolũ per
culpam dormiſſe cõprobať.Uñ. Sanata eſt filia
Mat.15.c ⁊ in illa hora. ¶Hic dr ꝙ cũ dñs iret ſuſcita:

re filiã mortuã archiſynagogi:quedam mulier q̄ Eodẽ.c.c
patiebatur fluxum ſanguinis duodecim annis G
q̄(ſicut dicitur) omnia bona in medicis expoſue Lu.8.f
rat:ſed deterius habebat,acceſſit retro:⁊ tetigit
fimbriam veſtimenti eius:⁊ dicebat.Si tetigero
fimbriam veſtimenti eius,ſalua ero.Que ſtatim
ſanata eſt. Filiam enim ad quam principaliter
ibat:mortuam inuenit ipſam tamen finaliter ſu:
ſcitauit.¶Sic vero cum in mundo iacerẽt due Moralitas
mulieres , tam mortue,ꝙ infirme,ſcilicet filia
principis dei ſ.ſynagoga : que non mortua:ſed
dormiens dici poterat pro eo ꝙ in ſpe future redẽ
ptionis viuebat.Apoſtolus :Viuẽs mortua eſt. 1.Tim.5.a
Et mulier antiqua que fluxum omnium vitiorũ
patiebatur:nec a medicis.ſ.a ſuis phyſicis ſana:
ta fuit:ſed per ipſos deterius ledebatur.Factuꝫ
eſt ꝙ dum celeſtis medicus chriſtus pro iſta filia
ſynagoga curanda ⁊ ſaluanda principaliter ve:
niret:dixit mulieri chananee.Non ſum miſſus ni Mat.15.a
ſi ad oues que perierunt domus iſrael.Ipſa infir
ma mulier gentilitas ardenter chriſtum ⁊ fimbriã
veſtimenti eius,ideſt ipſius humanitatem teti:
git:⁊ ſic ſanitatem gratie anteq̄ ſynagoga rece:
pit.Finaliter tamen chriſtus ad filiam.i.ad ſyna
gogam per fidem veniet ipſamq finaliter ſuſcita
bit:q2 in fine temporis gens iudaica tota credet:
quia ſicut dicitur.Cum ſubintrauerit plenitudo Ro.11.c
gentium:tunc omnis iſrael ſaluus erit.¶Vel dic Aliter.
ꝙ filia principis huius eſt perſona eccleſiaſtica fi
lia dei patris:mulier ſanguinea eſt ſecularis per
ſona : quia dato ꝙ eccleſiaſtica perſona ſperet
principaliter ſaluari/fit tamen ꝙ ab emorrhoiſ:
ſa muliere , ideſt a perſona ſeculari ad ſalutem
ꝑueniť:⁊ ꝙ iſti prius ꝑ fimbriã veſtimẽti chriſti.i. H
gratiam ipſius ⁊ miſericordiã ꝑ deuotionem tan
gunt:⁊ ſic primi ſalutẽ perpetuam conſequẽtur.
Mat.Erũt primi nouiſſimi:⁊ nouiſſimi pmi.¶Vel Math.20.b
dic ꝙ chriſtus eſt ꝑlatus:qui dr vnctus:q2 tales Aliter
chriſmate vncti ſunt:vel ſaltem vnctionẽ ⁊ oleuꝫ
diligunt.Sic igitur fit hodie ꝙ q̇ primo fimbriã
veſtimenti eius tangũt:⁊ qui primo adulando:
⁊ munera offerẽdo ad deum accedũt,primi ſana
ti:promoti ⁊ exaltati recedũt.Unde ſepe fit:ꝙ dũ
iſte chriſtus.i.prelatus vel princeps intẽdat ali:
quã filiã mortuã.i.aliquã ꝑſonã inutilẽ ſanare:
⁊ ſibi bñficiũ vel officiũ ꝑcibus alicuius ꝑncipis
vel potẽtiſ ꝯcedere:qñq mulier hemorroiſſa i.iſta
ꝑſona imũda ⁊ mala:accelerat ipm adulãdo tã:
gere:⁊ ſic ſolet bñficium reportare.Si tetigero
(inquit)fimbriã veſtimẽti eius:ſalua ero.Jam de
talib⁹ põt dici illud Geñ.Venit germanus tuus Geñ.27.c
frauduleñter ⁊c.Et loquiť de iacob:qui q2 prim⁹
cibos patri obtulit:iđ primus bñdictionẽ patris
reportauit.¶Mentio fit hic de duob⁹ cecis:quos Eodẽ ca.d
dominus illuminauit.Et poſtq̄ hoc feciſſet:ꝑce:
pit ne cuiq̄ hoc reuelarẽt.Illi autẽ nõ tacuerũt:
ſed ꝑ totam illam patriam diuulgauerunt.¶In Moralitas.
hoc nota:ꝙ quidãt alteri beneficium vel remediũ
vel qui hꝫ a deo virtutis preconium:non dꝫ lau:
dem humanaꝫ q̄rere:ſꝫ potius debet ꝙ hoc tace:
tur ab eis affectore.Unde dicitur.Nemini dixeri:
tis viſioneꝫ ⁊c.Mat.Si facias eleemoſynam:ne:
ſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.Acſi di
ceret:non queras inanem gloriam.Veruntamen Mat.17.b
qui huiuſmodi beneficium accipit: non dꝫ pro: Mat.6.a
pter hoc ceſſare,ſed magnificẽtiam zelatoruꝫ de:
bet alijs demonſtrare.Unde dicitur.Vade in ciui
tatem tuam:⁊ annuncia quanta fecit tibi deus.
Quia ſicut dicit Seneca.Hec bñficij lex eſt vt al: A
ter ſtatim obliuiſcať dati:alter vero nunq̄ obli: Mar.5.b
uiſcať accepti.¶De ſurdo ⁊ muto de q̄ agiť hic
vide melius vbi agiť de noibus apoſtoloꝝ:⁊ de Mar.7.d
multis xpi eruditionib⁹ nihil pono.De vndecim
vbi agitur quomodo Joãnes miſit ad chriſtum:

⁊ quomodo chriſtus cōmēdauit Joannem:et de
multis informatorijs et reprehenſorijs verbis
chriſti:nihil pono penitus preter vnum.

## Capitulū xj. Textus.

**Et factū eſt cū cōſummaſſet Jeſus pre/
cipiens. Moralitatum Cap. vij.**

**Dicit em̄ qđ Joā/**
nes venerat non mādncās neq; bi/
bēs:⁊ dixerūt iudei:ꝙ demoniū ha
bebat. Tādē venit xp̄s mādncās ⁊
bibēs:et cōem vitā ſequēs:⁊ dixe:
rūt:ecce hō vorax ⁊ vini potator:peccatoꝝ ⁊ pu
blicanorū amic⁹. ¶Ad hoc pōt allegari:ꝙ detra
ctores ⁊ inuidi nihil inueniūt in aliquo benefa:
ctū:vel q: oia facta hoim ſolēt dānare:⁊ intētio
Moralitas. nes omniū detractionib⁹ deprauare. Nā quātū
cūq; bona intētiōe aliqui comedūt:vel ieiunāt:
iſti tñ in parte ſiniſtrā ſemp interptant et indi:
cant. Et quicq̄d alij faciūt:breuiter totū dānāt:
⁊ quicq̄d in eis difficile vel alijs impoſſibile eſſe
exiſtimāt:vel oē qđ eis nō placet in alijs:nefariū
eſſe putāt. Sicut hypocrite:qui qm̄ ieiunare vo
lūt:reputāt affabiles ⁊ cōmunē vitā ſectantes:
F eſſe leues ⁊ guloſos. Guloſi vo illos qui ieiunāt
⁊ auſteritatē ſeruāt:reputāt hypocritas ⁊ puer
ſos:⁊ nō ſine poteſtate diaboli credūt eos poſſe
reſpuere mūdi cibos:⁊ actus facere virtuoſos:
Lu.xi.b ſicut dicebat de chriſto. Hic non eijcit demonia
niſi in beelzebub principe demoniorū. Cōtra ta:
Roḿ.14.a les igit dicit Apl's. Qui manducat:non mandu:
cantem non ſpernat:⁊ qui non māducat:mādu:
cātē nō iudicet. Tu quis es qui alienū iudicas?

## Capitu. xij. Textus.

**Abijt Jeſus per ſata ſabbato. Mora/
litatum Capitulum viij.**

**Cum dn̄s trāſiret**
p ſata:⁊ diſcipuli ei⁹ ſabbato vo
lētes ſpicas comedere:q: forti:
ter eſuriebant:rephendebant a
B phariſeis:excuſauit eos dn̄s ra
tione neceſſitatis:ex quo dauid
1. Reg.21.b q̄ neceſſitate duct⁹,comedit de panib⁹ cōſecra:
tis. ¶Neceſſitas em̄ nō hʒ legē. ¶Uel dic ꝙ ſab.
Moralitas. bato.i.in feſtiuitatib⁹ chriſti diſcipuli.i.pdicato
res debēt p ſata ſacre ſcripture trāſire:ſpicas.i.
ſciētias vellere:⁊ ipſas ſtudēdo comedere. Non
eſt em̄ fractio ſabbatorū vacare lectionib⁹ ſtu.
Codē ca.a diorū:imo iſta eſt magna neceſſitas:ex qua pōt
ꝑuenire vtilitas. ¶Cū chriſt⁹ videret quendam
hominē die ſabbati in ſynagoga manum aridam
habentē:cui cū diceret:extēde manū tuā, ſtatim
reſtituta ē ſanitati. De quo cū phariſei murmu:
rarēt:dicebat:ſi licitū eſt ſabbatis benefacere:et
ipſis in ſabbato oues ſuas ſi in foueas caderēt:
ſubleuare:addēs ꝙ multo forti⁹ licebat hoiem:
Moralitas. cū eſſet melior oue adiuuare. ¶Iſta poſſunt dici
cōtra phariſeos:i.cōtra malos curatos ⁊ prela
tos:quibus maior eſt cura de ſuis ouib⁹ ⁊ diui:
tijs tēporalibus:q̄ de ſubditis et ouib⁹ ſpūali:
bus. Nā citius occurrūt vt reducāt ouē errātē:
q̄ cū videt fratrē ſuū cū manu arida.i.pctōrē et
deſidē:⁊ bona manuali opatiōe carētē:cū multo
Mat.16.d melior ē hō oue. Ideo citius fuerat ſibi ſuccur:
Aliter. rendum:q: ſicut dicitur. Anima plus eſt q̄ eſca.
¶Uel dic ꝙ dato ꝙ phariſei.i.mali curati:indi:
gnent cōtra chriſtū.i.cōtra bonos pdicatores:
qñ ipſos vident in ſuis ſynagogis.i.in ſuis ec:
cleſijs pdicare ⁊ ſabbatis.i.feſtiuitatib⁹ aridos
i.pctōres ſpūaliter curare:ipſi nihilomin⁹ non
debēt ceſſare:ſed ſabbatis bñfacere:debēt ipſos
ad extēdendū manus ſuas ad pauperes inuita
re:vt ſic poſſit eos ab ariditate auaricie ſanare.
¶Uel dic ꝙ ſicut iſti phariſei cū iſtū aridū ſana:
re nō poſſent:⁊ tamen ſanāti dn̄o detrahebant. Aliter.
Sic multi ſunt qui ad virtutes ⁊ bona alioꝝ nō
attingere nequeunt:⁊ per predicationem alios b
peccatores aridos curare neſciūt:aut non poſ:
ſunt,vtpote nec predicare,aut diſcrete cōfeſſio:
nes audire neſciūt:qui tamen alios benefacien:
tes detrahendo corrodūt:nec ꝙ ſubditi ſui ab
alijs ſanentur ⁊ doceantur:imo qñ alios videt 2.Pet.2.c
in ſuis parochijs predicare:vel cōfeſſiones au Mat.15.a
dire:ſumme turbant. Uñ illud. Hi quicūq; igno Mar.7.a
rāt:blaſphemāt. Et alibi. Uos ipſi nō intratis
⁊c. De demoniaco:ceco ⁊ muto:vide infra ſimi.
le. Chriſtus videtur velle predicare:ꝙ verba de a
bent pportionari cordib⁹. Ideo dicit. Aut faci:
te arborē bonā ⁊ fructū eius bonū,aut arborez
malā ⁊ fructū ei⁹ malū. Si quidē ex fructu ar:
bor cognoſcit. Acſi diceret. Non decet bonū ho:
minē male loqui:aut ecōtra:nec malū bene. Me:
lius eſt em̄ ꝙ homo ſit bonus ⁊ bonos fruct⁹.i.
bona vba habeat:vel ſi ſit arbor mala:ꝙ malos
fruct⁹ id eſt mala vba producat:vt ſic homo nō
decipiat in hypocriſi malorū:⁊ ne propter bona
verba eorū:ipſos cū mali ſint:bonos cōmendēt.
Quomodo poteſtis bona loqui:cum ſitis mali?
Quaſi diceret. Nō decet. Quia dr. Nō decēt ſtul: Prou.14.b
tū vba cōpoſita. Et iterū. Utinā calidus aut fri: Apo.3.c
gidus eſſes:ſed q: tepidus es:incipiā te euome Aliter.
re ex ore meo. ¶Uel dic qđ illud pōt applicari
vt cōiter:ꝙ vba ⁊ exteriora opa ſequunt corda:
quia ſicut hic dicitur. Ex abundātia cordis ⁊c.
Et alibi dr. Quod nō pōt arbor mala fructū bo:
num facere:nec ecōuerſo. Et dicit. Ex fructibus Matth.7.c
eorū cognoſcetis eos. Omitto illa q̄ dicunt hic
de beelzebub:et forti armato:et peccato in ſpū:
ſancto:⁊ de regina ſaba:et alijs ſimilib⁹. Oia em̄
iſta ſuā expoſitionē ſecū portāt. ¶Immundus Codē ca.b
ſpūs cū exierit ab hoie:ambulat per loca arida
et inaquoſa:querens requiem ⁊ non inuenit:et
tunc rediens ad domum ſuam vnde exiuit:in:
uenit eam vacantem:ſcopis mundatam:et tunc B
aſſumit ſeptē ſpirit⁹ nequiores ſe:⁊ intrātes ha
bitant ibi:⁊ fiunt nouiſſima illius peiora priori:
bus. ¶Iſta allegorice dicta ſunt contra iudeos: Allegoria.
quia tunc immundi ſpiritus ab eis exierunt:qñ
legem per moyſen ſuſceperunt:ipſi vero immū:
di ſpiritus per loca arida circūierunt:quando
corda gentilium per idolatriam inhabitauerūt:
ibi tamen finalem non inuenerunt requiem:ex:
inde per fidem chriſti eiecti ſunt:et ideo ipſi ad
domum ſuam primam:ſcilicet ad iudeos:qui ha
ctenus per correctionem fuerunt ſcopati:et per
legem:redierunt quando poſt chriſti incarna:
tionem a fide eius ipſos vacātes inuenit:et ideo
iam cum alijs ſeptem ſpiritibus:id eſt cum vni:
uerſitate vitiorum ibi habitant:et ſic nouiſſima
eorum ſunt peiora q̄ ante legem fuerant. Unde.
Erit nouiſſimus error peior priore. ¶Uel iſta Matt.17.c
exponuntur contra apoſtatas:quia ſepe fit qđ Aliter.
immundus ſpiritus.i.immundus religioſus de
corpore hominis:id eſt religiōis vel eccleſie per
apoſtaſiam egredit:et per loca arida.i.per mū:
dum circumit:progredit ⁊ vagatur:querit re:
quiem.i.ſtatus tranquillitatē:quā nō inuenit:ſʒ
potius ſentit ſemper exteri⁹ turbationem ⁊ ad:
uerſitates:interius vero cōſcientie tumultum ⁊
cōtrarietatem. Dicit. Seruietis ibi dijs alienis: Hiere.17.a
qui nō dabūt vobis requiē die ac nocte. Et tales
qui ſeruiūt demonib⁹ ⁊ vitijs:non ſunt digni re:
quiē inuenire:nec in tēporalibus p quibus ſpi:

rituali ſ reliquerūt:digni ſunt ſolatiū obtinere:
quapropter iſti (vt videm⁹) ſine requie vagant:
ita ꝙ ꝓpter paupertatē ad domū ſuā .i. ad clau⸗
ſtrū qđ reliquerūt: remeare cogunt: dicētes il⸗
C lud. Uadā ⁊ reuertar ad virū meū priorem .i. ad
Ozee.2.b ſtatū meū anteriorē: q̄r bn̄ erat mihi tūc magis ꝗ̄
nūc. Quid igit? ꝑ certo ſepe fit ꝙ tales ad domū
religiōis reuertētes: q̄ quotidie ſcopa correctio
nis abſtergunt. ⁊ virtutib⁹ adornant: ſolēt ſecū
alios ſeptē ipſis peiores ſe accipe: hoc eſt dictu:
alios ſibi aſſociare ⁊ adiūgere: ⁊ ſic ꝑ vite ſue in
uidiā ⁊ diſcordiā ſolent corp⁹ ⁊ collegiū in quo
ſunt: amplius moleſtare: ⁊ diuerſis ſuis vitijs ⁊
infamijs lacerare: ita ꝙ nouiſſima eoꝝ opa poſt
2.Pet.2.d reditū peiora p̄orib⁹ ſolēt eſſe. Uñ dr̄. His rur⸗
ſum implicati vitijs ſuperantur: ⁊ facta ſunt eis
Eodē ca.d poſteriora priorib⁹ deteriora. ¶ Cū chriſt⁹ p̄di⸗
caret actualr̄: et ſibi diceret: ꝙ mater ſua et fra⸗
tres ſui foris ſtabāt querētes loqui ei: non legit
ꝓpter hoc p̄dicationē dimiſiſſe: ſʒ poti⁹ manus
ſuas in diſcipulos extendēs dixiſſe. Ecce mater
mea et fratres mei. Quicūq; fecerit volūtatē pa
tris mei q̄ in celis eſt: ipſe frater me⁹: ſoror ⁊ ma
Moralitas. ter eſt. ¶ Hic pōt notari ꝙ qui p̄dicatiōe vel ali⸗
quo alio officio ſpūali occupant: ſiue exercitio:
nūꝗ̄ ꝓpter carnales parētes vel ꝓpter tp̄alia ne
gocia debēt illa dimittere: q̄r illos q̄b ſpūalr̄ ꝓ⸗
ficit: debet matres: fratres ⁊ ſorores reputare:
ipſoſq; carnalib⁹ parētib⁹ anteferre. Hierō. Per
calcatū perge patrē: ⁊ per calcātē perge matrē.

## ¶ Capitu. xiij. Textus.

Exiēs Jeſus de domo ſedebat ſec⁹ ma⸗
re. Moralitatum Cap. ix.

Hic fit mētio
de parobala ſeminātis: ſi
D militer tractat Lu. viij. et
Mar.4.a Mar. iiij. Sʒ q̄r iſta ꝑ xp̄ʒ
fuit expoſita: per beatum
Lu.8.a Gregoriū vero in homilia
fuit tractata: ideo ipaʒ nō
tetigi: ſed ad aliā parabo
lā ptrāſiui. ¶ Homo q̄dā
Eodē ca.c ſeminauit bonū ſemē i agro ſuo: ſʒ dū dormirēt
hoies: venit ei⁹ inimic⁹: ⁊ ſuꝑſeminauit zizaniā.
Cū aūt creuiſſet herba ⁊ fructū feciſſet: tūc appa
ruerūt ſimul ⁊ zizanie. Serui aūt ei⁹ accedētes
dicebāt: Dñe nōne ſemē bonū ſeminaſti in agro
tuo: vñ igit habet zizania? Qui reſpōdit. Inimi⸗
cus homo hoc fecit. Uis (inquiūt) imus colliga⸗
mus ea. Non (inquit) ne forte eradicetis ſimul ⁊
triticū. Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem: et
tūc meſſores zizaniā ad cōburendū ꝑ faſciculos
colligētes alligabūt: triticū aūt in horreo meo
cōgregabūt. ¶ Iſta exponunt ꝑ xp̄m ⁊ doctores
Morali⸗ de hereticis. Cōſtat em̄ ꝙ q̄dā hō .i. hō ſingula⸗
tas. ris ⁊ excellēs. ſ. in principio: ſeminauit p̄dicādo
⁊ docēdo in agro ſuo .i. in eccleſia militāte: opti⸗
mū ſemē. ſ. doctrinā euāgelicā ⁊ fidē rectā: ſʒ cū
hoies .i. apl̄i dormiuiſſent ꝑ mortē ⁊ a ſeculo re⸗
ceſſiſſent venit inimic⁹ diabol⁹ q̄ mediātib⁹ he⸗
reticis in agro iſto cū bono ſemine malū inſecit:
⁊ cū bona ⁊ ſana doctrina zizaniā ꝟborū hereti⸗
corū immiſit: ſicut ptʒ qđ ſtatim q̄n apl̄i mortui
fuert hereſis arriana eutíciana ⁊ manichea pul
lularūt: ſicut iā ptʒ in diuerſis xp̄ianorū ſegeti⸗
Eſa.1.b bus atq; ſectis q̄ hmōi zizanijs infecti ſunt. Eſa.
D Ue ſemini nequā: filijs ſceleratis ⁊c. Iſta igit zi⸗
zania .i. hereticorū ſecte ⁊ collegia: nō vult de⁹ ꝑ
ſeruos ſuos .i. viros catholicos extirpari ſʒ po
tius vult vſq; ad tp̄a iudicij tolerari, ⁊ hʒ ne for⸗
te iter eos contingeret triticū .i. aliquos bonos
exiſtētes vel futuros cū eis eradicari .i. tp̄aliter
moleſtari ⁊ ſpūalr̄ an̄ ꝯuerſionē euelli. cōſtat qđ
apud eos ſunt multi p̄deſtinati q̄ quotidie ꝯuer
tunt: de alijs etiā ignoram⁹ ſi forte ad dñm re⸗
uertant. Iō ꝗ̄diu eſt tp̄s venie ipſos opʒ expe⸗
ctare. In tp̄e vero meſſis .i. in iudicio: q̄n iā tp̄s
merendi trāſiuerit: tūc meſſores .i. angeli ipſos
ꝑ faſciculos .i. ſm̄ diſtinctionē vitioꝝ: in infernū
cōburēdos ligabūt: bonos vero in horreū dñi .i. Supra.3.c
in paradiſi repoſitoriū cōgregabūt. Triticū cō⸗
gregabit i horreū ſuū: paleas aūt cōburet igne Aliter.
inextinguibili. ¶ Uel dic ꝙ homo quidā .i. xp̄s
vel prelat⁹ bonus: ſuperſeminat .i. in principio
ſeminat bonū ſemē .i. bonas ꝑſonas in agro ſuo
.i. in eccleſia militāte: ſʒ q̄r iam hoies ⁊ p̄lati dor⸗
miūt .i. negligentes exiſtūt: venit diabolus ⁊ ſu⸗
perſeminauit zizaniā .i. copiā malorū ⁊ inutiliū
perſonarū: quas in iſto agro eccl̄ie ſeminauit et
eas ibi mediāte ſimonia: auaricia ⁊ carnali affe⸗
ctu mirabiliter trāſplātauit. Unde xp̄o vel reli⸗
gioſis ſeu eccleſiarū fundatorib⁹ pōt optime di
ci. Dñe nonne bonū ſemē ſeminaſti in agro tuo?
Uñ ergo hʒ zizaniā ⁊c. Et ipſe ꝑ certo pōt rñde
re: q̄r inimicus hō hoc fecerit: q̄r ſeminatio plā⸗
tatio ⁊ ꝓmotio taliū ab inimico diabolo efficit:
per cuius inſpirationē iſti in eccleſia ſeminant. Sapiē.12.b
Unde dicitur. Semē em̄ maledictū erat a princi⸗
pio: ſʒ patriſfamilie ſcʒ xp̄i patiētia eſt tāta ꝙ ta B
le ſemen impiū nō vult ab eccleſia eradicare: ſed
poti⁹ ꝑmitit eos cū tritico .i. cū bonis viuere et
manere: quouſq; tēpus meſſis .i. dies iudicij ve⸗
niat: ibi ipſos diſtinguet abinuicem: et in infer⸗
nū cōburet: bonos aūt in horreo paradiſi collo⸗
cabit. Meſſores em̄ .i. angeli bonos a malis ziza⸗
niam a tritico: ſceleratos a iuſtis: qui mō diſcer⸗
ni nō pñt finaliter diuidēt: ⁊ illos eternaliter cō
cremādos ligabunt: illos ꝟo perpetuo ſeruan⸗
dos i paradiſi horreū acervabūt. Uñ ifra eo. ca.
dicitur. Mittet fili⁹ hois angelos ſuos et colli⸗ Matth.13.f
gent de regno ei⁹ oia ſcandala: ⁊ eos qui faciūt
iniquitatē: ⁊ mittet eos in caminū ignis: ibi erit
fletus ⁊ ſtridor dentiū. ¶ Uel dic ꝙ in iſta figura Aliter.
reprehendunt quidā iuſti qui inmoderato iu⸗
ſtitie zelo querūt exterminare peccatores: ⁊ ma⸗
xime infideles ſtatim vellēt ruere cōtra ipſos et
eos dentibus deuorare. Uis inquiūt imus ⁊ col Job.31.d
ligamus zizaniā. Simile dr̄ in Job. Quis det car Luc.9.d
nib⁹ ei⁹ vt ſaturemur? Et alibi. Uis iquiūt dica⸗
mus ꝙ deſcendat ignis de celo ⁊c. Iſti nō cōſide
rant occultā diuine iuſtitie ꝓuidentiā: nec ꝑpē⸗
dunt ꝗ̄tū malorū vita bonis ꝓficit: ⁊ quare pa⸗
terfamilias de⁹ malos viuere ſinit. Reprimitur
igit talis zelus ad angelorū iudiciū: qui cauſas
premiſſas nouerūt: negocium reuocat: ipſorūq; Apoca.6.c
punitio expectāda iubet. Apoca. Expectate mo⸗
dicum donec expleat numer⁹ fratrū veſtrorum
q̄r .ſ. illorū qui i iudicio finali malos eradicabūt
bonos ꝟo in dei horreo collocabūt. Ideo infra
dr̄. Exibunt angeli et ſeparabunt malos de me⸗ Matt.13.g
dio iuſtorū. ¶ Uel dic ꝙ inimicus homo .i. prodi
tor: q̄nq; ſeminat zizaniā cū tritico .i. mala conſi Aliter.
lia: et machinamenta: cū boni in primo non poſ⸗ B
ſint diſcerni abinuicem. Uerūtñ cū herba creue⸗
rit ⁊ effectus ſecutus fuerit: tunc percipiet fuiſ⸗
ſe zizania cum tritico ⁊ malū conſiliū cum bono
mixtum. ¶ Hic fit mētio de bono grano ſinapis Eodē ca.d
qđ eſt min⁹ omnibus ſeminibus qđ cū creſcit fit
maius omnibus olerib⁹ ita ꝙ aues celi poſſunt
requieſcere ſuper illud. ¶ Sic vero fides xp̄ia⸗ Morali⸗
na fuit a principio ſatis modica nunc per grām tas.
dei tm̄ creuit ꝙ cunctis oleribus .i. cunctis mū
di ſectis ⁊ credulitatibus maior extitit: Ita qđ
ſicut iam videmus volucres .i. multi principes ⁊
potentes, .i. multi philoſophi ⁊ ſapientes viuūt

Pſ.103.b ꝛ habitãt in eadẽ. pſal. Sup eã volucres celi ha
Aliter. bitabũt. ¶Uel dic ꝙ ſepe fit ꝙ aliqs modic⁹ ꝛ hu
milis ꝓmouet ꝛ maioꝛ alijs efficit: ꝛ oleribus.i.
ſuis ſocijs antefert: ita ꝙ volucres .i. mũdi ṗnci-
pes vel nobiles in ſue iuriſdictiõis ramis cõmo-
Eodẽ ca.d rant. ¶Mulier quedã accepit fermẽtũ ꝛ in tria
ſata farine poſuit: ꝛ ſic totã maſſam farine fermẽ
Moralitas tari fecit. ¶Fermẽtũ qḋ paſtã feruere facit eſt
charitas: quã qñ mulier i tria ſata farine.i. i tres
ptes mẽtis, in rõnabilẽ, iraſcibilẽ ꝛ cõcupiſcibilẽ
potentiã adhibet: totũ facit fermẽtari ꝛ ad deũ
Aliter. ſurſum eleuari. ¶Uel iſta mulier eſt eccleſia, q̄
tria ſata.i. tria gña hoim.ſ. pueros: iuuenes et
ſenes fermẽto fidei.i. charitatis imbibit ꝛ ſic per
C amorẽ diuinũ facit fermẽtari oẽs ꝛc. ¶Hic ad-
Eodẽ ca.f dit de illo q̇ inuenit theſaurũ in agro ꝛ vendidit
oia q̄ habebat ꝛ emit agrũ. Itẽ de illo q̇ q̄rebat
bonas margaritas: inuẽta vna ṗcioſa dedit oia
Moralitas. ꝛ cõparauit eã. ¶Hoc exponit a doctoribus qḋ
theſaur⁹ et ṗcioſa margarita fidẽ xp̄i vel gl'iam
paradiſi in agro ſcripture latẽtẽ deſignat. Iſtũ
eñ agrũ ſcripture ſacre dꝫ quilibet deuot⁹ ſtu-
dendo emere et ceteras margaritas.i. ſcientias
philoſophicas cõtẽnere: ꝛ illã vnicã precioſam
margaritã.i. xp̄m vel gloriã paradiſi vel doctri
nã euãgelicã ſollicite querere ꝛ amare: ꝛ omnia
pro xp̄o dare. hoc eſt dictu: qḋ nihil terrenũ re-
Sapiẽ.7.a ſpectu illius debet reputare: ſed q̄tũ ad effectũ
omnia cũ eo permutare dicẽs illud Sap̄. Diui-
tias nihil eſſe dixi ꝛc. Ille eñ qui theſaurũ gl'ie
paradiſi ꝛ margaritã.i. xp̄m ꝑ deuotionẽ que-
rit ꝛ ꝑ cõtẽplatiõnẽ inuenit: ſtatim amorẽ aliarũ
rerꝫ deſerit: quicq̇d aliud in mũdo eſt, vilipẽdit.
¶De ſagena ꝓ miſſa in mare exponit idẽ ſalua
toꝛ de eccleſia q̄ nũc piſces.i. hoies bonos ꝛ ma-
los ſimul cõtinet: in litoꝛe tñ huius vite.i. in iu-
dicio vltimo piſcatoꝛes ſagene.i. rectoꝛes deus
ꝛ angeli inter iſtos piſces decernẽt: quia bonos
in vaſa ſua.i. in paradiſo repoſitoria eligent et
2.mach.1.d aſſument: malos vero foras in barathꝛum mit-
tẽt. Unde: Capitibus amputatis foras miſerũt
De hoc qḋ xp̄m filium fabri vocabant, dimitto.

## ¶Capitu. xiiij. Textus.

Audiuit herodes tetrarcha famã ieſu
